BIBLIOTECA NAZ.
111
II
34
NAPOLI

111
II
34.

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. X.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS SECUNDI PARS TERTIA.

83
5
26

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS SECUNDI

PARS TERTIA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCCI.

NESTORIS LARANDENSIS FRAGMENTA.

¶. 344.] *I.* Cod. Vat. p. 418. Edidit hos verſiculos, qui majoris carminis particula eſſe videntur, (vide Not. poëtar. in *Neſtor.*) *L. Holſten.* ad *Stephan.* v. Λάρανδα p. 188. *Jenſius* nr. 146. *Reisk.* Anth. nr. 797. p. 172. Muſas poëta rogat, ut ipſi modorum ſuorum ſuavitatem audiendam praebeant. — V. 1. ἀκεῖσατε vitioſe *Holſten.* quod emendavit *Merrick* ad *Tryphiodor.* p. XXXI. *not.* ubi h. l. profert. — V. 3. ὅσσοι γ. π. ἀοιδοτόκου. Vat. Cod. et editores. *Reiskius* emendavit: ὅσσοι γ. ποθέουσιν ἀοιδοτόκαν π. πηγῆς. quod haud ſcio an *Brunckii* lectioni praeferendum ſit. Quicunque enim poëtici fontis hauſtum appetunt, ii omnes veſtrorum carminum ſuavitate gaudent. Si *Brunckium* ſequimur, v. 3. poëtarum circumſcriptionem continet, *quibus fons Pierius fluit.* — Ceterum cum verbis ὄμβρος ἀοιδῆς comparandus *ros Cecropius*, quo Theophilae pectus madere ait *Martial.* VII. 68. et ap. *Petronium* in Anth. Lat. L. III. 118. p. 582. *ſic flumine largo Plenus Pierio defundes pectore verba*; quibus ſimilia collegit *Burmannus* T. I. p. 426. et T. II. p. 326. Metaphoricas de copioſo oratore locutiones colligens *Pollux* VI. 147. has excitat: πηγάς τινας ἀφιείς, ὄμβρος, ποταμός, νιφετός, aliasque his ſimiles, quas exultans ſophiſtarum ingenium excogitavit.

II. Sine auctoris nomine legitur in Vat. Cod. p. 448. *Neſtori* tribuit *Planud.* p. 106. St. 156. W. Alphei ὕδωρ ἄβροχον, quod cum maris aqua non miſcetur. *Moſchus*

ap. *Stob.* p. 400. de eodem fluvio: ἐμβαίνει τοῖς κύμασι· τὴν δὲ θάλασσαν Νίῤθιν ὑποτρέχει, καὶ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ. Arethuſae hoc optat *Virgilius* Eclog. X. 4. ut, quum per Sicanos fluctus labatur, *Doris amara ſuam non intermiſceat undam.*

III. Vat. Cod. p. 376. ſq. Plan. p. 46. St. 67. W. »Huic fragmento praefiguntur in Planudea duo verſus, »qui in Vat. Cod. ſeparati ſunt cum hoc lemmate: ἄδηλον· εἰς δράκοντα ἐκπιόντα ποταμὸν ὅλον. Deinde ſequun»tur hi verſus cum hoc titulo: Νέστορος εἰς τὸν αὐτὸν »δμοίως. Εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ δράκοντα. Alteri duo verſus le»guntur T. III. p. 146. XX.“ *Br.* — V. 1. ἦν om. Vat. Magnitudinem Pythonis indicans *Callimachus* H. in Del. 92. Παρνησσὸν νιφόεντα, ait, περιστέφει ἐννέα κύκλοις. — V. 2. ἐπέθηκε. ed. Nicol. Sab. γενον. Vat. Cod. θηρίον αἰνογένειον hunc draconem vocat poëta Cyrenaïcus l. c. — V. 3. Κηφισός. Ald. 2. 3. et Nic. Sab. Mox repone ex editis et membranis:

πᾶς δ' ἄρα Κηφισσὸς εἴσω ῥέεν.

quo longe ſuavius decurrunt numeri, quos *Brunckius* fruſtra immutavit. In Κηφισσὸς ultima vi caeſurae producitur. *Claudian.* Praef. in Rufin. l. p. 17. *Python — Qui ſpiris regeret montes, haurires hiatu Flumina, ſanguineis tangeret aſtra jubis.* — κελαρύζειν de aquarum ſtrepitu illuſtravit *Toup.* ad Suid. P. II. p. 222. ubi et noſtrum locum excitavit. — V. 5. ὀλωλότα, omnem enim fontem hauſtu ſiccaverat. Similia vide ap. *Bochartum* in Hieroz. T. II. Lib. V. c. 15.

IV. Cod. Vat. p. 448. Plan. p. 108. St. 158. W. Monet poëta quosdam ei obſtrepentes homines, ut, quam artem quisque didicerit, eam exerceat. — V. 1. θρυλήσαντες. Vat. Cod. quod metrum non patitur. Conf. *Theocrit.* Eid. II. 142. θρυλλεῖν transitiva ſignificatione

positum videtur, ut compositum διαθρυλλεῖν pro *obtrundere*. διατεθρυλλῆσθαι τὰ ὦτα ταῖς Δημοσθένους πρέξεσιν. *Lucian.* Demosth. Enc. 17. T. IX. p. 146. quae ducta sunt ex fonte *Platonis* de Republ. II. p. 358. C. — V. 3. ἢν δέ. Vulgo. καὶ. Vat. Cod. Mihi verum videtur

ἂν δέ τις — —

Comparavit *Merrick* in Diss. de Tryphiod. p. XXXIII. *Gregorii Nazian.* Ep. XXXVI. ἱππεύειν δεδίδακται μὴ ᾄδειν. ἐθέλει ἡ ποίησις· μή τι γένηται; μὴ καὶ τῆς ἱππεύσεως διαμάρτῃς καὶ τῆς ᾠδῆς. quae manifeste nostrum locum respiciunt, unde profecta videtur paroemia, quam laudat *Erasmus* in *Equitandi peritus ne canas.*

CEREALII EPIGRAMMATA.

¶. 345.] *I.* Cod. Vat. p. 526. Κερεαλίου inscribit nomine, cum in Plan. p. 165. St. 239. W. *Luciano* tribuatur. Historia de poëta, qui, cum in Isthmicis certaminibus superatus esset, futilem huic casui causam praetexuit. De musicis in Isthmo et Delphis celebratis certaminibus docte disputavit *Spanhem.* in Epist. ad Morell. p. 475. ubi nostrum carmen non praeteriit. Totum in verborum lusu vertitur. παρίσθμια tonsillarum vocatur inflammatio, qua spiritus impeditur. *Schol. Apoll. Rhod.* L. I. 938. εἴρηται δὲ Ἰσθμαῖ παρὰ τὸ ἐν στενῷ εἶναι, ὅθεν καὶ τραχήλου τὰ παρίσθμια. Vocem illustravit *Foesius* in Oecon. Hipp. p. 295. Iis, quae *Brodaeus* congessit ad h. l., adde *Theophan. Non.* c. CXX. — V. 2. εἰρεῶν ποιητάς. Speraverat ille, ut videtur, fore, ut, aliis, qui certarent, poëtis non praesentibus, ἀκονιτὶ palmam reportaret; quae spes cum eum fefelliffet, Delphos profectus est. — παραπύθια. Vocabulum jocose confictum, quasi morbum, vel aliud quippiam impedimentum signi-

ficans, quod victoriae in Pythicis adversari possit. — V. 2. ἴχω teste *Dorvillio* in cod. quodam legitur.

II. Vat. Cod. p. 528. Plan. p. 169. St. 246. W. Perstringit eos, qui voculis quibusdam atticis passim adhibitis, meros se Atticos esse existimabant. Vide ad *Lucillii* Ep. LXXXVII. *Ammian.* Ep. XXII. et *Cresoll.* Theatr. Rhet. III. 23. — V. 1. παράσημα. Excitavit h. l. *Heinsius* ad *Hesych.* παράσημα. τεράστια. *prodigiosa, obscura obsoleta* vertit *Brodaeus.* Sed sunt proprie voces insigniores et ob usum rariorem quasi nota quadam insignitae. Ducta metaphora a numis, quos, ubi adulterati essent, οἱ ἀργυραμοιβοὶ notare solebant. Vide *Harpocrat.* v. παράσημος· ῥήτωρ p. 280. et *Suidam*, qui sua ex *Harpocratione* derivavit. Ab illo σήματι enim τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα παράσημα λέγεται. *Hesych.* Quodsi quis tamen etiam hoc loco significationem τοῦ κιβδήλου valere existimet, is fortasse cogitaverit de locutionibus illis soloecismi speciem referentibus, quas recentiores sophistas magno cum studio sectatos esse vere confirmat *R. Bentlejus* in Resp. ad Boyl. p. 175. ad quam cacozeliam referenda sunt etiam illa Mercurii ad rhetorem ap. *Lucian.* Mort. Dial. X. 10. T. II. p. 163. ἀπόδου τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπειροκαλογίαν, καὶ ἀντιθέσεις — καὶ βαρβαρισμοὺς καὶ τἄλλα βάρη τῶν λόγων. — V. 2. ἐστίν. Vulgo et in Cod. Vat. Metrum carere poterat τῷ ν ἐφελκυστικῷ, nec tamen propterea delendum erat. Vide *Hermann.* ad *Aristoph.* Nub. v. 316. p. 53. — V. 3. Nec enim, si qui insigniora quaedam Homeri vocabula didicerit, statim Homerus fiet. — κάρηφι. Vat. Cod. Cf. *Homer.* Il. υ. 157. — V. 5. νῦν in quibusdam vett. edd. — πράγμασι invenit Ald. in Cod. unde venit in ed. Ald. 2. 3. Sic quoque Vat. Cod. ῥήμασι tentavit *Casaubonus* in not. msc. quod vulgata nec melius est nec deterius. — φράσιν. oratio a communi dicendi usu ne abhorreat, ut auditores, quid velis, intelligant. *Huetius* apte

comparavit *Gellium* L. I. 10. *At Cajo Caesari, excellentis ingenii et prudentiae viro, in primo de Analogia libro ſcriptum eſt: Habe ſemper in memoria atque pectore, ut tanquam ſcopulum fugias inauditum atque inſolens verbum.* — V. 6. ἄςγε Vat. Cod.

III. Hoc Epigramma, quod ἄδηλον eſt in Plan. p. 285ª. St. 413. W., in Vat. Cod. p. 260. lemma habet hoc: Ἀντιπάτρου εἰς Ἀντίπατρον ῥήτορα Θαυμαστὸν ἢ μᾶλλον ἴσρια. Quo jure igitur *Brunckius Cerealio* hoc carmen tribuerit, equidem ignoro. Antipater rhetor, aliunde non cognitus, utrum Diospolitanus eſſet an Athenienſis, ambigebatur. Eum utrique forte civitati adſcriptum fuiſſe, ſuſpicatur *Schneiderus*, quod in rhetoribus haud raro fiebat. Vide *Olearium* ad *Philoſtr.* Vit. Soph. I. XI. p. 495. nr. 8. II. X. p. 588. nr. 4. Nota Athenienſium in civitate donanda liberalitas efficit, ut *Antipatrum* Diospoli oriundum fuiſſe putem. — V. 1. ἡλίκα δ' ἔπνει ἔργα. ἔργα ſunt *orationes*, quas habebat Antipater. Quod eas dicitur πνεῦσαι, non debebat offendere doctiſſimum *Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 112. qui varia tentans ſibi ipſe non ſatisfeciſſe videtur. Verba, carmina, cantum, quem quis edit, ille *ſpirare*, πνεῖν, dicitur, ſive ἀποπνεῖν. De Heſiodo *Alcaeus Meſſen.* Ep. XVII. θείην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνευεν. Idem Ep. V. de Dorotheo — γοργοὺς ἔννεπε Δαρδανίδας, Καὶ Σεμέλας ὠδῖνα περαύνιον, ἔπνευε δ' ἵππου Ἔργματα —. ubi verbum ἔννεπε alterius interpretationi inſervit. Epigr. ἀδεσπ. DXX. p. 260. Ἔκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος· ἔπνει τερπνὰ Ἠδυμελιφθόγγου μοῦσα Σιμωνίδεω. Plura hujus generis in Anthologia leguntur. — V. 2. Πανελλήνων. De Graecorum ad Olympiam panegyri accipio cum *Creſollio* in Theatr. Rhet. L. III. 6. Theſ. Gronov. T. X. p. 96. Nam poſt Gorgiam, quem in magnis illis Graecorum conventibus verba feciſſe conſtat, (*Philoſtr.* Vit. Soph. I. IX. 2. p. 493.) alii quoque Sophiſtae eadem via ad gloriam graſſabantur.

Vide *Olear.* in Vit. Apollon. IV. 30. p. 169. nr. 2. — V. 3. κεῖται. Color ductus videtur ex *Antip. Theſſ.* Ep. LVI. de Alcmane: κεῖται δ' ὑπείροις διδύμαις ἔριϛ, εἴϑ' ὃ γε Λυδὸϛ Εἴτε Λάκων. — V. 5. ἄστεα. Diospolis, quae antiquitus Thebae appellabantur, et Athenae. Cognatas has urbes fuiſſe poëta ait, quod altera ſub Jovis, altera ſub Minervae tutela eſſet. Haec ſola mihi ſuccurrit interpretatio, quamvis verba ἐνὸϛ αἵματος non ſatis commoda eſſe probe intelligo. Melius res procederet, ſi conſtaret fuiſſe, qui Cecropem Thebis in Atticam veniſſe traderent. At ejusmodi traditionis veſtigium nullum in locis veterum de Cecrope, quos diligenter collegit *Marsham* in Chron. Sec. VIII. p. 111. — ὡϛ λόγος ἔλλην. Vat. Cod. quod vulgatae praeferendum. — V. 6. κλήρῳ. τὴν μὲν Παλλὰϛ ἐλάγχανε, τὴν δὲ Ζεύϛ. Jejuna hoc in verſu vocula ἀεὶ, nec tamen propterea corruptelae ſuſpicionem moverim cum cl. *Wakefield*, qui l. c. tentat κλήρῳ δ' ἡ γαῖα ſive γάνυται.

FRONTONIS EPIGRAMMATA.

¶. 346.] *I.* Vat. Cod. p. 595. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 615. *Alberti* ad *Heſych.* II. p. 1140. et *Toup.* in Cur. nov. p. 293. Grammaticus luſus, quo puerum poëta hortatur, ut ne amoris fructum ipſi diutius deneget. — V. 1. „πολεμεῖϛ μ' ὦ φ. Sic in cod. ſcriptum, et „lectionem hanc tuetur *Dorvillius*, qui probat bene „graece dici πολεμεῖν τινα, quod ſi verum non eſſet, non „ideo mutanda eſſet hujus verſus lectio. Nam πολεμεῖϛ „μ' ὦ – poſſet eſſe pro μοι ὦ. Vide quae notavi ad *Leo-*„*nid. Tar.* Ep. LVIII." *Br. Salmaſii* emendatio πολεμεῖ μοι – in quaedam apographa irrepſit, eamque prae altera probat *Toup.* qui ceterum apte comparat *Xenoph.*

K. Π. I. 3. 10. ὦ παῖ, οὕτω τῷ Σάκᾳ πολεμεῖς. Elegantior, nec *Dorvillio* judice repudianda *Salmaſii* emendatio in v. 2. τὸν σὸν Καμβύσην οὐκ ἐλεεῖς, λέγε, με. Sic in Sched. Tryll. legitur, ubi etiam εὐκ ἐλέγεις, fortaſſe pro ἀλέγεις; fruſtra. — V. 3. Μήδος. i. e. Μὴ δοῦς. διδόναι, παρέχειν dicuntur pueri amantibus. In eodem verbo, ſed ſenſu diverſo luſit *M. Argentar.* Ep. V. p. 267. — Σάκας. Fuerunt, qui hoc vocabulum per ἰδροπέρωτον interpretarentur; neſcio quo jure, nam *Heſychii* gloſſa, σακκινόσυνοι, δασύπρωκτοι, huc non pertinet. *Barbatum* ſignificat *Fronto.* Σάκος. πώγων. *Ariſtoph.* Eccl. 498. μίσει σάκον πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα. Haec optime explicuit *Brunckius* ad *Ariſtoph.* T. II. p 30. ſq. — V. 4. Ἀστυάγην paedicones appellant piloſum et deformem, quod ad ejus adſpectum non arrigunt. Similiter luſit *Strato* Ep. X. ubi vide not.

II. Cod. Vat. p. 604. Edidit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 100. qui ſenſum recte explicavit, et *Toup.* Cur. nov. p. 294. Vocabula θησαυρὸν et φάσματος uncialibus literis debebant excudi, quod *Brunckius* neglexit, quamvis monente *Toupio*, nec nobis Lipſienſes paruerunt typothetae. Etiam hoc carmen in luſu grammatico verſatur. Puerum ſibi fingit poëta, cui inſequentium temporum conditionem praedicens ad *Menandri* quasdam comoedias reſpicit. Placuit acumen hujus carminis *Agathiae*, qui id imitatus eſt Ep. XIV. — V. 1. ἀκμήν, juvenilem florem. Θησαυρός, Menandri fabula, paſſim laudatur. — Καμψεῖ. Non proprium nomen, ſed appellativum eſſe putabat cl. *Böttiger* in Specim. Edit. Terentii p. 60. qui poëtam puerum *comoedum* ἀκμάζοντα et delicias facientem hortari cenſet. Huic conjecturae favet *Straton.* Ep. XXXV. in quo ſimilis eſt ad *Menandri* comoediam alluſio. — V. 2. Φάσματος. *Terentius* in Prolog. Eunuchi v. 9. de *Luſcio Lanuvino* agens: *Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit*, ad quae verba *Scholiaſtes* hujus fabu-

lae argumentum enarrat. — V. 3. Tempore procedente fies aſper, hiſpidus et nobis odioſus. De *Menandri* Μισουμένῳ, in quo miles quidam Thraſonides primas partes habebat, vide *Bentlej.* in Em. in Men. Reliq. p. 33. et *Harleſ.* ad Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 465. Reſpexit hanc fabulam *Martialis* L. XIV. 214. *Pueri comoedi. Non erit in turba quisquam* μισούμενος *iſta; Sed poterit quivis eſſe* δὶς ἐξαπατῶν. Sic ſcribendum, non δὶς ἐξάπατος. — De Γεωργῷ, qui et Ῥεγίας inſcribitur a nomine τοῦ πρωταγωνιστοῦ, vide inprimis *Toup.* in Epiſt. crit. p. 35. — Τῆς Περικειρομένης argumentum explicuit *Börtigerus* l. c. p. 60. ſimul ſenſum hujus verſus expediens: „τὴν περικειρομένην, ſc. ἀκμὴν, crines, qui puerum in flore „aetatis ornant. Tondebantur pueri, annos pubertatis „ingreſſi. Item catamiti, quando nova nupta domum „mariti ingrederetur. In eo ſitus eſt aculeus epigrammatis.“ De eadem fabula nuper docte disputavit *Huſchke* in Anal. crit. p. 172. ſqq.

NUMENII TARSENSIS DISTICHON.

Auctori ſuo hoc diſtichon vindicavit Vat. Cod. p. 573. In Planud. enim p. 484. St. 629. W. ſine auctoris nomine proſtat. Membranae depravate legunt: ἐστιν μοι μέλλει et v. 2. ἀναγιγνώσχω τ. κάλαμον. Veram Planudeae lectionem exhibuit *Brunckius.* Senſum ſic reddidit *Huetius* p. 49. „Dominus meus eſt Cyrus. Quid ad me, „ſi duo haec verba, κῦρος et κύριος, una literula diffe„runt? Formoſum hunc Cyrum non lego, ſed video.“

GLAUCI EPIGRAMMATA.

¶. 347.] *I.* Vat. Cod. p. 575. Edidit *Reiske* in Not. Poët. p. 203. Pueros, parvis olim muneribus contentos, jam avaros esse factos et majora appetere, conqueritur. *Tibull* I. 4. 57. *Heu, male nunc artes miseras haec secula tractant. Jam tener adsuevit munera velle puer.* Conf. *Ovidium* I. Amor. IV. de Corinnae avaritia querentem, et *Straton* Ep. LIV. — V. 1. ὄρτυξ. Plurimum huc facit *Aristophan.* in Avib. 706. ubi aves vim, quam in res humanas exercent, jactantes,

Πολλοὺς δὲ καλοὺς, aiunt, ἀπομωμοκότας παῖδας πρὸς τέρμασιν ὥρας
διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἡμετέραν διεμήρισαν ἄνδρες ἑρασταί,
ὁ μὲν ὄρτυγα δούς, ὁ δὲ πορφυρίων', ὁ δὲ χῆν', ὁ δὲ Περσικὴν ὄρνιν.

Plautus in Captiv. V. 4. 5. *quasi patriciis pueris aut monedulae Aut anates aut coturnices dantur, quicum lusitent.* Nota historia de Alcibiadis coturnice ex *Plutarch.* T. I. p. 195. E. *Dio Chrysostom.* Or. LXVI. p. 607. puerorum amantes cum gloriosis conferens: ὅταν αὐτοὶ μὲν ὄρτυγας ζητῶσιν, ἢ ἀλεκτρυόνας, ἢ ἀηδόνιον —. Delectabantur autem pueri coturnicibus propter pugnas, quas illas aves inter se committere docebant. Vide *Meursium* in Them. Att. II. 25. et quae collegit *Reimarus* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 1097. 78. *Plutarch.* T. II. p. 207. B. — Coturnices, pilam et talos, tanquam oblectamenta puritiae, jungit *Plutarch.* T. II. p. 319. F. de Antonio et Augusto: λέγεται δὲ πολλῆς οἰκειότητος αὐτοῖς καὶ συνηθείας ὑπαρχούσης, πολλάκις σχολαζόντων εἰς παιδιὰν σφαίρας ἢ κύβων ἢ νὴ Δία θριμμάτων ἁμίλλης [οἷον ὀρτύγων, ἀλεκτρυόνων,] ἀεὶ νικώμενον Ἀντώνιον ἀπαλλάττεσθαι — ubi verba uncis inclusa ex margine in contextum venisse suspicor. — De

ἐστραγάλοις pueris donatis vide ad *Aſclepiad.* Ep. XXXI. — V. 3. κίρματα παίγνια. junctim Vat. Cod. et quaedam apogr. — V. 4. ζητεῖτ'. Non recte ſenſum percepit *Reiskius*, ἄλλο τι de aliis machinis, pueris a paediconibus admovendis, explicans. Nam illas machinas jam indicaverat *Glaucus*, λοπὰς καὶ κίρμα, *veſtes et argentum*, quibus puerorum pudicitia expugnari poſſet. Hoc igitur voluiſſe videtur: Renuntietis oportet priſtino puerorum amori, et aliud quaeratis venerei furoris oblectamentum atque remedium. — In apogr. Lipſ. ζητεῖ δ' ἄλλο τι.

II. Cod. Vat. p. 413. ſq. Planud. p. 96. St. 141. W. Panis cum Nymphis de Daphnide colloquium, quale ſupra habuimus inter Ep. *Diodori Zonae* VI. [8]. (Anal. T. III. p. 331.) Elegans carmen. — V. 1. Pan Daphnidis, quem deperibat, veſtigia perſequitur. De Panis erga paſtorem illum amoribus nota ſunt omnia. Vide ad *Meleagri* Ep. XXVII. T. I. P. I. p. 47. — φράσατ' ἀτρεκές. *Theocrit.* Eid. XX. 19. Ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον, οὐ καλὸς ἐμμί. — V. 2. ἰξίφους. vulgo et in Vat. Cod. Sed ἰξίφως eſt in Flor. ed. et in Ald. 1. — V. 3. φλοιοῦ. Sic plane *Theocrit.* Eid. XVIII. 47. γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται. *Callimach.* in Cydippe fr. CI.: ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φέρεσθε γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι κηλήν. ut praeclare reſtituit *R. Bentlejus* hos verſus, ad quos videndus *Valckenar.* in Eleg. fragm. p. 210. ſqq. — V. 5. Πάν. Sunt haec verba a Daphnide arboris cortici inſculpta, quibus ille Pana rogat, ut ad Maleam ſive ad montem Pſophidium veniat, ſeque eodem venturum eſſe pollicetur. Μαλέαν. Non notum Maleae promontorium cum *Brodaeo* intellexerim, ſed urbem Arcadiae, quam Μαλαίαν vocat *Pauſan.* VIII. 27. p. 654. In talibus orthographiâ nihil incertius. Prope illam urbem montem ejusdem nominis fuiſſe, ex hoc loco fortaſſe conjicias. Ψωφίδιον. (vulgo et in Vat. Cod. Ψαφήδιον.) a Ψωφίς, urbe Arcadiae, circum quam plures

ſunt montes Pani ſacri. *Pauſan.* VIII. 24. p. 465. Cf. *Stephan. Byz.* in Ψωφίς, et *Luc. Holſten.* p. 361. — V. 6. ὑπάγω. equidem porro pergam, et Daphnidis veſtigia ſequar. Utraque ſignificatio in hoc verbo jungenda eſt, quando vi neutra uſurpatur, ut ap. *Xenoph.* Anab. IV. 2. 16. p. 233. ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἄκρον, τοὺς δ' ἄλλους ἐκέλευεν ὑπάγειν. Ibid. L. III. 4. 48. p. 210. καὶ τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ὑπάγειν παρεκελεύετο. *Ariſtoph.* Nub. 1298. ὕπαγε· τί μέλλεις; οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφόρα.

III. Cod. Vat. p. 482. cum lemmate: εἰς Βάκχην Γλαύκου Ἀθηναίου. Sic quoque in Plan. p. 297. St. 436. W. In Bacchae e marmore ſtatuam. Conf. ad *Simonid.* Ep. LXXXI. p. 255. — V. 3. In omnibus et editis et ſcriptis libris, quos equidem vidi, legitur: ὦ Σκόπα, ἃ θεσπιὸς ἐμήσατο, μήσατο τέχνα — nec, unde *Brunckii* lectio ſit ducta, novi. Hanc tamen, ſimilemve expreſſit *Grotius*: *O Scopa, divino reperit tua dextera caelo Prodigium inſanum, Thyada caprinecam.* In ejusmodi locis *Brunckii* taciturnitatem aegre ferimus. Caeterum hoc carmen obverſabatur fortaſſe *Calliſtrato*, cum ſcriberet in ejusdem ſtatuae deſcriptione: καὶ τῶν δημιουργῶν αἱ χεῖρες, θειοτέρων πνευμάτων ἐράνοις λαφθεῖσαι, κάτοχα καὶ μετὰ (ſic lege pro μετὰ) μανίας προφητεύουσι τὰ ποιήματα· ὁ γὰρ δὴ Σκόπας, ὥσπερ ἔκ τινος ἐπιπνοίας κινηθείς, εἰς τὴν τοῦ ἀγάλματος δημιουργίαν τὴν θεοφορίαν ἐφῆκε. Perperam *Scholiaſtes* χιμαιροφόνον apud noſtrum pro θηροφόνον ſimpliciter poſitum eſſe autumat, cum ex *Calliſtrati* deſcriptione conſtet, Scopae Baccham χίμαιραν necatam manibus tenuiſſe.

IV. Vat. Cod. p. 482. εἰς αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ. Falſum eſt lemma, nam aliam hiſtoriam hoc diſtichon reſpicit. Plan. p. 297. St. 436. W. Satyri ſpeciem mentitus eſt Jupiter, cum deperiret Antiopam, Nycteï filiam. *Ovid.* Metam. VI. 109. *Addidit, ut Satyri celatus imagine pulcram Jupiter implerit gemino Nycteida fœtu.* Vide,

qui hanc fabulam docte perſequitur, *Valckenarium* in Diatr. c. VII. p. 59. ſqq. Ex hoc carmine conjicias, Antiopam inter Bacchi orgia, cum discurrendo feſſa procubuiſſet, a Jove compreſſam eſſe, quae *Heynii* eſt ſententia in Comment. T. X. p. 82. — V. 1. ἴθετε. Vat. Cod. Alter verſus parum elegans. Nolim quidem corruptelae ſuſpicionem movere; ſed pro meo ſenſu haud paulo elegantius foret carmen, ſi legeretur:

εἰς δὲ χορείαν
θρώσκειν ἦκεν ἔρως, ὡς βρομιαζόμενον.

¶. 348.] *V.* Plan. p. 312. St. 452. W. In Philoctetem Parrhaſii. Hanc celeberrimi pictoris tabulam *Plinius* cum reliquis ejus operibus non commemoravit. Ad eandem vero pertinere Ep. *Juliani* XXVII. ſuſpicatur *Heynius* in Comm. T. X. p. 96. — V. 1. καὶ τόν. Pronum eſt emendare:

αὐτὸν ἀπὸ τρηχῖνος ἰδὼν — —

ut in Ep. ἀδεσπ. CCCIX. αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο. *Alexander Aetol.* Ep. II. αὐτάν που τὰν Κύπριν ἀπηκριβώσατο Παλλάς. *Archias* Ep. XIII. αὐτὰν — Ἀπελλῆς τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε. Cf. *Julian. Aegypt.* Ep. XL. Incert. DXIV. et CV. Καὶ tamen defendi poteſt, ſi poëtam plura carmina in Parrhaſii opera continua ſerie poſuiſſe exiſtimemus. — V. 3. ἔν τε γάρ. Haec expreſſit *Julian.* l. c.:

Δάκρυα δὲ ξηροῖσιν ὑπὸ βλεφάροισι παγέντα
ἕστατεν, ἀργύπνου σῆμα δυηπαθίης.

βλέφαρα ξηρὰ reſpondent τοῖς ὄμμασι ἐπικλησθεῖσι. *Heſych.* ἐκλῆναι. ξηρανθῆναι, ut hanc gloſſam reſtituit *Pierſon.* ad Moer. p. 50. Conf. not. ad *Aſclepiad.* Ep. XIII. T. I. P. II. p. 33. — V. 4. ἐντὸς ἔνεστι πόνος. Epigr. ἀδεσπ. CCXCIV. in Philoctetae ſignum: καὶ ἐν χαλκῷ τὸν πόνον εἰργάσατο. — V. 5. ὦ λῶστε. *Erinna* Ep. I. λῶστε Προμαθεῦ. — σὺ μὲν σοφός. tuam quidem artem miramur. Vide not. ad *Anacr.* Ep. III. T. I. P. I. p. 198.

VI. Vat.

VI. Vat. Cod. p. 248. Γλαύκου Νικοτελ. In Plan. p. 252. St. 366. W. gentile non additur. In Eraſippum naufragum. Cenotaphio inſcriptum fuiſſe videtur ad maris litora exſtructo. — V. 1. πέτρης. Vat. — βάρος. Diogenes ap. *Lucian.* M. Dial. XXIV. 2. T. II. p. 216. Bip. ad Mauſolum: ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φῂς (μέγα φρονεῖν) καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῷ βάρει τοῦ τάφου; Id. Dial. X. 6. κατάλιπε δὲ καὶ γένος καὶ — ὅτι μέγαν τάφον ἐπ' ἐοὶ ἔχωσαν — βαρύνει γὰρ καὶ ταῦτα μνημονευόμενα. ubi minima verborum transpoſitione ſenſum adjuveris: βαρύνει γὰρ ταῦτα καὶ μνημ. *talia enim vel verbis commemorata gravare videntur.* In Necyomant. §. 17. T. III. p. 22. Mauſolum τοσοῦτον ἀπολαύειν, ait, τοῦ μνήματος, ὅσον βαρύνετο τοσοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. — V. 3. τὰ δ' ὀστέα. *Homer.* Od. α. 161. ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ Κείμενα ἐν ἠπείρου, ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει. — V. 4. αἰθυίαις. Similia vide ad *Leonid. Tar.* Ep. LXXIV. T. I. P. II. p. 129. *Propert.* L. III. 5. 27. de Paeto: *Sed tua nunc volucres adſtant ſuper oſſa marinae, Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.*

NICARCHI EPIGRAMMATA.

Praeter ea quae hic leguntur Epigrammata Vat. Cod. *Nicarcho* tribuit Ep. *Lollii Baſſi* III. p. 160. Incert. Ep. CIX. et LXXVI. b.

¶. 349.] *I.* Vat. Cod. p. 93. ſq. Edidit *Reiſk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 111. nr. 287. Et juvenes ſibi placere, nec vetulas tamen ſe aſpernari mulieres poëta declarat. — V. 1. πείθει. in amorem pellicit. — V. 2. ἅπτηι' Vat. Cod. et mox ἔχει μόλις. Simyli, hiſtrionis, nomen notum ex *Demoſthen.* Or. pro Coron. p. 314. 11. ed. R. Vide *Valeſ.* ad *Harpocrat.* p. 316. ſq. — V. 3.

ἣν μὲν et ἣν δέ. Vat. Cod. In marg. γρ. ἡ μέν. Sic apogr. Guyet. et Rulink. exhibent. *Reiskius*, cui melior lectio non cognita erat, in priore enuntiatione ellipsin statuebat: *nam si juvencula me amplectatur, bene.* quod hoc loco, si quid video, locum non habet. — V. 4. ϝυσή. Vat. Cod. — „In cod. scriptum δικάσεται, corrupte. „Scriptum olim fuit λιχμάσεται. Λ in Δ mutatum, X mu„tatum in K, ut ap. Hesychium in λικμάζειν, λικμήσοντα, „et omissum M, unde ΔΙΚΑCΕΤΑΙ, quod nullum omnino „sensum habet. Nihil hîc vidit Reiskius, nec ante eum „Salmasius, qui reponebat τιτθάσεται, θρέψει, τιθηνήσει. „Verissima hac mea emendatione manifesta est carminis „obscoenitas, tamen macula eluenda erat.

„*membrum*
„*Sed rugosa viri lambet anus medii.*“

Br. Frustra hunc locum tentavit *Bernardus* in Epist. ad Reisk. p. 466. σιχάζεται suspicans, *fannis excipitur, irridetur*, quod ab hoc contextu alienum est. Idem p. 484. *Abreschium* συκάζεται narrat reponere ex *Aristaeneto*. Sed quid refert, vera lectione reperta, infelices conjecturas curiose conquirere?

II. Vat. Cod. p. 94. τοῦ αὐτοῦ· πρὸς ἑταίραν Φιλουμένην παραίνεσις. In hoc codice subjiciuntur tria disticha, quae, propter priorum versuum depravationem, sola a Planude recepta sunt p. 481. St. 625. W. *Nicarchi* nomine appositio. *Brunckius* ea retulit inter ἀδέσποτα nr. LXXIII. ubi auctoris nomen in membranis deesse perperam dicit. Saepius in ejusmodi rebus apographa viro doctissimo fecere fucum. Jungenda igitur duo fragmenta, quorum alterum in fine, alterum initio mancum et mutilum esse apparet. Primum ponam carmen, sicut in codice legitur:

Τῆς μητρὸς μὴ ἄκουε, Φιλουμένη· ἢν γὰρ ἀπέλθῳ
καὶ θῶ ἅπαξ ἔξω τὸν πόδα τῆς πόλεως

τῶν κατὰπαιζόντων μὴ σχῇς λόγον· ἄλλεκείνους
ἐμπαίξασ' ἄρξαι πλεῖον ἐμοῦ τι ποεῖν.
πάντα λίθον κίνει· σαυτὴν τρέφε· καὶ γράφε πρός με
εἰς ποίην ἀκτὴν εὐφρόσυνον γέγονας.
εὐτακτεῖν πειρῶ· τὸ ἐνοίκιον εἴ τι περισσὸν
γίνηται, καὶ ἐμοὶ φρόντισον ἱμάτιον·
ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃς, τέκε καὶ τέκε· μὴ θορυβηθῇς·
εὑρήσει πόθεν ἐστ' ἐλθὸν ἐς ἡλικίην.

Jam totius carminis ſenſum videamus et argumentum. Si memineris eorum, quae miſere amantes, cum puellas, quas depereunt, relinquere coguntur, eas hortari ſoleant et monere, ut ne aliorum illecebris ſe capi et corrumpi ſinant, *noctes diesque ipſos ament, ipſos deſiderent, ſomnient*, nec de ulla alia re cogitent, (*Terent.* Eunuch. I. 2. 112.) ne, dum ipſi patria carere cogantur, malis artibus pecuniam ſibi quaerant, (idem in Heautont. II. 3. 16.) et quae alia ſunt his ſimilia; horum ſi quis, inquam, meminerit, facile intelliger, *Nicarchum* hoc carmine iſtiusmodi amantium exhortationes ſuaviter irridere et παῤῥωδεῖν. Ipſe enim puellae ſive potius conjugi longe diverſa praecipit. Quum abiero, ait, neque caſtae matris admonitiones cures, velim, neque eorum, qui liberiores tuos mores reprehendant, ullam rationem habeas. Victui et crumenae proſpicias, et mihi quoque ut de quaeſtu tuo aliquid ſuperſit, cures: reliqua ne hujus quidem faciens. — Hic mihi ſenſus videtur carminis; quem ſi recte explicavero, ſatis lepidum videbitur Epigramma, quod *Salmaſio*, qui de duobus tantum diſtichis ſtatuebat, frigidiſſimum videbatur. Jam ſingula expendamus. — V. 1. ἢν γὰρ ἀπέλθω. Moechi vlri praeſentiam timent; poſt abitum conjugem ſuam audacius tentaturos eſſe ſperat. Poſt hoc diſtichon nihil tamen videtur deeſſe, quamvis ſequentia verba non ſatis expedita ſint. οἱ καταπαίζοντες videntur eſſe cognati et vicini, qui moecham, viri abſentia fruentem, dicteriis

inceſſant. Vitioſam cod. lectionem ἀλλαχεινους *Reiskius* in Miſc. Lipſ. IX. p. 112. nr. 288. ubi quatuor priores verſus edidit, in ἀλλά γ' ἐκείνοις ſive ἀλλ' ἐς ἐκείνους mutandam cenſebat. Contextui Brunckiana lectio aptior. Verba πλείον ἐμοῦ τι ποιεῖν certe non ſignificant, ut *Reiskius* vertit, *incipe me magni facere*, ſed potius, *incipe plura lucrari, quam equidem poteram.* πλείον ποιεῖν ſimpliciter quidem eſt *proficere*, ita ut comparativi vis fere evaneſcat. Vide *Valcken.* ad Eurip. Hipp. p. 194. A. Sed atticae dictionis regulis horum poëtarum oratio adſtringenda non eſt. — V. 6. εἰς πολὺν ἑκτήν. pro ἐν πολῇ ἑ. poſitum videtur, de qua enallage vide quos laudat *Lennep.* ad *Phalar.* p. 223. ἑκταὶ autem, in quibus luxurioſi homines convivari ſolebant, pro loco luxuriae et voluptati deſtinato poſitum. Vide not. ad *Philodemi* Ep. XXX. 5. T. II. P. I. p. 241. — Lect. membranarum εὐφρόσυνον *Br.* tacite in εὐφρόσυνος mutavit: Scribe mihi, in quibus conviviis et lupanaribus diem hilariter transegeris. De coenis cogitandum, quibus meretrices et matronae, meretricum more viventes, adhiberentur. — V. 7. εὐτακτεῖν πειρῶ. Hoc praecepto, ſi ſincera eſt lectio, vir uxorem monet, ut honeſtam et modeſtam ſpeciem prae ſe ferat, quae ad inflammandos adulteros plurimum confert. De Poppaea *Tacitus* Ann. XIII. 45. *modeſtiam praeferre et laſcivia uti: rarus in publicum egreſſus, idque velata parte oris, ne ſatiaret adſpectum, vel quia ſic decebat.* Nec tamen, fateor, ſatis apparet, quomodo, quae viro abſente moechos ad convivia ſequitur mulier, ſimul εὐτακτεῖν, i. e. decoram ſpeciem gerere poſſit. Quare putabam aliquando corrigi debere:

εὐαγρεῖν πειρῶ.

Divites et bene numatos amantes laqueis tuis irretire conare – quod reliquis certe in hoc carmine vitae praeceptis conſentaneum. Frequentes autem apud hujusmodi ſcriptores metaphorae a piſcatura et venatione ad

meretricias artes traductae, ut ἐγκιστρεύειν, δελεάζειν, σαγηνεύειν, de quibus nonnulla dedit *Abreſch.* in Lect. Ariſtaen. p. 286. θηρᾶν et θηρεύειν, quae illuſtrans *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 556. laudat particulam epiſtolae ined. *Alciphronis*: τῇ Ἀφροδίτῃ ἱκετεύομεν διδόναι τινὰ ἡμῖν ἐρωτικὴν ἄγραν. *M. Argent.* Ep. X. ἀλλ' ἵμπης αὐτὴν ἐγρεύσομεν. Adde *Scheffer.* et *Burm.* ad *Phaedr.* L. IV. 4. 4. et quae collegimus ad *Rhiani* Ep. VII. T. I. P. II. p. 325. — V. 7. ἄν τι. recte in editis libris. Sed verba ἄν τι – γίγνηται intra commata ponenda ſunt. Si quid lucri feceris, habitationis mercedem ſolvas, mihique veſtem provideas. Verbum φρόντισον ad utrumque ſubſtantivum pertinet, ut bene monuit *Scholiaſtes.* — τὰ ἐνοίκια, cellae *penſionem* vocat *Martial.* L. III. 30. ubi vide *Heraldum* p. 68. — V. 9. »λάβε καὶ τέκε. Inepte vulgo. In mem»branis ſcriptum τέκε καὶ τέκε. Salmaſio ſcribendum vi»debatur τέκε, ναὶ, τέκε. Quod dedi, ex optima emenda»tione eſt *Pierſoni* Veriſim. p. 89.« *Br.* — V. 10. πόθεν ἔστ'. unde originem traxerit. Verum patrem aliquando inveniet. *Grotius* vertit: *ad annos Venerit, unde loci venerit, inveniet.*

III. Cod. Vat. p. 94. τοῦ αὐτοῦ. (Ῥουφίνου.) Εἰς ἑταίραν Λέμβιαν καὶ Κερκούριαν· εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα μικρῶν κερκυρίων, τῶν παρ' ἡμῖν σανδαλίων. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 318. *Reiske* Miſc. Lipſ. T. IX. p. 113. nr. 289. *Rufino* reſtituendum carmen, quod in membranis ſequitur poſt tria ejusdem poëtae Epigrammata, quae, quia in Planudea leguntur, in apographis omiſſa ſunt, ita ut in his proximum locum habeat ab Epigr. *Nicarchi* II. Hinc factum, ut editores verba τοῦ αὐτοῦ ad hunc poëtam referrent. A *Dorvillio* tamen, qui ipſum Cod. inſpexit, meliora *Brunckius* doceri potuiſſet. — De duabus meretriculis tanquam de navigiis poëta loquitur, juvenesque hortatur, ut caveant, ne iis inſcenſis faciant naufragium. Similia vide ad *Antiphili* Ep. I. — V. 1.

ἑταῖρα. Ap. Guyet. et Ruhnk. ἑτέρα. Cod. Vat. — *Suidas:* Κερκούρους. νηὸς εἶδος. κέρκουροι καὶ μυοπάρωνες καὶ λέμβη, εἴδη πλοίων. Apte igitur ad allegoriam haec meretricularum nomina inventa ſunt. — V. 2. ἐφορμοῦσιν. Sic Cod. non, ut in quibusdam apogr. legitur, ἐφορμῶσιν. Illud verbum *Dorvillius* de navibus uſurpari docuit, quae in anchoris ſtantes occaſiones captant. Hinc quam apte ad meretrices noſtras translatum ſit, ſponte apparet. Sami illae habitabant, prope portum, nautarum et mercatorum marſupiis ſtruentes inſidias. Conf. Ep. *Simonid.* LXIII. ex cujus Ep. LXIV. quaedam huc translata ſunt. Legitur enim ap. illum: ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ λῃστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης Φεύγετε, Σειρήνων αἶδε γὰρ ἐχθρότεραι. — V. 4. καταδύς. qui in has naves deſcenderit. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 204. — πίσται. Similiter de Thryne *Anaxilas* Comicus ap. *Athen.* L. XIII. p. 558. C. Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χαρύβδιν οὐχὶ πόρρω που ποιεῖ· Τὸν γε ναύκληρον λαβοῦσα καταπίνων· αὐτῷ σκάφει. et perpetuus Comicorum imitator *Alciphron* I. VI. p. 24. de meretrice quadam: καμάζουσι γὰρ πρὸς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει· ἡ δὲ εἰςδέχεται καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. *Sidon. Apollin.* L. IX. Ep. VI. p. 544. *ut primum intelligere coepit et retractare, quantum de bonusculis avitis paternisque ſumptuoſitas domeſticae Charybdis abligurisſet – fugit – meretricii blandimenta naufragii.* καταπίνειν dicuntur praecipue belluae marinae, ut ap. *Lucian.* in Dial. Marin. XIV. 3. T. II. p. 122. ἐπειδὴ τὸ κῆτος ἐπῄει μάλα φοβερόν, ὡς καταπιούμενον τὴν Ἀνδρομέδαν. et in Ver. Hiſt. L. I. 33. T. IV. p. 252. ἡμεῖς ταὶ ἄνθρωποι ναύλυδες ἐσμέν, αὐτῷ σκάφει πρώην καταποθέντες.

IV. Cod. Vat. p. 518. In vetulam, olim formoſam, nunc libidine prurientem. — V. 1. τί γὰρ οἶσθα. Vat. Cod. In marg. apogr. Lennepiani, quod ex Voſſiano factum eſt, γρ. τὸ πάροιθεν, ὅτ' ἦν νέα — quod Brunckiana lectione non deterius. Mihi in mentem venerat:

γραῖα καλὴ χαρίεσσά θ', ὅτ' ἦν νέα.

Syllabarum χαρίεσσά θ' veſtigia ſunt in γαρόεσθα, τι autem, quod praecedit, oriri potuit ex praecedente H, cujus generis errores ubique ſunt obvii, etiam in Vat. Cod. Utrumque epitheton junxit in Helenae laude *Theocrit.* XVIII. 38. ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρη. et *Meleager* Ep. XLIII. ἡδὺς ὁ παῖς — Καὶ χαρίεις, ἵν' ἔχω μὴ οὐχὶ φιλεῖν περιφάσιν· Καλὸς γάρ, ναὶ Κύπριν, ὅλος καλός. Ceterum color, ut ap. eundem Ep. XXII. ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν ποτε. — τότ' ἦτει. tum amantes munera poſcebat. Vide ad *Aſclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21. — V. 2. nunc ipſa moechis mercedem ſolvere parata eſt. ἐλαυνομένη. petita metaphora a navibus, quae remis agitantur. *Ariſtoph.* Eccl. v. 38. ὁ γὰρ ἀνήρ, ὦ φιλτάτη, Σαλαμίνιος γάρ ἐστιν, ᾧ ξύνειμ' ἐγώ, τὴν νύχθ' ὅλην ἤλαυνέ μ' ἐν τοῖς στρώμασιν. Oraculum Cinyrae datum ap. *Platonem Comicum, Athen.* L. X. p. 456. A. Adonis κάλλιστος μὲν ἔφυ θαυμαστότατός τε Πάντων ἀνθρώπων· δύο δ' αὐτὸν δαίμον' ἔχητον· Ἡ μὲν ἐλαυνομένη λαθρίοις ἐρετμοῖς, ὁ δ' ἐλαύνων. — V. 3. τεχνῖτιν habet ap. Voſſ. In membr. eſt τεχνίτην. τεχνῖτις mulier Elephantidis et Philaenidis nequitiarum peritiſſima; qualem *Automedon* Ep. III. deſcribit — ὀρχηστρίδα, τὴν κακοτέχνοις Σχήμασιν ἐξ ἁπαλῶν κινυμένην ὀνύχων. — ὅταν. cum ſe vino nonnihil invitaverit, tum etiam magis morigera. — ¶. 350.] V. 5. πίνει. Similis puellae commemoratio ap. *Hedylum* Ep. III. ἡ διαπινομένη Καλλίστιον ἀνδράσι — νήστις τρεῖς χόας ἐξέπιεν. — In fine verſus membranae ἢν θέλῃσι exhibent; Voſſ. ap. in marg. ἤν γε θελήσει. — V. 6. ἐκ. Vat. Cod. Poſt illa ſibi non amplius temperat, quin omnia ſurſum deorſum vertat. Eſt in hac paroemiaca locutione nequitia, quam indicaſſe ſufficit. Cf. Ep. V. 9. et *Antip. Theſſ.* Ep. VIII. quod *Nicarcho* rectius tribui exiſtimo. De meretrice, quae τὰ ἄνω praebebat, accipiendum Ep. *Martialis* II. 31. vulgo minus recte intellectum: *Saepe ego Chriſtinam futui.*

Det quam bene, quaeris? Supra quod fieri nil, Mariane, poteſt. — V. 7. κολλᾶτω. In his color ductus ex *Automedonte* l. c. γλωττίζει, κνίζει, περιλαμβάνει. — V. 8. ἢν μὴ διδῷ. Vat. Cod. qui error ex gloſſemate videtur ortus, poſt μηδὲν in textum inſerto. Ceterum de his omnibus lectionis varietatibus *Brunckius* ne verbum quidem monuit, licet textum in quatuor locis ex conjectura conſtituerit. Ceterum v. 3. et v. 8. ſic ut *Br.* emendavit *Corn. de Pauw* in apogr.

V. Cod. Vat. p. 550. »Hoc et praecedens, quae »nondum fuerant edita, valde ſunt in codice depravata. »Hîc obſervanda eſt lepida Homeri parodia, ap. quem »Il. o. (190.) Neptunus ſic loquitur:

»Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκε Ῥείη,
»Ζεὺς καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀΐδης, ἐνέροισιν ἀνάσσων·
»τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς·
»ἤτει ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεί,
»παλλομένων, Ἀΐδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα·
»Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι·
»γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος.«

Br. Scriptum eſt hoc carmen in mulierem ἐκ παντὸς ἐργαζομένην σώματος, ut *Procopius* loquitur in Hiſtor. Arcan. §. 83. p. 34. ed. *Eichel. quae pariter ſufficit una tribus*, ut *Martialis* L. IX. 33. Comparandum Ep. I. *Luciani.* — V. 4. εἷς γὰρ ἕν. partem quisque mulieris, non totam, ſortito accepit. — V. 5. εὐρώεντα. Etiam hoc Homericum, ſed ex alio loco, Od. χ. 512. εἰς Ἀΐδεω ἴέναι δόμον εὐρώεντα. — V. 6. ὕστατον. Vat. Cod. — V. 7. ἀκταὶ νεκύων. *Sophocl.* Oedip. T. 177. ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ. Idem in Polyxena ap. *Stob.* Ecl. phyſ. T. II. p. 1008. ἀκτὰς ἀκαιδνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς Λιποῦσα λίμνης ἦλθον ἠχούσας γόους. — Lectionem Cod. ἐρημναῖοι ὑνιμόεντες, et verſ. ſequ. δινεῦνται in τόπτοντας *Br.* tacite et audacter mutavit.

In nonnullis apogr. ὑμέναιοι ἡνιμόεντες leguntur. Fortaſſe fuit:

καὶ κρημνοὶ τ' ἠνεμόεντες.

Poſterius enim vocabulum, quamvis tautologicum, mutare non auſim. δινεῦνται autem malim mutare in

δουπεῦνται

quam in τίπτονται; minor enim mutatio et hujus loci lepori accommodatius verbum δουπεῖσθαι, *cum gravi ſonitu pulſari et feriri.* quae vis verbi apparet ex *Crinagorae* Ep. XXVIII. οἱ δ' ἄρα δουπήσαντο ἀκόλλιες, *vulnerati occubuerunt.* — V. 9. ζῆνα δεσθες Κλεόβουλον. Vat. Cod. unde apparet, ſpecioſam *Br.* lectionem, cum antiquae lectionis veſtigiis comparatam, vix veram videri poſſe. In *Pauwii* apogr. δὲ θὲς κλ. quae emendatio ſe facilitate ſua commendat. Cleobulum in Jovis loco ponas; alterum Jovem puta, quippe cui ſuperiores regiones ſortito obtigerint. — οὐρανόν. *Lucian.* Ep. I. 4. ubi vid. not. — τὸ ψολόεν πῦρ. Ap. Homerum de fulmine uſurpatum, Od. Ψ. 330. Ω. 539. ad partem obſcoenam translatum eſt. Inprimis huc pertinet facetum Ep. inter Luſus nr. LXVIII. ubi hortorum deus, ſe quasdam Homeri voces didiciſſe exiſtimans, *Pſoleon*, ait, *ille vocat, quod nos pſoloenta vocamus: Id, quod nos culum, culeon ille vocat.* ubi tamen, ne falſa et ſenſu caſſa dicat, cum *Gronovio*, membranis ducentibus, legendum: *Ille vocat, quod nos pſolon*, ψολόεντα κεραυνόν. ψωλὸς enim *verpus* eſt. — V. 11. ψιάθων. Vat. Cod. ψιαθος, *ſtorea.* Vide *Heſych.* v. et *Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Ran. 575.

VI. Vat. Cod. p. 509. Planud. p. 104. St. 154. W. Hiſtoria de muliere, quae, licet gravida non eſſet, intra ſex dies puellam et puerum peperit. — V. 1. „Perperam in Planudea et contra Epigrammatis ſenſum τῇ μὲν γαστρὶ λαβοῦσα. Bubaſtis Aegyptiorum eadem eſt, „quae Graecorum Diana, de qua videndus Jablonski

„Panth. Aeg. L. III. 3. ubi ultimum hujus Epigr. di„ſtichon prolatum.“ *Br.* Emendatum eſt vitium ex Vat. Cod. ἐν γαστρὶ λαβεῖν dicitur mulier, quae concepit. Vide *Wetſten.* ad N. T. I. p. 233. Hinc natum elegans dictum *Machonis* ap. *Athen.* L. VI. p. 246. C. Ὁ δ' αὐτὸς παράσιτον ἀκούσας ὑπὸ γραίας τρεφόμενον, συγγινόμενόν τε αὐτῇ ἑκάστης ἡμέρας·

Νῦν πάντα, φησί, γίνετ'· ᾗ μὲν οὐ κύει,
ἐν γαστρὶ δ' οὗτος λαμβάνει καθ' ἡμέραν.

Apud eundem in ſimili re ſcribendum videtur:

Ὦ δεῖνα, παράδοξόν γε ποιεῖ πρᾶγμά τι
ἡ γραῦς ποιεῖν σ', ἐν γαστρὶ λαμβάνειν ἀεί.

O bone, mirificam rem te facere cogit vetula illa, ut nimirum ſemper ventre concipias. — V. 2. ἀπ' αὐτομάτου. Vat. Cod. — V. 5. Quod ſi omnes mulieres eadem ratione parere didicerint, nullas in poſterum Lucina partes habebit. — καταλύεται. *Philipp.* Ep. XXXIV. Ἀρτέμιδος λέλυται λοχίων χάρις. De καταλύεσθαι dedimus quaedam ad *Lucillii* Ep. X. T. II. P. II. p. 445. — V. 6. τεύξεται. Vat. Cod.

VII. Cod. Vat. p. 94. Plan. p. 481. St. 625. W. Reſpondet iis, qui ei temperantiam commendaverant. Quid me voluptatibus abstinere jubetis? Num me abstinentia immortalem reddet? Et ſi tamen moriendum eſt, quid refert, utrum podager an integris et valentibus membris ad inferos deſcendam? — ¶. 351.] V. 3. „Inepte in Plan. πολλοὶ γάρ μ' ἐρέουσιν legitur, quod „ineptius a Brodaco expoſitum, *complures claudicantem* „*me deridebant. On me tourmente pour m'empecher de* „*boire.* Loquitur podager, cui vini potu interdictum.“ *Br.* ἐρέθουσιν non ex codice, ſed ex conjectura fluxit. In membr. Vat. πολλοὶ γάρ μ' αἰρεῦσιν legitur, quae quantivis pretii lectio, accentu mutato, αἴρουσιν, ſine haeſitatione in textum reſtituenda eſt. αἴρειν pro ἐξαίρειν poſi-

tum, *efferre defunctum, ut ſepeliatur.* Quid intereſt, ſi podager ad inferos abeo? πολλοὶ γὰρ αἴρουσιν ἐμέ, τότε ſc. non deerunt, qui me ſupremum iter euntem ſublevent et efferant. Hanc praeclaram lectionem, quae huic epigrammati acumen ſuum reddit, expreſſit *Grotius* T. III, p. 269.:

Multi me tollent; fiam ſine claudus: ob illud
Ne dulces thiaſos ſit mihi deſerere.

Hic latinus pentameter graeco longe eſt elegantior, quem onerant voculae ſupervacaneae γὰρ ἴσως, in quibus epitheton verbi θιάσους vel aliud quid latere ſuſpicor.

VIII. Cod. Vat. p. 412. Edidit *Jenſius* nr. 149. *Reisk.* in Anth. nr. 800. p. 174. Viatoris cum Pane, ad fontem collocato, dialogus. Deus ſe praetereuntes prohibere ait, quominus aqua ad pedes abluendos abutantur. Sitis tamen levandae gratia omnibus inde haurire licere. — V. 2. αἰγιπόδην. Cod. Vat. et *Reisk.* ut ap. *Silentiar.* Ep. XLVII. 3. Revocanda haec lectio. — V. 3. προθέεις. *Jenſ.* — V. 4. κοίλαι κάλπιν. *Jenſ.* vitioſe; unde *Reiskius* infelici conjectura κοίλαι κάλπι γελῶν. — V. 5. νήπτρα. Vat. et κρυστάλλινα. „Legitima eſt hujus „verſus ſcriptura, ποτιφέρειν, προσφέρειν tmeſis eſt. Temere „hoc interpolavit Reiskius.“ *Br.* φέρειν omiſerat *Jenſius.* — V. 7. ὦ σέμνου. Cod. Vat. quod *Salm.* et *Reisk.* emendaverunt. — V. 8. νόμιος. *Jenſ.* contra cod. fidem. — V. 9. „Depravatum eſt πίνῃς et contra Epigrammatis „ſenſum. Potu enim aquae non interdicit Pan, ſed „vetat, ne pedum lotione contaminetur fons: metro „etiam repugnat; prima enim in πίνω longa eſt. *Sal-*„*maſius* reponebat φέρῃς e praecedenti: ποσοὶ δὲ μή ποτα „νίπτρα φέρειν. Melius, meo judicio, Reiskius ἢν δὲ ποιῇς. „quod reponendum ſuadeo. πάθος. morbum cinaedicum. „Gloſſae: *morboſus.* παθικός. Catull. Carm. LVII. *mor-*„*boſi pariter, gemelli utrique.* Vertendum itaque erat:

„*Si autem ex induſtria id feceris, quia cinaedus es,* non, „ut Reiskius: *morbi levandi cauſa.*“ *Br.* Emendaveram olim: ἢν δὲ πλυνῇς ἐπίτηδες. a verbo πλυνέω, quo *Homerus* utitur Od. ι. 31. ἀλλ' ἴομεν πλυνέουσαι. ubi vide *Clarkium* de primae ſyllabae menſura disputantem. Nunc fere pronior ſum in *Reiskii* lectionem. Si forte, Pan ait, minae illae te, quia cinaedus es, non tam absterrent, quam invitant, ut aquam inquines, alia etiam poena eſt, qua te afficere poſſim. Cum his egregie conveniunt minae Priapi ap. *Catullum* XX. 16.:

Proïn', viator, hunc Deum vereberis,
Manumque ſurſum habebis. Hoc tibi expedit,
Parata namque crux, ſine arte mentula.
Velim pol, inquis: at pol, ecce, villicus
Venit: valente cui revulſa brachio
Fit iſta mentula apta clava dexterae.

Luſus in Priap. LI.:

— *improbiſſimi fures,*
Nimirum apertam convolatis ad poenam:
Et vos hoc ipſum, quod minamur, invitat.

Ibid. LXV.:

Quidam mollior anſeris medulla
Furatum venit huc amore poenae.
Furetur licet usque, non videbo.

IX. Vat. Cod. p. 94. „Carmen hoc, quo caret apogr. „Buherianum, e Vat. Cod. ad oram exemplaris Wechelianae deſcripſit Salmaſius. Editum a Dorvill. ad Charit. „p. 240.“ *Br.* Lemma eſt in Cod. Vat. ἄδηλον [οἱ δὲ Νικάρχου.] Hoc vero a recentiore manu additum. Agricola Pana, Bacchum et Cererem greges foecundos et vini frumentique abundantiam rogat. Cum Baccho Pana conjunxit *Leonid. Tar.* XXX. quem expreſſit *Sabin. Gramm.* T. II. p. 304. Cf. *Arnald.* de Diis πατρ. c. XIX. p. 120. — V. 1. Διονύσεια. Vat. Cod. — V. 2. ἴδηκε.

membr. quod *Dorvill.* emendavit. — χθονίη. Cereris cognomen, de quo videndus *Pauſan.* L. II. 35. p. 194. ſq. et ad *Ariſtoclis* Epigr. T. II. p. 108. Hinc apparet, initiali majore Δηοῖ Χθονίῃ ſcribendum eſſe. — V. 4. ἀμῆσαι, det mihi lactas ſegetes metere. Ceres ἀμητὶς dicta, ob meſſem mortalibus monſtratam. *Apollon. Rhod.* IV. 986. Δηὼ δὲ κείνῃ ἴνι δή ποτε νάσσατο γαίῃ, Τιτῆνας δ' ἔδαπτεν στάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι.

X. Cod. Vat. p. 195. Νικάρχου δοκεῖ. Sine haeſitatione *Nicarcho* hoc carmen tribuit Planud. p. 422. St. 557. W. Nicarete, cum eam vitae pudicae, quam texendo toleraverat, poenitere coepiſſet, ad Veneris caſtra transit, artis textoriae inſtrumentis in veſtibulo templi ejus concrematis. Similis argumenti eſt Ep. *Antip. Sidon.* IX. et. ἄδεσπ. CXVI. — V. 1. Verbum μιτώσαμένη duplici ratione conſtruitur. ὑπὸ κερκίσι, *accinente radio textorio*, ut ὑπ' αὐλῷ, ὑπὸ μέλει, quae cum aliis hujus generis illuſtrat *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 434. ed. Bip. niſi malis ellipſin ſtatuere, ὑπὸ κερκίσι τραφεῖσα, cujus ſimilia dedit *Abreſch.* in Lect. ad Ariſtaen. p. 212. — τὰ νήματα, licia telae intendens. πολλά, pro πολλάκις. — V. 4. „πυρῆς absque „cauſa ſollicitat *Brodaeus.* Quae, deſerta Minerva, ſub „Veneris ſignis militare maluit, prioris artis inſtrumenta „ſuper Veneris ara cremavit. πυρὴ hic eſt ἐσχάρα, altare, „in templi veſtibulo poſitum, ubi victimarum partes et „thura adolebantur.“ *Br.* Malebat *Brodaeus* θύρης aut πύλης, in veſtibulo januae fani tui. Haec vel ſimilis lectio obverſabatur *Grotio*, cum verteret: *Caetera ſuſpendit Cypridos ante fores.* πυρῆς h. l. pro *ara* poſitum eſſe, non tam facile credimus *Brunckio.* Nec video, quid obſtet, quominus Nicarete, a *Nicarcho* conficta, ligna quaedam in Veneris veſtibulo exſtruxiſſe et in iis inſtrumenta ſua concremaſſe putetur. — V. 5. κακῶν γυν. pauperum mulierum ſive miſerarum ſimpliciter. — ἔργα. eſt ars texendi cum ipſis ejus inſtrumentis, ἐργάνοις. *Antipater*

Sidon. l. c. λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης. λιμηρὸν ἔρωτα dixit *Theocrit.* Eid. X. 57. — V. 6. νέαν vulgo. νέον emendavit *Salmaſ.* in not. ined. ex Vat. Cod. — Notandum eſt τήκειν ἄνθος pro *perdere, corrumpere.* Eodem ſenſu, ſed haud paulo rectius *Theocrit.* Eid. II. 83. τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο. *Lucian.* Dial. Mort. XXVIII. 2. T. II. p. 231. εἰ μαθοὶ ἀπετάκησαν. — ¶. 352.] V. 9. δεκάτην ἀπὸ λήμματος. partem quaeſtus meretricii. — ἐργασίην. Vide not. ad *Philippi* Ep. XXVIII. 1. — Senſus eſſe videtur: Ut nunc accepiſti priſtini victus mei inſtrumenta, ita nunc mihi ex nova, quam amplexus ſum, vita quaeſtum praebeas et procures.

XI. Vat. Cod. p. 455. Plan. p. 57. St. 81. W. Scriptum eſt carmen in ſimulacrum Minervae pomum manu tenentis. Venus loquitur. — V. 2. τεύμον ἁρπάξασα δῶρον. Vat. Cod. ubi fortaſſe antiqua lectio latet, quam *Planudes* immutavit, ut metro ſuccurreret. — V. 3. τὸ πάρ. Vat. — V. 4. ἐδογμάτισεν. Vat. Cod. — V. 5. δόρυ καὶ σάκος. tu haſta et clypeo ſuperbias. Venus, malo accepto, ap. *Coluthum* v. 174. Οὐ σακέων βαρύλεια, καὶ εἰ πυρὸς ἔσκε τιθήνη, Οὔ σοι Ἄρης ἐπάρηξε, καὶ εἰ δορὶ μαίνεται Ἄρης. *Callim.* in Lav. Pall. 44. Minerva ἵππων καὶ σακέων ἀδομένα πατάγῳ. — V. 6. ἀρκεῖ τῷ μήλῳ. Bellum Trojanum nos de hoc pomo geſſiſſe ſufficiat; alterum ne excitetur, pomum redde.

XII. Vat. Cod. p. 518. *Nicarcho* hoc carmen reſtituit, quod in Plan. p. 136. St. 197. W. ἄδηλον eſt. In Niconoën, quae, quamvis vetula, quaerebat adhuc, cui nuberet. — V. 1. νεικονόη. Vat. Cod. — V. 2. ἴδεν. Vat. Cod. Similiter in vetula ridenda luſit *Martial.* X. 39. *Conſule te Bruto quid juras, Lesbia, natam? Mentiris; nata es, Lesbia, rege Numa. Sic quoque mentiris: namque, ut tua ſecula narrant, Ficta Prometheo diceris eſſe luto.* In Luſib. nr. XII. *Quaedam ſerior Hectoris*

parente, Cumaeae soror, ut puto, Sibyllae, Aequalis tibi, quam domum revertens Theseus reperit in rogo jacentem. et nr. LV. *Quae forsan potuisset esse nutrix Tithoni, Priamique Nestorisque, Illis ni pueris anus fuisset.* De sene quodam capulari *Philonides* dixerat comicus: νυνὶ δὲ Κρόνου καὶ Τιθωνοῦ παππεπίπαππος. ap. *Polluc.* L. III. 18. Similia, si opus foret, plura possent excitari. — V. 3. ταῦτα. Illud sub Deucalione diluvium et Niconoës florem, qui in eandem aetatem incidit. — V. 4. τάφον. Apte haec cl. *Mitscherlich* admovit *Horat.* III. Carm. XV. 4. *Maturo propior desine funeri Inter ludere virgines.*

XIII. Vat. Cod. p. 520. Plan. p. 127. St. 183. W. Charmus quidam in Arcadia cum quinque aliis cursu certans, a sex cursoribus superatus est. Nam cum amicus quidam ejus in stadium descendisset, ut eum cohortaretur et excitaret, pone hunc quoque egregius ille stadiodromus relictus est. — V. 1. Κάδμος in Ed. Flor. et Ald. 1. Χάρμος reliquae et Cod. Vat. — V. 2. ἐν Ἀρκαδίᾳ. Tegeae fortasse, sive ad montem Lyceum. De certaminibus gymnicis in utroque loco celebratis vide ad *Simonid.* Ep. LXXV. 8. 9. — V. 2. ἐξέτεισε. De histrionibus praesertim hoc vocabulum usurpatur et de fabulis tragicis comicisve, quae exploduntur; deinde omnino de iis, qui sperata frustrantur laude. — V. 3. εἷς φίλος. Hunc amicum in arenam descendisse putabat *Brodaeus*, ut se a Charmo pateretur vinci; parum recte. Eum acclamando tardissimum hominem excitare et exstimulare voluisse, dubitare noli. Hanc ob causam θάρσει acclamat; ut illi ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 92. in descriptione pugnae Pollucis: ἥρως κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνασκον. — Nec ad cursum paratus erat ille, qui ἐν ἱματίῳ venerat; stadiodromi enim nudi currebant. *Pausan.* I. 44. p. 106.

XIV. Cod. Vat. p. 530. Plan. p. 132. St. 190. W. Callidum vatis Olympici responsum. Sunt quaedam *Lu-*

cillii Epigrammata (XLIII. XLIV.) in Olympum vatem, similis argumenti. Idem an fuerit, fictumve nomen, non constat. — V. 1. πλεύσοι. Vulgo. — V. 3. In edit. pr. et Ascens. κενεὴν inepte legitur, quod quamvis ab *Aldo* emendatum, tamen in *Stephani* edit. rediit. — ¶. 353.] V. 5. ἥξεις. Color idem, ut in Ep. *Lucillii* XLIV.

XV. Vat. Cod. p. 539. sq. Planud. p. 134. St. 193. W. in titulo: εἰς βαλανεῖον ψυχρόν. Idem lemma in Vatic. membrana legitur, sed falsum videtur. *Joseph. Scaliger* in not. msc. adscripsit: Εἰς βραδεῖς. idemque existimabat *Huetius* p. 14. et *Opsopoeus*. Ab ultimo districho, si quid video, totius carminis explicatio pendet. — V. 2. Δύστρος. ὁ Μάρτιος μὴν παρὰ Μακεδόσιν. *Suid.* Cf. *Interpp. Hesych.* T. I. p. 1052. 10. — ἐπ' Ἀντιφ. Antiphilo Archonte. — V. 4. ἄλλον. Vat. Cod. — V. 5. Post ἄρας excidit ἡμῖν in ed. Brunckiana et Lipsiensi, quod serius animadverti. — Quod ille scripsit, se insequente anno rediturum esse, id satis indicat, ipsius hominis tarditatem rideri, non balnei vitium. In seqq. verbis res etiam manifestior. Onesimus in balneo desidens balneatores jusserat, proximo anno ahenum de igne demere et aquam ad lavandum parare. Sic enim haec accipienda sunt. εἰς τότε. *anno abhinc.* Sic dicitur εἰς αὔριον, εἰς τὸν παρόντα χρόνον, εἰς ἀεὶ et similia. — πυρίαν καθαιρεῖν autem quid aliud esse possit, quam ahenum, aqua calefacta, de igne demere, ut aqua in lacum effundatur scilicet? Quo sensu *Grotius* haec acceperit, non satis apparet ex ejus versione: *Scripsit saepe, brevi rediturus spero: ministri Illo namque ignem tempore deminuent.* Hic verba *illo tempore* non habent, quo referantur.

XVI. Vat. Cod. p. 523. Plan. p. 158. St. 230. W. Macilentorum quorundam de macilentiae praemio certamen enarratur. Similia in eodem Planudeae titulo leguntur. — V. 2. λεπτ' ἐπιλεπτ. Ed. Flor. et Ald. pr. — V. 4. δυσὶν. Ed. pr. Flor.

XVII.

XVII. Vat. Cod. p. 563. τοῦ αὐτοῦ. i. e. Λουκιανοῦ, cujus Ep. praeceſſit. In Plan. p. 186. St. 272. W. ἄδηλον eſt. Receptum eſt in Florileg. *Stobaei* T. X. p. 126. 23. Gesn. 73. Grot. Mulis comparantur avari, quod divitiis ſuis non magis fruantur, quam jumenta auri argentique, quod geſtant, oneribus. — V. 1. ψηφίζων praebuit Vat. Cod. pro vulgato ψηφίζει. — V. 2. βίον ἡμιόνων. Similia collegimus ad *Cratetis* fr. VI. 6. Tom. I. P. I. p. 382.

XVIII. Cod. Vat. p. 531. Νικάρχου. Eidem tribuitur in Lectt. Aldi et Ald. 2. 3. Nicol. Sabienſ. In Flor. pr. autem, et ap. *Stob.* T. X. p. 126. 52. Gesn. 73. Grot. *Nicandro* inſcribitur, ad quem refertur etiam in Cod. *Nicandri* Gottingenſi. In avarum, qui, quod reſti parceret, a ſuſpendii conſilio abstinuit. — V. 1. Δεινάρχος vulgo. Δίναρχος ὁ φείλων Vat. Cod. — ¶. 354.] V. 3. δυσωνεῖν dicuntur, qui non frugalitatis cauſa, ſed pecuniae amore parvo obſonant et ſe difficiles in emendo praebent, ſecundum *Caſaubonum* ad *Athen.* L. VI. 3. p. 402. — V. 4. ἴσος. Vat. Cod. — V. 6. ὅςγ' ἀ. Plan. Stob. — ἔθανεν. Vat. Cod.

XIX. Cod. Vat. p. 532. Νικάρχου. Etiam hoc Epigramma in Ed. pr. Flor. et Ald. Νικάνδρου inſcriptum eſt, ut etiam in Cod. Nicandri Gotting. *Platoni Antipatrove* tribuendum eſſe, indicat margo *Stob.* Tit. X. p. 127. 9. In *Stobaeo* Grot. p. 75. *Incerti* appictum. — Phidon moribundus non obitum, ſed impenſas in loculum factas deplorat. — V. 3. ταῦτ' αὐτῷ. Plan. Stob. et Cod. Nicandri. τοῦτ' αὐτῷ. Vat. Cod. Tacite hanc lectionem immutavit clariſſ. editor. — V. 4. τέκνων. Nic. Cod. Poëtae ſententia optime expreſſa in verſione *Grotii*, qui *Brodaeum* ſequitur: *ſolari quaeritis umbram? Unum ex natorum plebe ſuperjacite.* — Frigidum, pro meo ſenſu, hujus carminis acumen.

XX. Vat. Cod. p. 562. Plan. p. 168. St. 245. W. Peculiare caput *de ventris crepitu* Planudes fecit, in quod hoc carmen referret. — V. 1. et v. 3. ἀποκτείνει. Plan. — V. 2. τραυλὸν μέλος. *Theocrit.* Ep. IV. 12. μέλπουσαι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα. — V. 4. καὶ σώζει. vitiose Vat. Cod. Idem πάλιν.

XXI. Vat. Cod. p. 509. *Nicarcho* hoc Epigramma vindicavit, quod ἄδηλον est in Plan. p. 179. St. 262. W. *Scholiastes Luciani* esse existimabat. In Stephanum quendam, qui aucta re familiari etiam nomen auxit atque produxit; sed frustra. — V. 1. Laudat hoc distichon *Petitus* in LL. Att. p. 260. ut probet, manumissos nomen suum nonnunquam mutasse, nonnunquam syllaba adjecta auxisse. At h. l. de manumisso an agatur, dubitari potest. Certe verba καὶ παῖς ἅμα non minus apte ad aetatem Stephani referas: dum puer erat et pauper, Stephanus appellabatur. At nihil omnino his verbis confici potest, quae depravata esse infra docebimus. Nomen autem produxisse, qui conditionem mutarent, apparet ex *Demosthene* pro Corona T. I. p. 270. 24. ed. R. de Aeschinis genere et natalibus agente: χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην ἅμ' Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονε· καὶ δύο συλλαβὰς προσθεὶς τὸν πατέρα, ἀντὶ Τρόμητος, ἐποίησεν Ἀτρόμητον· τὴν δὲ μητέρα, σεμνῶς πάνυ, Γλαυκοθέαν ὠνόμασεν, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην. Huc spectat *Lucian.* in Somn. §. 29. T. VI. p. 335. παρὰ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ δισυλλάβου τετρασύλλαβος ἤδη, πλουτήσας, εἶναι ἀξιοῖ. quae referuntur ad §. 14. p. 311. χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων. ὁ δὲ ἀγανακτήσας, Εἶπατε, ἔφη, τῷ πτωχῷ μὴ κατασμικρύνειν μου τοὔνομα· οὐ γὰρ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. Haec non effugerunt *Brodaei* diligentiam. Nec solum producere nomina, sed etiam ignobiliora in splendidiora mutare solebant: de qua re vide *Lucian.* in Tim. §. 22. T. I. p. 92. et quae ibi collegit *T. Hemsterhusius* p. 379. sqq. Adde *Mercerum* ad *Aristaen.* I. Ep. 14. p. 241. — Initio Ed. pr.

ὢν Στ. quod ex Lect. Ald. emendatum est. — προκόψας, et aetate provectior et copiis instructior. προκόπτειν de tempore usurpatum illustravit *Alberti* in Obss. ad Epist. ad Rom. XIII. 12. de incrementis et progressu aliarum rerum *Graev.* ad *Luciani* Soloecist. T. IX. p. 474. — V. 4. Ἱπποκρατιππιδίας. Vulgo. Brunckiana lectio ex Vat. Cod. fluxit. Delectabantur Athenienses inprimis nominibus ab ἵππος derivatis, quibus opulentiores equorum alendorum studium significabant. Nota res ex *Aristophan.* Nub. v. 63. sqq. nec praetermissa a Schol. ad h. l. ἡ δὲ λέξις τὸν ἱπποκρατοῦντα καὶ ἱπποτρόφον δηλοῖ, ὅπερ τῶν πλουσίων ἐστί. — V. 5. Διονυσιοπηγανόδωρος. Poëtam non solum longitudine, verum etiam significatione hujus nominis risum lectorum captasse, dubitari vix potest; difficilius fuerit poëtae acumen assequi, quod *Brodaeum* certe et *Scholiasten* fugit. Cur enim, quaeso, magnifico Διονυσίου nomini, quod addita terminatione δωρος etiam graviore sono aures ferit, addidit ignobile πήγανον? nisi forte poëta hac ipsa compositione ineptum hominis ingenium significare voluit. Sed vel sic causam requiras, cur hoc potissimum vocabulum elegerit. — V. 6. ἀγορανόμιον *Brodaeus* forum interpretatur, eumque sequitur *Grotius*. Sed quis unquam forum sic appellavit? ἀγορανόμοι magistratus erant, boni ordinis in foro arbitri annonaeque curam gerentes; horum munus ἀγορανομία. Utrumque vocabulum ap. veteres ubique obvium; ἀγορανόμιον nusquam. Ut autem τὸ θεσμοθέσιον locus est, ubi thesmothetae conveniunt, sic ἀγορανόμιον eum locum significare videtur, in quo aediles congregabantur, quos tabulas habuisse verisimile est, quibus perscripta haberent nomina eorum, qui merces, frumentum, olera adveherent et in foro venalia haberent. Quod si Stephanum in istorum hominum numero fuisse constaret, ratio reddi posset, cur in ἀγορανομίῳ, i. e. in aedilium tabulis sive apud aediles, etiam post nomen crebro mutatum, sem-

per tamen Στέφανος vocari dicatur. At priſtinam Stephanii conditionem *Nicarchus* ne verbo quidem indicavit, ſive potius fruſtra indicavit, ſi genuina eſt in v. 1. ſcriptura:

ἦν Στέφανος πτωχὸς καὶ παῖς ἅμα.

quam equidem depravatam eſſe quovis pignore contenderim. Scribe minima mutatione:

ἦν Στέφανος πτωχὸς ΚΗΠΕΤΣ Θ' ἅμα.

et pauper et olitor. Forma κηπεὺς pro κηπουρὸς ap. *Pollucem* notata L. VII. 110. et 140. ſervata eſt etiam in Ep. *Leonidae Tar.* nuper edito a cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 204. αἰὲν δ κατεὺς Κάτων ἐκ τούτων ὤρια δωροφορεῖ. Hac emendatione admiſſa, omnia jam expedita, quae ante difficultatibus laborabant. Primum ipſum Στεφάνου nomen ad priſtinam hominis conditionem ſignificandam facit; deinde intelligitur, cur *Nicarchus* ei ridiculum illud Διονυσιοπηγανοδώρου nomen tribuerit, πήγανον, *rutam*, quam ille olim in foro vendere ſolebant, nobilioribus immiſcens nominibus.

XXII. Cod. Vat. p. 507. Planud. p. 179. St. 261. W. Conqueritur poëta de vino in convivio, quod Mercurii feſto agebatur, effuſo et perdito. — V. 3. οἶνος. Reſpicitur locus *Homeri* Il. φ. 295. Conf. *Alc. Meſſen.* Ep. XV. T. I. p. 490.

¶. 355.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 564. ſq. *Nicarcho* vindicavit carmen, quod ἄδηλον eſt in Plan. p. 142. St. 207. W. — V. 1. Omiſſo nomine Plan. τοῦ γευποῦ βυτῆος. Niconis nomen, quod membranae praebent, de homine ingentis naſi occurrit ap. *Lucill.* Ep. XX. p. 312. — V. 5. βουνός. collis. Vide *Valcken.* de hoc vocabulo disputantem ad *Herodot.* IV. p. 351. 41.

XXIV. Cod. Vat. p. 539. Νικάρχου. In Plan. p. 193. St. 208. W. hoc quoque ἄδηλον. In Theodorum oris gra-

veolentia laborantem, ita ut difficile eſſet, os ejus a culo discernere. Conf. Ep. *Antip. Theſſ.* VIII. quod membranae a nonnullis Noſtro tribui indicant. *Catull.* XCVII.:

Non, ita me Dii ament, quidquam referre putavi,
Utrumne os an culum olfacerem Aemilio.
Nil immundius hoc, nihiloque immundius illud.
Verum etiam culus mundior et melior. etc.

Anthol. Lat. V. 205. quod optime emendavit cl. *Nodell* in Notis critic. ſic:

Quâ tu cunque moves os, culum porrigis ultro:
Nam torpes foetore gravi, ſi forte loquaris.

— V. 2. καλὸν ἦν. decori eſſet phyſicis, ſi hoc tam ſubtile discrimen dignoſcere poſſent. — V. 3. ποῖον eſt in tribus Aldin. et ap. Nic. Sab. pro ποῖος, quod eſt in reliquis et in Cod. Vat. — V. 4. »Voces κἄμμιγα περδομένου abſunt a codicibus omnibus et duabus primariis editionibus: addidit eas Aldus in ſecunda. Valde corruptum »eſt in Planudea ultimum diſtichon" *Br.* Aldi interpolatio ob duas cauſas minime ferenda eſt; primum, quod a poëtae mente aliena eſt; non enim agreſtis et ſordidus homo deſcribitur, qui inter loquendum etiam pedat, ſed oris foetore laborans; deinde, quod tertium diſtichon, ſi Vat. Cod. fides, cum praecedentibus ne jungendum quidem. In membranis enim non ſolum ſeparatur, lemmate appoſito τοῦ αὐτοῦ, ſed etiam nomen hominis diverſum introducitur. Hac cauſa, procul dubio, commotus *Salmaſius* haec ſic corrigenda putabat in not. inedit.:

νῦν δὲ λαλοῦντός σου φόμην σε βδέειν.

quae vitioſe deſcripta eſſe videri poſſent, niſi idem vertiſſet: *nunc cum loquereris et flatum loquendo faceres, alia parte te illum emiſiſſe putabam.* Facile ad eundem ſenſum emendare poſſis:

νῦν δὲ λαλοῦντός σου, βδεῖν σ' ἐνόμιζον ἐγώ.

Sed ejusmodi hariolationibus nihil incertius. — V. 5.

Hoc diſtichon a ſuperioribus disjungendum putabat *Huetius* p. 15. ejusque ſuſpicionem confirmavit Cod. Vat. in quo legitur: πότερον χαιρεῖ Διόδωρος ἡβδηκοντέχει γὰρ πνεῦμα καὶ κάτω καὶ ἄνω. Vulgo habebatur: πότερον ἔχανεν Θεόδωρος ἢ βδέει· ἔχει γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω. Nihil his corruptius et inficetius. *Salmaſius* tentabat in not. mſc. ἢ βδέεν· ὃς γὰρ ἔχει πν. Elegantior eſt *Brunckii* emendatio, ſed nimis abhorret a vulgatae ductibus et falſa de hujus diſtichi cum ſuperioribus nexu nititur opinione. Longe diverſam viam inſtitiſſe videtur *Grotius*, qui vertit:

Diſcere non valeo, quid venerit inde vel inde:
Vipera namque infra ſibilat atque ſupra.

unde vir doctus in Ephemerid. Jenenſ. an. 1796. nr. 366. p. 469. ſuſpicatur, *Grotium* legiſſe:

ἢ βδέει· ἔχις γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Specioſa conjectura; an vera, non dixerim. Haud facile enim quisquam veterum voce ἔχις figurato hoc ſenſu uſus eſt. Praeëunte *Brunckio*, quam minime recedens a lectione Vatic. cod., totum hoc Epigramma ſic lego:

Οὐ δύναμαι γνῶναι, πότερον χαίνει Διόδωρος,
ἢ βδεῖ· ἴσον γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

XXV. Cod. Vat. p. 520. τοῦ αὐτοῦ (*Nicarchi*) εἰς βαρύοδμον. In caput εἰς δυςώδεις retulit etiam Planud. p. 143. St. 207. W. Acumen carminis eſt in duplici ſignificatione verbi φιλεῖν. Praeivit noſtro *Antip. Theſſ.* Ep. VII. πρὸς Διός, εἴ με φιλεῖς, Πάμφιλε, μή με φίλει. quod tamen in fellatorem ſcriptum et noſtro longe argutius eſt. — εἴ με φιλεῖς, μισεῖς με. Fluxit hic verborum luſus ex dicto *Theophraſti*, quod ſervavit *Plutarch.* in Vit. Caton. Min. T. I. p. 777. B. μεμψάμενος δὲ μετρίως, οὐ μετρίας τυχεῖν ἀποκρίσεως, ὅτι κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὡς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι πολλάκις. quod

expreſſit *Ariſtaenet.* L. I. 22. p. 54. αἴτιον δὲ ἦν τὸ βούλεσθαι φιλεῖν μισεῖν. — Pro μισεῖς σὺ *Joſ. Scaliger* in not. mſc. emendabat μισεῖς με. — V. 2. μισῇς. Ed. pr. Flor. Ald. et Aſc.

XXVI. Hoc Epigramma et quatuor ſequentia continua ſerie leguntur in Vat. Cod. p. 524. eodemque ordine, quo leguntur in Plan. p. 148. St. 215. W. Ordinem ducit Ep. XXVII. quod junctum eſt Epigrammati *Stratonis* XCIX. Deinde ſe excipiunt hoc ordine: XXVI. XXVIII. XXIX. XXX. omnes cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. Ne *Stratonem* auctorem putes, vetat omiſſio lemmatis in Ep. XXVII. et multo magis, quod p. 552. et Ep. XXVII. et XXVI. iterum leguntur ſub Καλλικτήρος nomine. Huic igitur et reliqua tribuenda ſunt. *Brunckius* Planudis auctoritatem ſequutus eſt, qui haec omnia ſub *Nicarchi* nomine edidit. — Scriptum eſt hoc Epigramma in medicum, qui aegrotanti mulieri vix manus admoverat, cum ſubita morte exſtincta eſt. Facetum eſt carmen propter parodiam veteris Ep. inter ἀδέσπ. CCCXII. de quo agemus ad Ep. ἀδέσπ. CVI. quod et ipſum cum noſtro comparandum eſt. — V. 1. Ἰητρός. ſic Vat. loco ſec. Ὁ ἰατρός. loco pr. — V. 3. στεφανοῦτο ἡ σορός. Non defuncti ſolum, ſed loculi quoque coronabantur et cippi. Electra *Sophoclis* v. 893. ἐπεὶ γὰς ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον, Ὅρᾳ — περιστεφῆ κύκλῳ Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός. Conf. *Aeſchyli* Choëph. v. 93. ſq. — V. 4. πτὸν φανόν. ſic plerique codd. in quibusdam ſuperſcripta altera lectio τάφον. Bis legitur in membranis hoc carmen: uno loco φανὸν, altero τάφον habet. Illud verum eſt, et a librariis non intelligentibus mutatum. Significat *ferale epulum.* Vide *Kirchmann.* de funer. Rom. p. 523." *Br.* *Salmaſius* in not mſc. ad h. l. notavit haec: *Quis ſit uſus* φανοῦ *in funeribus, jam pridem viri docti annotarunt, et nos alibi plura dicturi ſumus. Poſſet tamen vulgata lectio confirmari ex ſequentibus.* Facit huc

Feſtus in *Faba* p. 286. 13. *Fabam nec tangere nec nominare flamini Diali licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et lemuralibus jacitur larvis, et parentalibus adhibetur ſacrificiis.* cum quibus conf. *Gellium* X. 15.

XXVII. Vide ad Ep. praeced. Mulier illa, in quam Ep. XXVI. conſcriptum eſt, dubitationem de morte, qua perierit, tollere fingitur. Expreſſum carmen ex *Hedyli* Ep. V. T. I. p. 484. Ἄγις Ἀριστανόρην οὔτ' ἔκλυσεν, οὔτ' ἴδιγ' αὐτοῦ· Ἀλλ' ὅσον εἰςῆλθε, κώκυσε Ἀριστανόρης. — Initio carminis *Brunckius* mallet: σέ μ' ἔκλυσε Φείδων, οὔθ' ἥψατο.

¶. 356.] *XXVIII.* Vide ad Ep. XXVI. Hiſtoria de medico, qui, gibboſum rectum facturus, eum lapidibus impoſitis oppreſſit. Parum facetum carmen. — V. 2. ſcribendum cum *Joſ. Scaligero* τετραπόδας τε. — V. 4. τέθνηκεν. vulgo et in Vat. Cod.

XXIX. Vide ad Ep. XXVI. Excuſatio chirurgi cujusdam, quod aegrotum occidiſſet. Ἀλεξοτρίδης, quod *Opſopoeus* de *medico* accipiebat, nomen proprium eſt aegroti. Hujus nominis exempla vid. ap. *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Pallad. v. 34. p. 645.

XXX. Vide ad Ep. XXVI. In Alexidem, medicum, qui omnes aegrotos, quibus manum admoviſſet, ad inferos miſit. — V. 2. ἶδεν. *viſitavit.* Ut enim ἰδεῖν ſaepe pro *congredi, colloqui* ponitur, (vide *Ducker.* in *Thucyd.* IV. 125. T. II. p. 472. *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 276. ed. Bip.) ſic inprimis de medico, qui aegrotum interrogat, venam explorat etc. — Pro ἐνέχρισε πάλιν *Caſaubonus* tentavit in not. mſc. ἐνέχρισεν ἅμα. (ſic enim eum ſcripſiſſe autumo, non ἐνέσχισεν ἅμα.) Si quid mutandum ſit, ſcripſerim potius:

πέντ' ἐνέχρισε πάλαι.

quinque nuper inunxit. quam voculae πάλαι ſignificationem illuſtravit *Valck.* ad Eurip. Hippol. p. 281. Sed

πάλιν pro *item, pariter* paſſim occurrit ap. *Xenophontem* et alios. Hoc modo accipias, an pro *poſthac, deinde*, parum intereſt. — V. 3. μία νύξ. Parodiae haec ſpeciem habent. *Horat.* I. Carm. XXVIII. 15. *Sed omnes una manet nox, Et calcanda ſemel via leti.* — V. 4. γέγονεν. Vat. Cod.

XXXI. Vat. Cod. p. 525. Νικάρχου. Plan. p. 149. St. 216. W. In Zopyrum medicum, qui, ut alter Mercurius, animas mortalium ad Orcum deducebat. Haec *Brmelius*, quam antea factum erat, inter perſonas distribuit. Zopyrum medicum *Brodaeus* eruit ex *Plutarch.* Qu. conv. T. II. p. 653. et *Celſo* L. V. 23. qui antidotum deſcribit a Zopyro Ptolemaeo regi paratum. — V. 2. ἐστέγασεν. Vat. Cod. Ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. et ed. Nicol. Sab. ἐστέγασε primum in Aſcenſ. reperitur. — V. 4. οἵ τ' ὀπίσω. Senſus eſſe videtur, Zopyrum totam Aegyptum tumulis impleviſſe. Horum nonnullos, in conſpectu poſitos, nominatim deſignat, plurimos alios, longo ordine exſtructos, usque ad Paraetonium, digito indicaſſe contentus. — Παραιτόνιον, urbs et portus Marmaricae, etiam Ammonia appellabatur, in occidentalibus Aegypti finibus. Et Παραιτόνιον ſcribitur et Παραιτώνιον. Vide *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 639. §. 57. — V. 5. Zopyrum ſibi poëta ſub Mercurii ψυχοπομποῦ fingit habitu. κηρύκιον h. l. eſt virga illa, qua *nigrum* compellebat Mercurius *gregem*, ſecundum *Horatium* I. Od. XXIV. 18. Cf. I. Od. X. 18. ῥάβδον vocat *Homer.* Od. ω. init. Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο Ἀνδρῶν μνηστήρων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶ καλήν, χρυσείην, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει. Hinc *Lucian.* D. D. VII. 4. T. II. p. 25. Bip. Mercurium puerum deſcribens: ὑπόπτερος δ' ἐστί· καὶ ῥάβδον τινὰ περιφέρεται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. Haec virga antiquitus nihil a caduceo diverſa fuit. Vid. *Ilgen* ad *Homeri* Hymn. in Merc. v. 528.

p. 475. *Böttiger in den Vaſengem.* I. 2. p. 96. ſqq. — Pro ἴχων Vat. Cod. ἴχω. vitioſe.

XXXII. Vat. Cod. p. 533. Νικάρχου. *Lucillio* tribuit Planud. p. 151. St. 219. W. In antiquis autem edd. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ. et Nicol. Sabienſ. Λεωνίδου inſcribitur, ſimul cum Ep. VI. *Leonid. Alex.* quod in membranis proximum a noſtro diſticho locum occupat. — In Demophilum, cantorem peſſimum. νυκτικόραξ. *noctuam* eſſe ait *Iſidor.* in Origin. XII. 7. cum quo etiam alii conſpirant, quos laudat *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 430. Sed qualem avem proprie ſignificaverint veteres non conſtare, monuit *Camus Notes ſur Ariſtote* p. 250. Abſonus ejus et triſtis cantus, ut bubonum, noctuarum, aliarumque hujus generis avium, peſſimi ominis eſſe putabatur. Vide *Intrpp. Virgilii* Aen. IV. 462. *Solaque culminibus ferali carmine bubo Saepe queri et longas in fletum ducere voces.* Quod *ferale carmen* appellat *Virgilius* et alii poſt eum, noſtro eſt θανατηφόρον μέλος. — ὅτ' ἄν et mox καὶ αὐτός. Vat. Cod.

¶. 357.] *XXXIII.* Vat. Cod. p. 541. Plan. p. 154. St. 225. W. Protulit hoc Epigr., quo ridicula de ſurdis duobus, coram judice ſurdo litigantibus, hiſtoria narratur, *Bandini* in Catal. Bibl. Laurent. T. II. p. 297. Eleganter imitatus eſt *Hagedornius* noſter in Fabul. II. ubi laudat Epigr. *Peliſſonii dans le Récueil de Poëſies diverſes par La Fontaine* T. II. p. 331. — V. 2. „τούτων „τῶν δύο κωφ. Plan. In Vat. membr. deeſt τῶν, quod a „Planude additum videtur. Salmaſii emendatio eſt, „quam recepi." *Br.* Mira tmeſis vocis δυςκωφότερος, cujus velim exemplum dediſſet cl. editor. τούτων δύο more Homerico, pro δυοῖν. Vide *Euſtath.* ad Il. κ. p. 802. et *Heſych.* in δύο. Cod. Bandini: τούτων δὴ δυςκωφότερος. — V. 3. αὐτῷ. Cod. Band. — τὸ ἐνοίκιον. Vide ad Ep. VI. — V. 4. ὁ δ' ἔφη. alter ſe totam noctem molam agitaſſe dixit.

Quia ἁλεῖν ambigua ſignificatione gaudet, ut Latinorum *permolere*, (vid. ad Epigr. ἀδέσπ. XVI.) *Brodaeus* nequitiam ſubeſſe putabat. Vereor, ut recte. — Vitioſe Cod. Band. ἔφη οὔπω ἁλῆλ.

XXXIV. Cod. Vat. p. 540. Plan. p. 161. St. 233. W. Protulit hoc carmen, ubi de *miliario* diſputavit, *Laz. Bayfius* de Vaſculis in Theſ. Gronov. T. IX. p. 691. *Athen.* L. III. p. 98. D. σοφιστή, οἱ τὸ μιλιάριον καλούμενον ὑπὸ Ῥωμαίων, τὸ εἰς θερμοῦ ὕδατος κατεργασίαν κατασκευαζόμενον, ἰπνολέβητα ὀνομάζοντες. Conf. *Caſaubon.* p. 193. 57. His vaſis carbones fuiſſe ſubjectos, apparet ex *Luciani* Lexiph. §. 8. T. V. p. 187. Bip. ὁ μέντοι ἰπνολέβης, ὑπερπαφλάζων, ἐς κεφαλὴν ἡμῖν ἐκέτρεπε τοὺς ἄνθρακας. ubi *Schol.* ἰπνολέβης. τὸ ἐν συνηθείᾳ μιλιάριον. Erant in eo *fiſtulae, per declive circumdatae, ut ſaepe eundem ignem ambiens aqua per tantum flueret ſpatii, quantum efficiendo calori ſat eſſet;* quae *Senecae* verba ſunt in Quaeſt. natur. L. III. 24. Delineatam miliarii imaginem exhibuit *Baccius* de Conviv. veter. L. III. 6. — V. 3. μὴ φύσα, μὴ κάμνε· μάτην. Vulgo poſt Steph. In Vat. Cod. et antiq. edd. verbis transpoſitis: μὴ κάμνε, μὴ φύσα· μάτην — metro vitiato. Nam μάτην priorem corripit. Quare *Joſ. Scal.* in not. mſc. σὶ inſeruit, κάμνε etiam in κάμε mutato. Hoc auctori ſuo merito reliquit cl. editor, in cujus lectione nihil eſt, quod lectorem morari queat. Nec tamen *Stephani* lectio temere repudianda eſt. — V. 4. βαύκαλιν. vaſis genus, cujus uſus miliarii uſui plane eſt contrarius. Inſerviebat enim refrigerando vino, haud aliter ac ὁ ψυκτήρ, de quo videndus *Athen.* L. XI. p. 503. C. D. et *T. H.* ad *Pollux.* X. 74. Latini *gillonem* vocabant τὴν βαύκαλιν, ſive potius *gelonem*, quem e terra plerumque factum eſſe, apparet ex *Caſſian.* Inſtit. L. IV. 16. *Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, caſu aliquo fregerit.* Hanc ob cauſam teſta vocatur in Epigr. latino ap. *Pithoeum* L. IV. p. 159.:

Gillo vomit gelidum vaſtis ſingultibus amnem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curamus claudere teſta,
Ut merſa imbrigenis unda niveſcat aquis.

Conf. *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 370. Ceterum ſimile eſt acumen in Ep. *Martialis* L. II. 78. *Aeſtivo ſerves ubi piſcem tempore, quaeris? In thermis ſerva, Caeciliane, tuis.*

XXXV. Cod. Vat. p. 551. *Nicarcho* tribuit hoc carmen, cui *Lucillii* nomen inſcriptum eſt in Plan. p. 161. St. 235. W. „Duo priora tantum leguntur diſticha in „Planudea. Altera totidem e Vat. membr. addidi, ſic „a me emendata; nam horum aliquantum depravata „ſcriptura.“ *Br.* Poſteriores quatuor verſus Planudem propter obſcuritatem omiſiſſe, cenſebat *Salmaſ.* in not. inſc. Excuſat ſe poëta Demetrio, quod ad coenam vocatus inſequente demum die venerit; miram ſcalarum altitudinem praetexens. — V. 1. ἀκλήθων χθές. Vat. — V. 3. πεπόηκα. Parum feliciter *Brodaeus* πεπόνηκα conjicit, non memor elegantis locutionis, ποιεῖν χρόνον, *tempus terere*. *Ariſtides* T. I. p. 115. de Briſeïde: χρόνον τινὰ ποιησάσης παρ' Ἀγαμέμνονι. *Demoſthen.* de Falſ. Leg. T. I. p. 392. 18. ed. R. οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα, οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα. Vide *Caſaubon.* ad Acta Apoſt. XV. 33. Illam *Brodaei* lectionem recepit *Stephanus*, relicta ea, quam veteres edd. habent, πεπόηκα; cum ipſe tamen ſignificationem verbi ποιεῖν, *agere, commorari*, optime explicaverit in Theſaur. Gr. L. T. III. p. 426. F. G. — V. 4. κήρυκον. Vat. Cod. — V. 5. Nunc quidem aſtra attingis; nec olim mori poteris; quis enim hinc ad inferos deſcendere queat? — Vat. Cod. hunc verſum ſic exhibet: ἤψω τῶν ἄστρων ζεῦ ἥλικα τὸν Γανυμήδην. Scribendum videtur: ἤψω τῶν ἄστρων, *attigiſti aſtra*. — V. 6. Vat. Cod. τῷδ' αὐτὸν, φαίνετ', ἔχων ἀνίβη. Verbi φαίνεται ſic interpoſiti exempla deſidero,

et *Brunckius* quoque desiderabat, qui οἶμαι ex conjectura posuit. Elegans lectio, et quam veram esse velis. — V. 7. ποτ' ἀφίξεται. Vat Cod. unde scribendum puto:

ἔνθεν τίς δ' ἀΐδην ποτ' ἀφίξεται;

In fine versus membr. οὐκ ἀφυήσει. quod egregie emendavit cl. editor. οὐκ ἀφυὴς εἶ eodem sensu dictum, ut μᾶλ' εὐφυὴς ἄνθρωπος ap. *Alexin* in *Athen.* L. IV. p. 164. D. *Nae callidus homo es!* — V. 8. πῶ ἔσχ. Vat. Cod. — πῶς ἔσχ ἀθάνατος. Sic Pheres in altercatione cum Admeto ap. *Euripid.* Alc. 702. σοφῶς δ' ἐφεῦρες, ὥστε μὴ θανεῖν ποτε.

XXXVI. Cod. Vat. p. 522. Νικάρχου. In Plan. p. 159. St. 231. W. ἄδηλον est. De turdis macilentis agitur, quos poëta primum cum avibus Stymphalidibus comparat. Minus illae, ait, Arcadas infestarunt, quam hi turdi, inanimes licet, me cruciant. ξηροῖς ὀστάριοις. nihil nisi arida ossa praebentes. — V. 3. Ἅρπυιαι. propter foedum adspectum et macilentiam; perpetua enim fame laborabant Harpyiae. — δραχμῆς. decem una drachma emti. — V. 4. λειμώνων νυκτερίδες. quasi novum vespertilionum genus, non in aedibus, sed in campis et pratis versantium. *Brodaeus* in λειμώνων ad λιμὸν respici existimabat; quod mihi secus videtur. — Pro ἐτύμως Cod. Vat. ἑτοίμως.

¶. 358.] *XXXVII.* Vat. Cod. p. 551. Νικάρχου. In Plan. p. 166. St. 241. W. *Antipatro Thessalonicensi* tribuitur. In navigium Philonis, Servatoris nomine frustra ornatum. — V. 2. οὐδὲ Ζεύς. Ad Jovis σωτῆρος cognomen respicitur. — V. 4. ἔπλεον. qui hoc navigium conscenderunt, ubi a litore solvissent, nulla mora ad Proserpinam deferebantur. Hic sensus carminis, quem nec *Brodaeus* nec *Grotius* perspectum habuit. ἔπλεον in prima enuntiatione, cum παρὰ γῆν conjunctum, non nimis urgeri debet; intelligendum certe de iis, qui *in navigio sedentes* prope litus morantur, anchora nondum soluta. — περ-

σεφόνην ex Aſcenſ. recepit *Stephanus*. Antiquiores edd. et Vat. Cod. Φερσεφόνην exhibent. Compar. *Antiphili* Ep. XLIII. οὕτω χείλος ἔμυσε καὶ ἦν ἴσος Ἀΐδι πόντος. quibus ſimile ᾅδης πόντιος ap. *Aeſchyl.* Agam. 660.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 229. Εἰς Τηλεφάνην τὸν αὐλητήν. Νικάρχου. In Plan. p. 220. St. 320. W. ἄδηλον eſt.— Ut Orpheus cithara, Neſtor ſuaviloquente ſapientia, Homerus poëtica facultate, ſic Telephanes tibicinandi arte floruit. Ejus monimentum commemorat *Pauſan.* I. 44. p. 107. ἰοῦσι δὲ ἐκ Μεγάρων ἐς Κόρινθον, ἄλλοι τέ εἰσι τάφοι, καὶ αὐλητεῦ Σαμίου Τηλεφάνους· ποιῆσαι δὲ τὸν τάφον Κλεοπάτραν τὴν Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου λέγουσι. Quem Samium dicit *Pauſanias*, Megarenſem vocat *Plutarch.* de Muſ. T. II. p. 1138. A. ſine dubio quod Megaris habitaverat. *Demoſthenes* eum laudat in Orat. c. Midiam T. I. p. 520. 9. καὶ εἰ μὴ Τηλεφάνης, ὁ αὐλητής, ἀνδρῶν βέλτιστος περὶ ἐμὲ τότε ἐγένετο κ. τ. λ. Bis Epigr. noſtrum excitavit, de Telephane agens, doctiſſimus *Leopardus* Em. L. IX. 21. et XII. 9. De eodem diſputavit *Bureſte Mémoires de l'Acad. des Inſcr.* T. XIX. p. 464. — V. 2. σοφίης. Vat. Cod. — V. 3. τεκτοσύνῃ δ' ἐπέων. *artificioſa carminum compoſitione.* Artifices hymnorum cum fabris comparans *Pindar.* Pyth. III. 200. ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν, τέκτονες εἴκ σοφοὶ ἄρμοσαν, γινώσκομεν. et Nem. III. 7. μελιγαρύων τέκτονες κώμων νεανίαι. Hunc fortaſſe imitatus *Cratinus* dixit in Eumenidibus τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων, quae ridet *Ariſtophan.* Eqq. 527. et *Euripid.* in Androm. v. 477. τεκτόνοιν ὕμνοισιν ἐργάταιν δυοῖν. Verbum τεκταίνειν, etiam a fabrili arte ad multa alia translatum, attingemus ad *Agathiae* Ep. XXXIV. 2.

APOLLONII GRAMMATICI DISTICHON.

In Planud. p. 95. St. 140. W. ἄδηλον eſt. *Brodaei* conjecturam, qui hoc diſtichon *Apollonio Rhodio*, cujus in *Callimachum* inimicitiae ſatis notae ſunt, tribuendum cenſebat, confirmavit Vat. Cod. p. 543. Ἀπολλωνίου γραμματικοῦ inſcribens. *Apollonius* poëta paſſim Grammaticus vocatur ap. veteres. Vide in *Hiſtoria poët. Anth.* v. — Invehitur poëta in αἴτια *Callimachi*, quod carmen, reconditis et obſcuris refertum fabulis, ob moleſtam doctrinam cum in rebus tum in verbis parum jucundum fuiſſe videtur. Nec ſolus *Apollonius* odio habebat *Callimachum* ejusque opera, ſed etiam alii, ut Severianus ille, de quo vid. *Suidas* et *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 825. ed. Harl. — παίγνιον non, ut vulgo, *delicias*, ſed rem ridiculam, irriſione excipiendam, *ludibrium*, ſignificare apparet. Hanc ſignificationem paucis indicavit *Stephan.* Theſ. Gr. L. T. III. p. 20. G. Homines diis ludibrio eſſe affirmans *Plato* de LL. V. p. 803. ἄνθρωπος, ait, τοῦ θεοῦ παίγνιον μεμηχανημένον. quae ad *Plauti* verba in Captiv. Prolog. 23. *Enimvero Dî nos homines quaſi pilas habent* — comparavit *Sallierius* ad *Moer.* p. 5. Multa alia de fortuna παιζούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα (*Lucian.* Nigrin. 20.) ad *Horatii Fortunam — Ludum inſolentem ludere pertinacem* collegit *Miſcherl.* III. Carm. XXIX. 50. T. II. p. 291. Nove eos, qui alios ludibrio habent, κακὰ παίγνια vocavit *Theocrit.* Eid. XV. 50. cives Alexandriae — *dolis aptiſſimae telluris*, *Propert.* III. El. IX. 33. — deſcribens, ἐξ ἀπάτας κεκροταμένους ἄνδρας, Ἀλλήλοις δμαλούς, κακὰ παίγνια. quae *Toupius* in Epiſt. ad Wartonum attigit. — ὁ ξόλινος νοῦς. Auctor Carminis in Anth. Lat. T. I. p. 611. CLXVII. in malum poëtam, *Daedalus*, ait, *Solus ligna dolans fortibus aſciis, Et duri reſecans*

robora pectoris, Vatem te poterat reddere ligneum. *Truncum* et *ſtipitem* ſtolidi ingenii hominem Latini paſſim dicunt. Cf. *Terent.* Heauton. V. 1. 4. Hinc ſenſu privati ξύλινοι, ξύλον; unde intelligendus verſus de Mercurio ad preces ſurdo in Ep. ἀδεσπ. CCCCLXX. Ἑρμείῃ ξυλίνῳ τις ἐπεύχετο, καὶ ξύλον ἦεν. et *Straton.* Ep. XIV. καὶ ξύλον αἰσθάνεται. — V. 2. αἴτιος. Reum et ſupplicio dignum interpretatur *Stephanus*, ſecundum *Euſtathium*, qui Homericum uſum illuſtrat ad Il. α. p. 53. 5. Il. γ. p. 301. 52. noſtrum locum autem excitat ad Od. α. p. 63. 21. ἰστέον δέ, ὅτι αἴτιον ἀεὶ παρ' Ὁμήρῳ, τὸ τὴν αἰτίαν τοῦ γινομένου ἔχον. οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ ἐπὶ ὑπευθύνων τὴν λέξιν τιθέασιν, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας τό, αἴτιος ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου, ἤγουν ὑπεύθυνος καὶ κολάσεως ἄξιος. Hac autem obſervatione cave abutaris ad defendendam lectionem in *Themiſt.* Or. I. p. 13. B. ἀλλ' ὁ μὲν αἴτιος καὶ ἀπάνθρωπος τύραννος ὑπερβάλλει μὲν τῶν σταισμάτων ταῖς κολάσεσιν. ubi ἄγριος legendum. — Καλλιμαχος, pro vulgato Καλλιμάχου, quod membranae tuentur et *Euſtathius*, *Brunckius* recepit ex conjectura *Bentleji* ad Fragm. Callim. p. 416.

STRATONIS EPIGRAMMATA.

¶. 359.] *I.* Vat. Cod. p. 569. Edidit *Majus* in Obſſ. ſacr. T. IV. p. 1. *Schneider.* in Peric. crit. p. 69. ſq. qui in primis conſulendus. — A Jove, paederaſta, non a Muſis, virginibus, Muſam puerilem auſpicari ſe ait. — Facete initium carminis Aratei παρῳδεῖ, quod obverſabatur etiam *Ovidio* in Metam. X. 148. *Ab Jove, Muſa parens, cedunt Jovis omnia regno, Carmina noſtra move.* Idem amantium artes traditurus I. A. A. 25. *Non ego, Phoebe, datas a te mihi mentiar artes: — Nec mihi ſunt viſae Clio Cliusque ſorores Servanti pecudes vallibus, Aſcra,*

Aſcra, tuis. Uſus opus movet hoc –. in quibus ſimilis color eſt. Similior etiam in Luſibus nr. II. 4.:

Nec Muſas tamen, ut ſolent poëtae,
Ad non virgineum locum vocavi.
Nam ſenſus mihi corque defuiſſet,
Caſtas, Pieridum chorum, ſorores
Auſo ducere mentulam ad Priapi.

Lucian. de Domo §. 4. T. VIII. p. 94. Bip. Socratem reprehendens, quod in illo cum Phaedro dialogo καὶ τὰς Μούσας ἐκάλει, καὶ ἐπίστευεν ἥξειν αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐρημίαν, συμπεριλήψομένας τῶν περὶ τοῦ ἔρωτος λόγων· καὶ οὐκ ἠσχύνετο γέρων ἄνθρωπος παρακαλῶν παρθένους, συνεσομένας τὰ παιδεραστικά. Haec ejusmodi ſunt, ut ex *Stratone* expreſſa videantur. — V. 1. 2. laudat *Valck.* in Diatr. p. 287. — καθὼς εἶρηκεν Vat. Cod. et ſic ſchedae Lacroz. Tryll. et Majus; nec aliter *Menagius*, qui v. 1. excitavit ad *Diogen. Laërt.* p. 179. et *Palladas*, qui *Stratonem* ante oculos habuiſſe videtur Ep. CXIII. τὴν Κίρκην οὔ φημι, καθὼς εἶρηκεν Ὅμηρος. — ἔκρινεν legitur in apogr. Ruhnk. et *Lennepii*, qui ſic dedit ad *Coluthum* p. 2. Jam vide, quid ſtatuendum ſit de nota cl. editoris: „ἔκρινεν. ita in vet. „cod. Alia apographa ex inutili emendatione εἶρηκεν, „ſicque laudat Menagius ad Laërt. p. 179. Prima in „Ἄρατος hîc etiam correpta, de quo egi ſupra p. 151. „(ad Antip. Theſſ. Ep. XV.)“

II. Vat. Cod. p. 569. Edidit *Reisk.* in Notit. Poët. p. 262. *Ruhnk.* ad *Ruſin.* p. 260. et *Klotz.* in Muſ. puer. p. 47. Amorem cum Gratiis et Baccho junctum carminum ſuorum argumentum fore poëta ſignificat; nihil ſibi negotii eſſe cum illis fabulis, quas cyclici poëtae ad nauſeam usque repetiverint. Ductus videtur color ex Odario *Anacreontis* I. ſive ex *Callimacho*, quem ſimilia dediſſe ſuſpicamur ex fragm. Elegiarum ap. *Etymol. M.* v. Διφῶ·

μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

et ſimilis loci comparatione ap. *Propertium* II. 1. 39. *Sed neque Phlegraeos Jovis Enceladique tumultus Intonet anguſto pectore Callimachus; Nec mea conveniunt duro praecordia verſu.* Conf. *Valckenar.* in Elegiaca Callim. p. 285. Eundem fortaſſe reſpexit *Ovidius* in Remed. Am. 381. *Callimachi numeris non eſt dicendus Achilles: Cydippe non eſt oris, Homere, tui.* Cum noſtro autem maxime conſpirat Epigr. Antholog. Lat. L. III. 192. p. 632. egregie emendatum a *Ruhnkenio*, qui nec *Stratonis* carmen comparare neglexit:

Non deerit, Priamum qui defleat, Hectora narret.
Ludere, Muſa, juvat; Muſa ſevera vale.

— V. 1. δέλτοισιν ἐμαῖς Vat. Cod. et plurima apogr. δέλτοις ἐν ἐμαῖς exhibent Sched. Tryll. — Πρίαμ. παρὰ βωμοῖς. Vetus poëta ap. *Ciceron.* Tuſc. Disp. III. 19. 45. *Haec omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Jovis aram ſanguine turpari.* De Priamo ad Jovis ἑρκείου aram occiſo vide *Heynium* Exc. XI. ad Aeneid. II. p. 312. et quae ipſi congeſſimus olim ad *Tzetzae* Poſthomer. v. 732. p. 171. — V. 3. »ἀηδόνας. Mythographorum et »poëtarum alii Procnen, alii Philomelam in luſciniam »mutant. Ideo videtur utrasque Strato conjunxiſſe; »quod ſi cui non placeat, ſcribere poterit ἀηδόνα, aut »ad vitandum hiatum: μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, μηδ' ἐν πετά»λοισιν ἀηδώ. Aut μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, καὶ ἀηδοῦν ἐν πετά»λοισι.« *Br.* Vana ſunt haec corrigendi conamina. More a poëtis recepto *Strato* pluralem pro ſingulari poſuit. Videtur autem reſpexiſſe *Homer.* Od. τ. 518:

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηΐς ἀηδών,
καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν·
ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν,
παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον.

Puer ille in hac fabula, quam insigni cum diversitate narrant veteres, modo Ἴτυς, modo Ἴτυλος vocatur. Vide *Verheyk.* ad *Anton. Lib.* c. XI. p. 70. et 76. — V. 6. ὀφρύες. Lampsacenum deum cantaturus poëta in Lusibus nr. I. Anth. Lat. T. II. p. 478. *Carminis incomti lusus lectore procaces, Conveniens Latio pone supercilium.* Similiter in Ep., quod totum comparandum, L. III. Ep. CXCIII. p. 634. *Esse sibi videor demens, quod carmina nolim Scribere, patricio digna supercilio.* Apte hoc de levioris argumenti carminibus dicitur, cum contra gravius et tragicae dignitatis carmen ὀφρυόεσσα ἀοιδὴ appelletur ap. *Antip. Thess.* Ep. LVII. cum quo comparanda sunt, quae idem de *Antimachi* versu praedicat Ep. XXIV. στίχον — ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων. Vide not. T. II. P. I. p. 305. et 335.

III. Vat. Cod. p. 569. Integrum carmen primus edidit *Pierson.* in Verisim. p. 170. et post eum *Toup.* Em. in Suid. P. III. p. 382. Puerorum vascula in classes describuntur. — V. 1. 2. laudat *Alberti* ad *Hesych.* v. προσθέματα. — Tentaverat *Reiskius* in marg. Apogr τὰ ποσθέματ'. frustra. Sinceritatem lectionis membr. arguit Etym. M. πρόσθεμα καὶ προσθέματα ἐπὶ τῶν αἰδοίων. et *Glossae: πρόσθεμα. αἰδοῖον. Penis. natura.* Idem est πρόσθεμα et πρόσθημα, monente *Toupio*, qui laudat *Xenoph.* Mem. III. 10. 13. οὐ φορήματι, ἀλλὰ προσθήματι ἐοίκασι. *non gestaminis, sed appendicis loco esse videntur.* Τὰ προσθέματα, *ea quae ventri adhaerent*, convertit *S. Hieronymus* T. III. p. 48. — V. 3. „ἀλάλου. sic recte Salmas. Agitur hic „de schemate primulae aetatis. ἀτάλου sequenti aetati „septennis circiter pueri itidem conveniret." *Br.* Mire hic locus exercuit criticos. In Vat. Cod. est τὴν ἔτι μ. γ. ἄ. ἀκμὴν λάλου ὀνόμαζε. Quaedam apogr. τῶν exhibent. In marg. ap. Lips. ἀμυγδάλου mire conjicitur, eandemque lectionem reperio in Lennep. libro. λάλλου. ap. Ruhnk. ubi in marg. δάλλου tentatur, hac interpretatione addita:

δάλλου i. e. *pueri*, unde δαλλώ, *virgo*. item δαλίς. δάλιος. *puer*. unde δαλιοχεῖν. τῷ παιδὶ συνεῖναι. μοιχεύειν. *Heſych.* ἀκμὴν δάλλου. *pueri cuſpidem. i. e. pipinnam.* Lallus *eſt naenia nutricum matrumque, quae cantatur ad conciliandum ſomnum pueris.* Haec *Salmaſii* eſſe, dubitare noli. Idem tamen et ἀλάλου emendavit, quod ſchedae Lacroz. habent. Huic emendationi quae oppoſuit *Pierſon*, *Bruncki*us non removit, nec docuit, ἄλαλον eſſe *infantem* ſ. *puerum, qui per aetatem nondum fari poſſit*, cum vulgo *mutum* ſignificare ſoleat. Neutrum poëtae mentem vidiſſe pronuntiat *Toupius*, et omnino reſcribendum eſſe ἀκμὴν ἀμνοῦ, quod ipſe interpretatur *impuberem*, qui μνοῦν ſive *florem aetatulae* nondum attigerit. Interpretatio emendatione pejor. Mihi *Pierſoni* lectio ἀταλοῦ reliquis praeferenda videtur, ita tamen, ut forma rariore admiſſa ſcribatur:

τὴν ἔτι μὲν γὰρ ἄθικτον ἀκμὴν ἀμαλοῦ —

ἀμαλός. ἁπαλός. ἀσθενής. *Heſych.* ἄρν' ἀμαλὴν dixit *Homer.* Il. χ. 310. et ἀμαλῇσι σκυλάκεσσι in Od. ν. 14. Haec uncialibus ſcripta ΑΚΜΗΝΑΜΑΛΟΥ proxime abeſſe a lectione cod. ΑΚΜΗΝΑΛΑΟΥ, in oculos incurrit. — V. 4. „κωκωτὴν φῦσαν ſcriptum in cod. Recte Salmaſius repoſuit „κοκκωτήν. At ſcribendum φυσᾶν. κοκκωτὴν, φυσᾶν ἄρτι „καταεχομένην, *ſpirare*, i. e. *moveri incipientem*. κόκκοι pro „coleis infra occurrent Ep. LXIV. hinc κοκκωτή. Graeco „huic vocabulo ſimile habemus in vernacula lingua. „Matres enim et nutrices puerulorum κερκίσκον *la cocotte* „vocant. Emendabat vir doctiſſimus κόγχον, τὴν φυσᾶν — „quod ingenioſum eſt, et a vero non abſimile; ſed a „codicis ſcriptura longius abscedit.“ *Br.* φυσᾶν jam in apogr. Lipſ. reperitur. Similiter infra Ep. LVIII. ἀνέπνευς dixit. — V. 5. δ' om. ap. Lipſ. — λέγε, quod abeſt a membranis, in plurimis apogr. reperitur. — σαλευομένην. *Clemens Alex.* Paed. L. II. 2. p. 178. ed. Ox. τὰ μόρια ὀφέξει διοιδοῦντα, καὶ κατακοιμίσει τὸν ἐρεθισμὸν τῆς ἤδη σαλευο-

μένης ἐπιθυμίας. — σαῦραν. *Strato* Ep. XLIX. LXXXI. Vide *Automedont.* Ep. III.[a], p. 208.

360.] *IV.* Vat. Cod. p. 569. Edidit *Menag.* ad *Laërt.* p. 101. Quae puerorum aetas in amore praeſtantior ſit, docetur. — V. 1. δωδεκέτους. Vat. Cod. — V. 3. ἔχων pro νέμων conjicitur in marg. apogr. Ruhnk. At idem ſignificat verbum νέμειν, quod cum antiquitus ita uſurparetur, ut *regendi, adminiſtrandi, colendi* cauſa aliquid *habere* ſignificaret, deinde pro *habere* ſimpliciter adhiberi coepit. Ap. *Pindar.* Nem. VI. 27. ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαντος ἐὸν πόδα νέμων, nihil aliud eſt, quam ἔχων. Nec aliter ὦραν νέμειν pro ἔχειν ap. *Sophocl.* Trach. 57. quibus ſimilia collegit *Abreſch* ad Aeſchyl. T. II. p. 46. — ἄνθος Ἐρώτων. ipſe puer. ut puella ap. *Julian. Aegypt.* Ep. LVI. εὐθαλέων Χαρίτων ἄνθος Ἀναστασίη. — V. 4. ἐρχόμενος. Vat. Cod. Quaedam apogr. ἀπτόμενος. — V. 5. „ἑξκαιπεντεκαιδέκατον. pro ἑξκαιεπτακαιδέκατον. ἐπτακαιδέκατος idem quod „δέκατος. Vide Suid. h. v. Sedecim annorum pueri diis „reſervati; at ſequens aetas ſoli deorum patri.“ *Br.* ἐπτακαιδέκατον τὸ δέκατον, καὶ ἐπέκεινα τὸ πέμπτον λέγειν εἰώθασι. *Suidas.* — V. 7. ἔχοι. Apogr. Lennep. — V. 8. ἀλλ' ἤδη. Qui ſeptemdecim annis majores ſibi expetunt pueros, jam mutuae voluptatis opus videntur quaerere. Hic ſenſus eſt hemiſtichii facete a poëta ex *Homero* translati. Eodem ſenſu *Lucian.* in Amor. §. 26. Tom. V. p. 286. εἰ δ' εἴκοσιν ἐτῶν ἀποπειρῴη παῖδά τις, αὐτὸς ἐμοὶγε δοκεῖ πασχητιᾶν, ἀμφίβολον Ἀφροδίτην μεταδιώκων. Cave autem, cum *Reiskio* τοὺς ἀπαμειβομένους corrigas. In ejusmodi parodiis verba ſic paſſim poni ſolent, nulla ſyntaxeos ratione habita. Similiter, ſed in alium finem, Homericis verbis uſus eſt *Martialis* L. I. Ep. XLVI. *Edita ne brevibus pereat mihi charta libellis, Dicatur potius* τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.

V. Vat. Cod. p. 569. Edidit *Wolfius* ex apogr. Uffenbach. prava interpunctione deformatum in Fragm.

Sapph. p. 236. Prius diſtichon excitat *Warton.* ad *Theocr.* II. p. 113. alterum *Salmaſ.* in *Solin.* p. 134. G. — Omne puerorum genus amore ipſum incendere, poëta ait, ſicuti *Propertius multas ſibi pariter placuiſſe puellas,* conqueritur L. II. 18. 3. et L. II. 25. 41. *Vidiſtis pleno teneram candore puellam; Vidiſtis fuſco: dulcis uterque color.* quem ante oculos habuit *Ovidius* L. II. Amor. IV. 39.:

Candida me capiet, capiet me flava puella,
Eſt etiam fuſco grata colore Venus.
Sed pendent nivea pulli cervice capilli;
Leda fuit nigra conſpicienda coma.
Seu flavent; placuit croceis Aurora capillis;
Omnibus hiſtoriis ſe meus aptat amor.

cum quibus conf. *Tibull.* L. I. IV. 9. *Plutarch.* T. II. p. 44. F. εἰ γοῦν ἐν ὥρᾳ πάντες, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, ἀμυγέστη δάκνουσι τὸν ἐρωτικόν· καὶ λευκοὺς μὲν θεῶν παῖδας ἀνακαλῶν, μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς — τὸν δὲ ὠχρὸν ὑποκοριζόμενος μελίχρουν, ἀσπάζεται καὶ ἀγαπᾷ. Cf. p. 56. D. *Ariſtaen.* L. I. Epiſt. XVIII. p. 46. ἐντεῦθεν ἐπὶ πάσης προφάσεως τοὺς ἐν ἡλικίᾳ παθεῖς· ἥλικα γὰρ δίκαια, παλαιὸς λόγος, (ſic lege: vide Exercitatt. Crit. T. I. p. 10.) τέρπειν τὸν ἥλικα. — καὶ ὁ μέν τις τῶν νέων, ὅτι σιμός, ἐπίχαρις παρά σοι κληθεὶς ἐπαινεῖται· τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν ἔφης· τὸν δὲ διὰ μέσου τούτων ἐρεῖς ἐμμετρότητα ἔχειν· μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ὀνομάζεις· λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας· μελιχρώτους δὲ οἶσι τοὔνομά τινος ἄλλου πολῆμα εἶναι ἢ τοῦ ἐνόντος σοι πόθου ὑποκοριζομένου τε καὶ φέροντος εὐχερῶς τὴν ὠχρότητα. In poſtremis his verbis, ex Platonico fonte derivatis, (cf. de Republ. V. p. 474. D. E. T. VII. p. 55. ed. Bip.) levi mutatione corrigendum puto: μελιχρώτων δὲ τοὔνομα οἶει τινὸς ἄλλου π. ε. — ἢ μόνον ἐπὶ ὥρᾳ προσῇ; Hoc enim dicere vult ſophiſta, ſive *Plato* potius: τὸ μελιχρώτων nomen num aliunde, quam ex inſita tibi cupiditate ortum exiſtimas, quae vel ipſum pallorem ſuavi vocabulo appellans imminuit, et, modo

cum juvenili flore conjunctum, facile perfert? — V. 1. „μελιχρώδεις. idem est quod μελίχρους, *mellei coloris*, *mellis* „*instar flavus*.“ *Br.* *Wolfius* tentabat μελιχρώους vel μελιχρώτους. — V. 3. „De puellis nullus hic fermo. κόρας „ξανθὰς vertere debuerat Wolfius *flavas pupillas*, et τοὺς „μελανοφθάλμους (sic enim in Cod. scriptum) *illos, qui* „*nigris oculis splendent*.“ *Br.* Idem monuerat, qui multa de oculorum colore disputat, *Salmas.* in Plin. p. 134. — V. 4. τάς. Ap. Lips. vitiose.

VI. Cod. Vat. p. 570. „Edidit Majus in Catal. „Bibl. Uffenb. p. 575. πρωκτὸς et χέσις nomina sunt „ἰσόψηφα. In utroque literae pro numerorum potestate „eandem conficiunt summam 1570. Male in quibus„dam apographis primum distichon a sequentibus avul„sum; in aliis omnino deest.“ *Br.* Quae apogr. duos priores versus a reliquis separant, et recte faciunt, et Vat. Cod. sequuntur. Miror, *Brunckium* non vidisse, duo haec carmina nihil inter se commune habere. Apogr. Lips. caret v. 1. 2. In schedis Tryll. autem junctim cum seqq. exhibentur. Sejungendos esse hos versus, existimavit etiam doctissimus *Chardon de la Rochette* Mag. Encycl. an. 5. T. IV. nr. 15. p. 335. — V. 3. 4. laudat *Alberti* ad *Hesych.* v. σφιγκτήρ. χιτών. Ταραντῖνοι. nulla interpretatione addita. Damnat hanc lectionem cl. editor, cujus haec sunt: „Scribendum σπινθήρ, ut emen„darunt viri doctissimi: *puella non habet libidinis scin„tillam et fomitem, quo accendatur amatoris ardor.* Tum „recte sequuntur, quae per partes explicant, quinam „sint illi σπινθῆρες. ψυχροῦνται δ' ὄπιθεν πᾶσαι. frigent, si „quis earum aversam Venerem experiatur: habent ergo „quoque σφιγκτῆρα. Nihil verius hac emendatione.“ Mihi secus videtur. Servanda est cod. lectio, quae recte intellecta optimum sensum fundit. Quid poëta voluerit, accurate explicavit doctissimus Gallus, quem modo laudavi: „Critici quidam doctissimi, ait, σφιγκτὴρ in σπινθὴρ

»mutando Epigrammatis acumen, cujus pars ineſt in »hoc vocabulo, hebetarunt. Hoc voluit auctor carminis, »σφιγκτὴς οὐκ ἔστι παρὰ τῷ παρθενικῷ αἰδοίῳ, *laxa virginum* »*clauſtra.* et ne a ſenſu horum verborum aberres, »addidit ψυχροῦντα δ' ὅπιθεν πᾶσαν. Deinde inutilem »exiſtimo mutationem τοῦ πορνικὸς in παιδικός, quam a »V. D. in marg. ap. Guyet. propoſitam adoptavit *Brun-* »*ckius.* πορνικὸς h. l. laſcivum ſignificat, qui ad libidinem »provocat. *Menagius* adſcripſit margini apogr. Guyet. »haec verba: Mentula deeſt, cui innitatur manus pae- »diconis; clavum navis vocant Itali paedicones, il te- »mone (timone).« — φίλημα ἁπλοῦν. φιλήματα γνήσια appellat *Ariſtaen.* L. II. 7. p. 83. quae mox ἀψευδῆ interpretatur. Vide *Abreſch.* in Lectt. p. 222. Paederaſta ap. *Achillem Tat.* L. II. p. 98. καὶ γὰρ ἁπλούστεροι παῖδες γυναικῶν, καὶ τὸ κάλλος αὐτοῖς ἀριμύτερον εἰς ἡδονήν. — V. 4. φυσικὴ — εὐπνοίᾳ. Similiter *Rufin.* Ep. XIV. ubi ſe a puerorum amore ad muliebrem transiiſſe ait: ἀντὶ δ' ἐμοὶ παίδων ἀδόλου χροὸς ἥρεσε γόψου χρίσματα, καὶ φύκεος ἄνθος ἐπεισόδιον. Mulierum pulchritudinem elevans ille ap. *Lucian.* in Amor. § 41. T. VI. p. 304. κἀπειδὰν αὐτῶν ὅλον τὸ σῶμα νόθης εὐμορφίας ἐξαπατῶντι κάλλει διαμαγευθῇ, τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχρίστοις φύκεσιν, ἵνα τὴν ὑπέρλευκον αὐτῶν καὶ πίονα χροιὰν τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ. et §. 38. p. 301. τίς γὰρ ἂν εὖ φρονῶν ἀνέχεσθαι δύναιτο ἐξ ἑωθινοῦ γυναικὸς ὡραϊζομένης ἐπικτήτοις σοφίσμασιν; ἧς ὁ μὲν ἀληθῶς χαρακτὴς ἄμορφος, ἀλλότριοι δὲ κόσμοι τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολοῦσιν. *Achilles Tat.* L. II. p. 104. γυναιξὶ μὲν γὰρ πάντα ἐπίπλαστα, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ σχήματα, κἂν εἶναι δόξῃ καλή, τῶν ἀλειμμάτων ἡ πολυπράγμων μηχανή· — τὸ δὲ κάλλος τὸ παιδικὸν οὐκ ἀρδεύεται μύρων ὀσφραῖς, οὐδὲ θαλεραῖς καὶ ἀλλοτρίαις ὀσμαῖς. Hominum amores cum beſtiarum concubitu comparans *Plutarchus* T. II. p. 493. F. ἦλθεν εἰς τὸ αὐτὸ τῷ ἄῤῥενι τὸ θῆλυ χειρόηθές τε καὶ ποθεινόν, ἡδείᾳ (fort. ἰδίᾳ) μὲν ὀσμῇ χρωτός, ἰδίῳ τε κόσμῳ σώματος ἀγαλλό-

μενον. — V. 5. Vehementer friget, quod *Stratoni* tribuerunt Viri docti, qui Cod. Vat. lectionem κορνικὸς in παιδικὸς mutarunt. λόγος κορνικὸς ſunt *verba juvantia*, quae ingenuae puellae proferre nolint. *Martial.* VI. 23. *Tu licet et manibus blandis et vocibus inſtes, Contra te facies imperioſa tua eſt.* Idem L. XI. 105. ad uxorem: *Nec motu dignaris opus, nec voce juvare Nec digitis: tanquam dura merumque pares.* Cf. *Juvenal.* VI. 196. — In fine verſus οὐδ' ἀκαι ... Vat. Cod. et ſic apogr. Lipſ. Lacunam *Salmaſius* impleviſſe videtur. ἀκέραιον βλέμμα. obtutum ingenui et minime mali animi teſtem. Ep. ἀδεσπ. IX. ἀλλ' οὔ με κακῶν πόθος, ἀλλ' ἀκέραιον Σύντροφον αἰσχύνη βλέμμα κατηνθράκισε. *Philoſtratus* Epiſt. XXXIX. p. 930. τὸ ἀκέραιον καὶ ἄκακον καὶ ἀνεπιβούλευτον μόνον ἴδιον τῶν αὐτὸ δεξαμένων τὸ κάλλος. τῇ ἀβλαβὲς καὶ ἀκέραιον junxit *Plato* in Polit. I. p. 416. A. Alia vide ap. *Rubnk.* ad *Tim.* p. 18. — διδασκομένη. *Tu licet ediſcas totam, referasque Corinthon, Non tamen omnino Laelia Thaïs eris. Martial.* X. 68. — χερειοτέρα non eſt in membranis, ſed κακειοτέρα, quae forma nec uſu, nec analogia defenditur; κακωτέρα autem, quod ap. poëtas paſſim occurrit, metrum h. l. reſpuit. Aliud tamen latere ſuſpicor quam χερειοτέρα, fortaſſe :

ἐστὶν ἀχρειοτέρα.

ſi quis eam moneat et docere velit, etiam minus commodam ſe praebet. — V. 7. ὄπισθεν. Vat. Cod.

VII. Cod. Vat. p. 570. Edidit *Klotz.* in Straton. Carm. p. 48. *Waſſe* in Miſcell. Obſſ. IV. p. 369. *Warton* ad *Theocrit.* T. II. p. 47. et *Schneider.* in Peric. crit. p. 32. Ultimi diſtichi partem excitavit *Spanhem.* ad Callim. p. 581. Dialogus cum puero formoſo, coronas vendente. — V. 1. κέρυμβον. Vat. Cod. non κορύμβους, ut *Waſſe* dedit. Puer ille hederam floribus intertexebat. — V. 2. στεφανοπλόκια. Apogr. Lipſ. Wart. Waſſ. στεφανηπλόκιον eſt locus in foro,

ubi coronae vendebantur ad ſacrificiorum et conviviorum uſum. *Ariſtoph.* Thesm. v. 455. *Strabo* L. VI. p. 394. A. ἐκ δὲ τούτου ταῖς γυναιξὶν ἐν ἔθει γεγονέναι ἀνθολογεῖν τε καὶ στεφανηπλοκεῖν, ὥστε ταῖς ἑορταῖς αἰσχρὸν εἶναι στεφάνους ἀνητοὺς φορεῖν. — ¶. 361.] V. 4. „Duplex „ſenſus eſt vocis στέφανος, quod probe intellexit hic „adoleſcentulus, ideo rubore ſuffuſus eſt.“ *Br.* Nequitiam in his latentem non perſpexit Vir doctus, qui hoc Epigr. in graecorum poëmatum collectionem, puerorum uſibus deſtinatam, recepit. *Pollux* L. II. 210. de inteſtinis: ὁ δὲ δακτύλιος ἐντέρου μὲν τέλος, ὄδὸς δὲ τῶν ἐκ κοιλίας περιττῶν — ὃν οἱ μὲν σφιγκτῆρα, οἱ δὲ στεφάνην καλοῦσι. — V. 5. καλύκων δ' ἐρυθαίνετο. Vat. Cod. recte. Non debebat omitti, quae ſententiae jungendae neceſſaria eſt (*Schneider.* l. c. p. 33.), particula δέ, quam graeci ſic nonnunquam poſt plura vocabula ponere ſolent. Vide *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 392. et in Lect. Ariſtaen. p. 252. — Quaedam apogr. ἐρυθραίνετο. — κατακύψας, i. e. κάτω κύψας. ut Ep. XVIII. *Terram intuens modeſte.* (*Terent.* Eunuch. III. 5. 33.) Ruborem et oculos in terram dejectos, modeſtiae teſtes, (vide *Burm.* ad *Propert.* p. 6.) junxit *Lucian.* Dial. Mar. XV. 4. T. II. p. 127. τὴν Εὐρώπην — ἐρυθριῶσαν καὶ κάτω ὁρῶσαν. *Muſaeus* v. 160. παρθενικὴ δ' ἄφθογγος ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπήν, αἰδοῖ ἐρυθριόωσαν ὑποκλέπτουσα παρειήν. ubi ſimilia collegit cl. *Heinrich.* p. 98. plura *Abreſch.* in Lect. Ariſtaen. L. I. p. 100. κατακύψας ἐς τὴν γῆν dixit *Lucian.* Icarom. §. 15. T. VII. p. 22. — V. 8. κεῖνον ἐπευξάμενος. vota diis faciens, ut me illius pueri amore beare velint. ἐπεύχεσθαι pro ſimplici εὔχεσθαι poni, docuit *Schneiderus* l. c. p. 34. Male et *Spanhemius* et *Wartonus* haec verba acceperunt.

VIII. Cod. Vat. p. 570. Diodoro puero promittit, ſe eum, licet uxorem duxerit, non relicturum eſſe. Simile quid puellae pollicetur *Rufin.* Ep. XXXIV. — φιλέουσι πίστιος, ut ὠραῖος ἔρωτος. Vide ad *Oneſt.* Ep. I.

IX. Cod. Vat. p. 570. Poëta ſe delicias ſuas etiam ultra puerilis amoris annos amaturum eſſe promittit. — V. 1. „σοὶ hîc locum non habet. Abſolute ſententiam „ſuam proponit poëta, neminem alloquitur; alias v. 4. „non dixiſſet τούτου. Scribendum credo: οὐδ' εἰ καὶ τρι„χόφωτος." *Br.* In marg. apogr. Lennep. notatur lectio καύσοι et κἄν σοι. In membr. Vat. εἰ καὶ σοι habetur. — „In Buherii et Guyeti apographis male ſcriptum ἀπεσκίρ„τησεν: rectè membranae ἐπεσκίρτησεν, quod reponen„dum, ſenſu omnino jubente. Vide Aſclepiad. I. Antip. „Theſſ. XXI. Rufin. XXXI." *Br.* — V. 2. ἕλικες. flavi et delicati cincinni in temporibus naſcentes, qui etiam ἴουλος appellantur ap. *Theocr.* XV. 85. πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων. Vide ad *Aſclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21. ſq. *Apollonid.* Ep. VIII. ἡδὺ παρηϊάδων πρῶτον θέρος ἥματι τούτῳ Κείρεο, καὶ γενύων ἠϊθέους ἕλικας. — ξανθοφυὴς pro ξανθός, ut ſaepenumero adjectiva compoſita ſimplicium loco ita ponuntur, ut alterius partis nulla in interpretatione habeatur ratio. *Wakefieldius* tamen in Sylv. crit. T. II. p. 144. ξανθοφαεῖς mallet, et initio carminis Εἰ καί τοι —.

X. Vat. Cod. p. 570. Edidit *Klotz.* p. 49. Conqueritur poëta, quod ſe, cum formoſo puero cubantem, vires deſtituerint. — V. 1. οὐκ ἐδυνήθην. Ep. LV. τί πειράζεις τὸν λίθον; οὐ δύναται. *Terentius* Eunuch. IV. 3. 24. *At pol ego amatores audieram eſſe mulierum eos maxime, ſed nihil poteſſe.* quae ad *Alciphronis* ἀδύνατος ὤν comparavit *Bergler.* L. I. XXVIII. p. 116. *Maximianus* Eleg. II. 55. *Si modo non poſſum, quondam potuiſſe memento.* Idem El. VI. 153. in ludicra confabulatione cum mentula: *cum poſſe perit, mens tamen una manet.* Alia vide collecta a cl. *Mitſcherlich.* ad *Horat.* Epod. XII. 15. T. II. p. 583. — V. 2. πῶς εἶπα; admirationis cum indignatione mixtae ſignificationem habet. Similiter formulae πῶς δοκεῖς; πῶς οἶει; et aliae hujus generis orationis ani-

mandae cauſa interponi ſolent, docente *Valcken.* ad Hippol. v. 446. p. 215. Nihil igitur opus, cum *Zeunio* in Anim. in Anacr. p. 144. ὅπως εἶπω ſcribas. Quod vero idem interrogandi ſignum delet, probari poteſt ſecundum obſervationem *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 475. Cf. *Brunck.* ad *Ariſtoph.* Plut. 742. p. 265. — Mox *Zeunius* ἀλλ' ἐμὲ mutavit in ἄρ' ἐμέ, ut ejusdem particulae repetitio vitaretur. — παρεχομένου. Ap. Lipſ. παρεσχομένου alia quaedam. Sed παρασχομένου habet Vat. Cod. Epigr. XLII. καὶ παρέχοντα χύδην. *Philodem.* Ep. X. παρέχουσα πάντα. — V. 3. ἔχητε. Ap. Lipſ. ὑπὸ κ. *Klotz.* — V. 4. βάλλετ' ἐπὶ *Klotz.* Et ſic ap. Ruhnk. Revocanda lectio membranarum:

βίψατ', ἐπεὶ λίην Ἀστυάναξ γέγονα.

λίην priorem h. l. producit, ut ap. *Homer.* Il. α. 553. et paſſim. Quare minime cum *Zeunio* δὲ poſt ἐπεὶ inſerendum eſt. — „Ἀστυάναξ. ὁ στύειν μὴ δυνάμενος. Huc „reſpexit Euſtathius ad Homer. pluribus locis p. 656. „extrema: εἰ καί τις παλαιὸς παίζων κωμικώτερον, ἑτέρῳ „λέγῳ Ἀστυάνακτα ἑαυτὸν ἔφη που, ὡς μὴ στύοντα, τουτέστι „μὴ πεφυκότα ἐντείνειν τὸ αἰδοῖον κατὰ ἔρωτα. iterum p. 862. „ἐν δὲ τοῖς καὶ κωμικὴ λέξις, ὁ νώθουργος, ἤγουν ὁ νωθὴν ἔχων „τὴν οὐρὰν ἐν τῷ συγγίνεσθαι. οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ κατ' ἄνδρας „αἰδοῖον. ὁ δὲ τοιοῦτος ἀνὴρ καὶ ἄστυτος ἐλέγετο, καθὰ καὶ „οἶκος ἄστυτος, ὁ μὴ ἔχων ἄνδρα, ὃς ἂν ἔχοι λέγειν τό· στύομαι „τριέμβολον, (Ariſtoph. Av. 1256.) ἀλλὰ μᾶλλον τό· „Ἀστυάναξ γέγονα.“ *Br.* Acumen hujus dicti aperuit *Reisk.* Miſcell. Lipſ. IX. p. 127. ad Ep. *M. Argentarii* V. Cf. Ep. *Frontonis* I. p. 346. Ex *Euſtathio*, quem non nominat, profecit *Hadr. Junius* in Animadverſſ. L. IV. 13. In Aſtyanactis nomine diverſo modo lusit *Martial.* VIII. 6.:

Miratus fueris cum priſca toreumata multum,
In Priami cyathis Aſtyanacta bibis.

ubi aetatis tantum ratio habetur: vinum recens ex antiquis poculis bibis.

XI. Cod. Vat. p. 570. Prius diſtichon laudat *Salmaſ.* in Plin. p. 740. G. Integrum edidit Ruhnk. Ep. crit. p. 66. „Lepidum et venuſtum Epigramma, cujus acumen in duplici uſu verbi τρίβειν, quod medicis proprium, de quo videndus Salmaſius in Plin. p. 740. et altera ſignificatione praetextatum eſt. αἰδοῖον τρίβειν. *maſtuprari.* Planum et perſpicuum carmen, in quo tamen viros doctiſſimos nihil vidiſſe compertum habeo.“ *Br.* Eundem conf. ad *Ariſtoph.* Ran. 123. T. I. p. 155. — V. 1. ἰητρούς. Medicos vocat, qui libidinis, qua exſtimulabantur, (hinc ὀυστέρωτες) remedium ſibi ipſi parabant. In poſtremo verſu moleſtum mihi videtur καὶ poſt σιγῶ. Conditionem exſpectaveris a poëta propoſitam, quae ἀλλὰ ſive εἰ requireret:

εἰ θεραπεύσεις μέ.

¶. 362.] *XII.* Vat. Cod. p. 572. ſq. ubi legitur poſt Ep. *Statyllii Flacci* II. T. II. p. 262. cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. Huic igitur reſtituendum eſt. Expreſſum hoc Ep. cum ſequ., quod etiam *Statyllii* eſt, ex *Tullii Laureae* Ep. I. p. 102. ubi vide not. — Secundi verſus, qui intercidit, ſenſus eſſe debuit: *Promiſeram tibi, o Phoebe, gallum gallinaceum.* — V. 3. αὐτῷ. Vat. Cod. αὐτῶ recte emendatum eſt. Non mihi, et amori meo, ſed ſibi ſervatus eſt. Idem poëta in Ep. II. ſupra laudato, ἦλθε δέ μοι Πολέμων λάσιος γένυν· οὐ μά σε, Φοῖβε, ἦλθεν ἐμοί. — In fine verſus οὐκ ἔτ' ἀφῆσαι Vat. Cod. ἀφῆσας habet ap. *Gaulmini.* ἀφῖκται in ap. Lennep. reperi. Hac emendatione ſenſus efficitur idoneus; ad elegantiam tamen aliquid in hoc diſticho deſiderari videtur. — V. 5. ἴσως κιάσαι. Vat. Cod. βιάσαι. apogr. Lipſ. et Lennep. Veriſſimum eſt σκιάσαι. *Euripid.* Phoeniſſ. v. 63. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται. Iphig. Taur. v. 1151. πλοκάμους

περιβαλλομένα· γένυσιν ἐοικάζον. et *Philoſtr.* Ep. LIX. cujus verba vide ad Ep. XVI. 5. — Si ipſe ſibi barbam optavit puer, idem tibi ſacrificet, cum ea optaverit, quae meis votis prorſus contraria ſint.

XIII. Vat. Cod. p. 572. τοῦ αὐτοῦ. (*Statyllii Flacci.*) Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 27. — V. 3. ὃν δέμοχαι. Vat. Cod. quod *Salmaſ.* inter deſcribendum emendaſſe videtur. — φθονεροῖς γενείοις. Luſus in Priap. nr. III. 4. *cum tegit obſeſſas invida barba genas.* quam lectionem a quibusdam temere impugnatam hic locus egregie tuetur. — φρίσσοντα. *aſperam barbam* vocat *Tibull.* I. IX. 32. *faciem biſpidam Horat.* IV. Carm. X. 3. — V. 4. οὐ τοιούτου. Vat. Cod. — V. 5. Acumen eſt in ambigua verbi τίλλεσθαι ſignificatione, quod primum de avibus uſurpatur, quae pennis nudantur, deinde de hominibus, qui ſibi pilos patiuntur evelli. Vide *Caſaub.* ad *Perſ.* Sat. IV. 35. *Voſſium* ad *Catull.* p. 41. Mulieres παρατετιλμένας commemorat *Ariſtoph.* Ran. 519. ubi vid. Schol. Quum autem ad elegantiam mollium hominum pertineret, ne pilos in corpore haberent, mulieres erant in balneis, quae pilos evellerent, quas παρατιλτρίας appellabant. De his vide *Olearium* ad *Philoſtr.* Vit. Apoll. IV. 27. p. 167. nr. 8. Emendandus *Lucian.* adv. Indoct. §. 23. Tom. VIII. p. 23. Bip. ad cinaedum verba faciens: Εἰπὲ γοῦν μοι καὶ τόδε, εἰ Βάσσος, ὁ ὑμέτερος ἐκεῖνος σοφιστής, καὶ Βάταλος ὁ αὐλητής, ἢ ὁ κιναιδος Ἡμιθέων ὁ Συβαρίτης, ὃς τοὺς θαυμαστοὺς ὑμῖν νόμους συνέγραψεν, ὡς χρὴ μαίνεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι, καὶ χάσκειν καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα κ. τ. λ. Verbum μαίνεσθαι ab hoc loco alieniſſimum; nec cum erudito Gallo μιαίνεσθαι, ſed λελαίνεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι legendum videtur. Similiter in Cynico §. 14. T. IX. p. 209. molliores homines deſcribens: καὶ λελαινοντες καὶ ψιλούμενοι πᾶν τοῦ σώματος μέρος, καὶ μηδὲ τῶν ἀποῤῥήτων οὐδέν, ἢ πέφυκεν, ἔχειν ἐῶντες. τὸ γένειον λεῖον ποιεῖν καὶ ψιλὸν dixit *Julian.* in Miſopog. p. 339. A. et p. 346. A.

ἄνδρας ἀποψιλουμένους, οὔτι τὰς γνάθους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἅπαν τὸ σῶμα, λειότεροι τῶν γυναικῶν ὅπως φαίνοιντο. — V. 6. ἢ σὺν τιλλέσθω. Klotz.

XIV. Cod. Vat. p. 570. Puerum Graphicum conqueſtum eſſe puta, quod ligneum ſcamnum nates ei momorderit. Tunc poëta: Quomodo me igitur affectum putas, cum vel lignum pulchri ſenſum habeat? — V. 1. δέδακ' Cod. Vat. et ap. Lipſ. — „Γραφικὸς [in membr. „eſt Γραφυκοῦ] nomen eſt proprium. *Graphicus* in Inſcr. „ap. Gruterum.“ *Br.* — V. 2. καὶ ξύλον. Vide ad Epigr. *Apollonii* p. 358.

XV. Cod. Vat. p. 571. Edidit *Klotz* in Strat. p. 55. Puerum rogat, ne amorem celet, ſed oſculum ipſi ultro impertiat. — V. 1. κρύπτῃς. Vat. Cod. et Sched. Lacroz. — „αὐτός. *Solus ille Deus, etiam absque curis noſtris,* „*caedere cor noſtrum valet.*“ *Br.* Malim ſic interpretari: non opus eſt, te me diſſimulatione excruciare, cum jam ſolus Amor pectus meum ſatis angat et urat. Fruſtra *Reiskius* οὗτος ὁ δαίμων tentabat. *Tibull.* L. I. 8. 7. *Deſine diſſimulare: deus crudelius urit, Quos videt invitos ſuccubuiſſe ſibi.* — λακτίζειν. grave vocabulum. Alias δάκνειν, κνίζειν, νύττειν de eadem re uſurpatur, de quibus verbis vide quae dedit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 558. — V. 4. χαρίτων. Vat. Cod. Apographa autem, quae vidi, χάριτα exhibent.

XVI. Vat. Cod. p. 572. Morae impatiens poëta ſibi apertum amorem contingere optat. Expreſſit *Paul. Silent.* Ep. XXXI. — V. 1. κλέψομεν. *quousque tandem clandeſtina rapiamus oſcula?* Id, quod taedii plenum videbatur *Stratoni*, ſibi expetebat *Paulus*: Κλέψωμεν, Ῥοδόπη, τὰ φιλήματα, τήν τ' ἐρατεινὴν Καὶ περιδήριτον Κύπριδος ἐργασίην. Ἡδὺ λαθεῖν. — τὰ λαθραῖα. i. e. λάθρα. de qua elegantia vide quae monuit *Valcken.* ad *Theocrit.* Eid. III. 4. p. 68. *Ovid.* I. Amor. IV. 18. *Me ſpecta nutus-*

que meos vultumque loquacem: Excipe furtivas et refer ipſe notas. — V. 2. ὄμμασι eſt Cod. Vat. lectio, non νεύμασι, ut apogr. quaedam exhibent. — ὄμμασι φειδομένοις. Hinc fortaſſe *Agathias* Ep. IV. 4. ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῳ. — ¶. 363.] V. 3. ἀτέλεστα λαλήσομεν. *quousque inutiles conferemus ſermones, qui exitu carent, moramque ex mora nectemus?* — V. 4. ζευγνύντες. Vat. Cod. Apogr. Lipſ. ζεύξαντες. — V. 5. Iisdem argumentis ad delicias ſuas utitur *Philoſtrat.* Epiſt. LIX. p. 943. ὡς δέδοικά γε — μὴ μέλλοντός σου καὶ βραδύνοντος τὰ γένεια ἐπέλθῃ καὶ τὴν τοῦ προσώπου συσκιάσωσι χάριν, ὥσπερ εἴωθε τὸν ἥλιον κρύπτειν ἡ νεφῶν συνδρομή. — V. 6. τὰς φθονερὰς. τείχας ſcil. Cf. XIII. 3. — „λόγους. ita vetus codex; ſed ſcri„bendum λόγοις. θῶμεν ἐπ' ἔργα λόγοις. i. e. ἐπιθῶμεν ἔργα „λόγοις. Sic etiam emendatum eſt in optimo apographo, „quod habeo, Muſae Stratonis.“ *Br.* λόγοις legitur in Vat. Cod.

XVII. Cod. Vat. p. 596. „Edidit ad fr. Sapphûs „Wolfius p. 146. e pravo Cod. cujus corruptelae, quae „tamen facili opera ſanari poterant, pravam verſionem „peperere.“ *Br.* Geminum germanum eſt, et procul dubio ex eodem fonte derivatum, unde *Strato* duxit ſuum, Epigramma *Martialis* L. IX. 26.:

Dantem vina tuum quoties adſpeximus Hyllum,
Lumine nos, Afer, turbidiore notas.
Quod, rogo, quod ſcelus eſt, mollem ſpectare miniſtrum?
Adſpicimus ſolem, ſidera, templa, Deos.
Avertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgo
Porrigat, atque oculos oraque noſtra tegam?
Trux erat Alcidas, ſed Hylam ſpectare licebat:
Ludere Mercurio cum Ganymede licet.
Si non vis teneros ſpectet conviva miniſtros,
Phineas invites, Afer, et Oedipodas.

— V. 1. ἑταίρους. Vat. Cod. et ſic *Wolf.* quod mutari non

non debebat. Sic enim loquuntur Graeci, ζηλοτυπεῖν τινα, *zelotypum esse in aliquem, invidere alicui. Lucian.* Tim. §. 14. T. I. p. 85. κατεγέλας αὐτῶν — αὐτοὺς ζηλοτυπούντων. Idem Dial. Meretr. XII. T. VIII. p. 256. ἰδοὺ τὸ μειράκιον ὁ μοιχὸς, ὃν ἐζηλοτύπεις. — V. 2. „Ε θηλυπρεπ„στεῖς pronior erat emendatio θηλυπρεπτεῖς, quam θηλυμε„λεῖς.“ *Br.* Illud *Wolfius* invenerat in Cod. Uffenb. — V. 3. ἀδαμάντινες. *Theocrit.* Eid. III. 39. καί κέ μ' ἴσως ποτίδει, ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί. *Philostr.* Epist. XIX. p. 921. οὐκ ἤσθα συγκείμενος ἐξ ἀέρος — ἀλλ' ἐξ ἀδάμαντος, καὶ πέτρας, καὶ Στυγός. *Themist.* Orat. II. p. 26. C. τίνα οὐκ ἂν σιδηροῦν καὶ ἀδάμαντος στερεώτερον μαλάξειέ τε καὶ ὑποχείριον λάβει. — ἀτειρὴς οἶνῳ. quem vinum non ad amorem incendat? *Veneris hortator et armiger Liber. Appulej.* Metam. L. II. p. 27. Similia hujus generis collegit doctissimus *Boettiger* ad Terent. Eunuch. IV. 5. 4. et 6. — V. 4. περίεργα βλέπει. Vide ad *Philodem* Ep. VI. 1. T. II. P. I. p. 215. — V. 5. Ita vivos affectos esse par est. Tu autem, si magis libet, ad inferos abeas, ubi nec convivia, nec Venus floret, ibique Tiresiam et Tantalum ad coenam *voca.* (ἔλκε. ut *Philipp.* Ep. III. 5.) — Tristem ap. inferos vitam poëtae ita passim designant, ut Venerem et convivia ab ea abesse dicant. Vide cl. *Mitscherl.* ad *Horat.* L. I. Carm. IV. 19. T. I. p. 70. 71. — Διοφρῶν. quaedam apogr. — ἦν δ' ἰθέλῃς. *Wolf.* — V. 7. κάλει. marg. apogr. Lennep. vitiose. — Cum Tantalo amantes, quibus adspectu tantum frui licet, comparari solent. *Paul. Silent.* Ep. III. 6. XXXIII. 1. — ἐς πόθον. ap. Lipsium.

XVIII. Vat. Cod. p. 596. Pilos puero succrevisse poëta suspicatur inde, quod veste usque ad talos demissa oculisque dejectis incedat. — V. 1. στυγνός. ad tetricum pueri vultum referendum. — κατεκέκραται vitiose ap. Guyet. et Ruhnk. — πέξης. Vat. Cod. — μέχρι πέξης. usque ad talos, propria verbi πέζα significatione,

cum vulgo ad aedificia, montes, veſtes translatum pro fundamento, radicibus, orâ accipiatur. Honeſtam matronam ſic deſcribit *Horat.* I. Serm. II. 28. *quarum ſubſusa talos tegat inſtita veſte.* In viris pallium usque ad pedes defluens ruſticae negligentiae notam habere videbatur, quod docte monuit *Boettiger* ad *Terentii* Eunuch. IV. 6. 31. — V. 2. ἀπ' ἰγνύης. ſupra poplites ſublatum. Alte praecinctus eſſe ſolebat puer meritorius, qui amantium oculos in ſe convertere ſtudebat, dum in juvenili flore conſpicuus eſſet. In characteriſmo τοῦ ἀγροίκου *Theophraſt.* c. IV. p. 33. ed. Fiſch. καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. Cf. *Ariſtoph.* Nub. 971. ſqq. — V. 3. κάτω κύψας. pudore ſuffuſus. Vide ad Ep. VII. 5. — V. 4. „ἤλυθον. αἱ τρίχες, ἃς πολλάκις σοὶ ἔλεγον. Nihil hîc vident, „qui aliter interpretantur.“ *Br.* In apogr. Guy. et Ruhnk. tentatur ἦλυθον ὡς s. *veni coenatum tecum.* Nihil ineptius. In his verbis, cum ſanna pronuntiandis, τρίχες omitti poterat, non minus ac Ep. XVI. ἀλλὰ πρὶν ἐλθεῖν τὰς φθονερὰς.

XIX. Cod. Vat. p. 596. Primum diſtichon protulit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 218. Integrum *Pierſon.* in Praef. ad Moer. p XIV. ſine lectionis varietate et *Klotz* ad *Tyrt.* p. 115. Moerin puerum oſculatus poëta tam ſe beatum eſſe redditum ſignificat, ut etiam dubitet, vigilantine an ſomnianti hoc ſibi contigerit. Similiter puella ap. *Ariſtaen.* L. II. 14. p. 94. ἆρα ἐγρήγορα ἢ πλανῶσί με τῶν ὀνειράτων εἰκόνες; ὑπὸ τοῦ σφόδρα γὰρ ἐπιθυμεῖν ἐλάμβανέ με τις ἀπιστία. ubi ſimilia quaedam collegit *Abreſch.* p. 259. — V. 1. καθ' ἣν ὑγιαίνομεν ὥραν. Male haec intellexit Vir D. qui margini ap. Guyet. adſcripſit haec: *cum corpus curamus, valemus, vivimus, coenamus.* nec *Klotzius*, qui ad deſiderium amantis expletum referebat. ὥρη enim, καθ' ἣν ὑγιαίνομεν, circumſcriptio eſt τῆς ὥρης ἐσπερίης, et ejusdem rei repetitio. Ut enim Latini

mane *ſalvete*, veſperi *valere* jubebant amicos, ſic Graecos χαίρειν et ὑγιαίνειν eadem ratione diſtinxiſſe conſtat, cum aliunde, tum ex obſervatione *Thomae M.* p. 909. (ἰστέον δέ, ὅτι ὡς αἱ τῶν παλαιῶν προσρήσεις, αἱ μὲν ἑωθιναὶ, χαῖρε, αἱ δὲ ἑσπεριναὶ, ὑγίαινε.) qui laudat teſtem idoneum *Lucian.* T. I. p. 724. Plura vide a *Reimaro* congeſta ad *Dion. Caſſ.* LXIX. 18. p. 1166. Videtur tamen poëta hac periphraſi uſus eſſe, ut ſimul ad gaudia, quae nox allatura erat, reſpiceret. — V. 2. εἴτε σαφῶς, εἴτ' ὄναρ. pro vulgari εἴτε ὕπαρ, εἴτ' ὄναρ. de quibus formulis vide *Valckenar.* l. c. — V. 5. An mé etiam oſculatus ſit, conſidero. Nam ſi hoc mihi vere, non per ſomnium contigit, non video, quomodo, immortalis factus, adhuc in terris morer. ἀποθειωθείς. *Soſipater* ſive potius *Dioscorides* Ep. II. T. I. p. 504. Δωρίδα τὴν ῥοδόπυγον ὑπὲρ λεχέων (haec depravata ſunt) διατείνας Ἀνθεσιν ἐν χλοεροῖς ἀθάνατος γέγονα. *Propertius* laetitia elatus ob noctem a Cynthia ipſi conceſſam L. II. 12. 39. *Si dabit has multas, fiam immortalis in illis. Nocte una quivis vel Deus eſſe poteſt.* L. II. 11. 9. *immortalis ero, ſi altera talis erit.* Pamphilus ap. *Terent.* in Andr. V. 5. 3. votorum compos: *Ego Deorum vitam eapropter ſempiternam eſſe arbitror, Quod voluptates eorum propriae ſunt: nam mi immortalitas Parta'ſt, ſi nulla aegritudo huic gaudio interceſſerit.* Similiter in re diverſa coquus *Philemonis* ap. *Athen.* L. VII. p. 289. A. ἅπαντες ἐγένοντ' ἂν θεοί, Ἀθανασίαν εὑρήκα. et Atreus ap. *Senec. Trag.* in Thyeſte v. 885. *Aequalis aſtris gradior, et cunctos ſuper Altum ſuperbo vertice attingens polum. — Dimitto ſuperos: ſumma votorum attigi.* — Ceterum *Zeunius* in Anim. ad Anacr. p. 92. verbum ἀποθειωθείς in Klotziana officina recens procuſum eſſe pronuntians, corrigit ἀπὸ τῶν θείων ſive ἀπὸ θείων δή —. Nihil vidi ineptius.

¶. 364.] XX. Vat. Cod. p. 596. Prius diſtichon exhibuit *Warton* ad *Theocrit.* T. II. p. 321. Theudis

puer olim ſoli orienti ſimilis, nunc, poſt barbam enatam, minus quidem formoſus, at tamen occidenti ſoli comparandus. — V. 1. παισὶν ἐν ἄλλοις. Pueri tanquam ſolis inter ſidera exſplendentis imago ducta videtur ex *Meleagro* Ep. XXXV. Μόϊσχος ἔσβεσεν ἐκλάμψας ἀστέρας ἠέλιος, ubi vide not. *Philoſtrat.* Epiſt. LIX. p. 943. ὡς δέδοικά γε — μὴ μέλλοντός σου, καὶ βραδύνοντος, τὰ γένεια ἐπέλθῃ, καὶ τὴν τοῦ προσώπου συσκιάσωσι χάριν, ὥσπερ εἴωθε τὸν ἥλιον κρύπτειν ἡ νεφῶν συνδρομή. τί δέδοικα, ἅπερ ἔστιν ἤδη βλέπειν; ἔρπει μὲν ὁ ἴουλος, αἱ δὲ παρειαὶ χνοάζουσι, τὸ δὲ πρόσωπον ὅλον ἀνθεῖ. — V. 3. „ὅτε νυκτὶ λαχνοῦται. In „hac comparatione cum Sole oriente et occidente noctis „mentio locum non habet, et phraſis haec vix graeca „videtur: ſcribere debuit νυκτὶ σκοτοῦται, aut ſimile „quid. Salmaſii itaque emendationem recipiendam cen„ſeo, ὅτε μῆλα λαχνοῦται.“ *Br.* Quum haec *Salmaſii* emendatio ejusmodi ſit, ut aliis meliora reperiendi ſpem minime adimat, amplius cogitandum putavi, et reperiſſe mihi videor lectionem cum doctiorem, tum propius ad Codicis ſcripturam accedentem. Corrigendum puto:

τοὔνεκ' ἐγὼ φλέγομαι καὶ νῦν, ὅτε οἱ πτίλα χνοῦς τε.

Etiamnum amore flagro, cum olim nitentes genae *lanugine ſordeant*, (ut *Martialis* loquitur I. Ep. 32. 5.) quae nebulae ſimilis vultus ſplendorem obducit, tanquam ſolem nubes. Vide *Philoſtratum* modo laudatum. — πτίλα et χνοῦς duplex ejusdem rei nomen, alterum notius, alterum minus notum. χνοῦς quidem in hac re tam proprium eſt, ut ex una Anthologia decem minimum loca proferre poſſim, ubi pro ἴουλος ponitur. Utrumque vocabulum conjunxit *Lucian.* in Amor. §. 10. Tom. V. p. 266. καὶ παῖς οἰκέτης αὐτῷ σχεδὸν ἀγένειος ἦν, μέχρι τοῦ πρῶτον ὑπογραφέντος αὐτοῖς χνοῦ παραμένοντες· ἐπειδὰν δὲ ἰούλοις αἱ παρειαὶ πυκασθῶσι, οἰκονόμοι καὶ τῶν Ἀθήνῃσι χωρίων κηδεμόνες ἀπεστέλλοντο. *Callimach.* H. in Apoll. 36. καί κεν ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος· οὔποτε Φοίβου Θηλείαις, οὐδ' ἔσσον, ἐπὶ

χνόος ἦλθε παρειαῖς. Recte *Wernsdorfius* ap. *Himerium* Or. VII. 3. p. 516. emendavit ἀλλ' ἔτι μὲν ἡβῶντας καὶ ἰούλῳ πρώτῳ χνοάζοντας, pro χλοάζοντας. Minus notum vocabulum πτίλα *plumam* proprie significat, unde *Clemens Alex.* Paed. II. p. 216. 31. ἐπιβλαβὴς ἡ ἐν τοῖς χνοώδεσι τῶν πτίλων ἐγκοίμησις. Plumis impleta pulvinaria πτερωτὰ καὶ πτιλωτὰ προσκεφάλαια vocantur ap. *Pollux.* VI. 10. πτίλα, πτερὰ ἁπαλά, ap. *Hesychium*, et ἄπτιλα, τὰ ἀπτέρωτα, ap. *Suidam.* *Plumam* significat etiam ap. *Aristoph.* Acharn. v. 585. Sed hoc ipso *plumae* vocabulo de lanugine utitur *Horat.* IV. Carm. X. 2. ad formosum puerum: *insperata tuae quum venient pluma superbiae.* quod cave ne cum *Bentlejo* in *bruma* mutandum existimes. Pueros laevibus genis λείους plerumque appellabant Graeci; tum etiam ἀπτίλους, ut apparet ex glossa *Hesychii*: ἀπτειλοῦς. λείας. Legendum: ἀπτίλους. λείους. Vide *I. Toup.* Emend. in Hesych. T. IV. p. 296. Ut *Strato* autem in emendatione nostra πτίλα et χνοῦς conjungit, sic *Dionys. Halic.* T. VI. p. 1114. οὐ γὰρ δή τοι πλάσται μὲν καὶ γραφεῖς ἐν ὕλῃ φθαρτῇ χειρῶν τιθέντες (sic lego pro χείροντες) πόνους, ἅστε καὶ φλέβια καὶ πτίλα καὶ χνοῦς εἰς ἄκρον ἐξεργάζεσθαι. qui locus unice huc facit. — V. 4. ἡέλιος. Vat. Cod. Eadem imagine in re diversa utitur *Longin.* Π. Υ. c. X. p. 38. ed. *Toup.* ὅθεν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ παρεικάσαι τις ἂν καταδυομένῳ τὸν Ὅμηρον ἡλίῳ, οὐ δίχα τῆς ἐφοδρότητος παραμένει τὸ μέγεθος.

XXI. Cod. Vat. p. 596. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 116. Quum poëta se jurejurando obstrinxisset, ne, puerum sibi morigerum esse factum, aliis proderet, laetitiae tamen sensu abreptus, silentium rumpit. — V. 2. ὅτι male *Klotz.* Pro λαβεῖν margo apogr. *Guyet.* et *Ruhnk.* καλεῖς. quod contextûs lectione longe deterius. Pudibundus puer amanti, ut amplexus *fumeret*, concesserat, non ultro *obtuleraf* eos, παρεῖχε. — V. 3. „δύσπιστος. *perfida, perjura.* Hoc reposuit *Salmasius*; in cod.

„ſcriptum δυσάπιστος.“ *Br.* — πεπότηται ἦτορ. Animum ingenti gaudio elatum ſignificat. Similia ſunt μετεωρίζεσθαι, ἀνακουφίζεσθαι, quae conjungit Scholiaſtes ad *Ariſtoph.* Nub. v. 318. τοῦτ' ἆρ' ἀκούσας αὐτῶν τὰ φθέγμ' ἡ ψυχή μου πεπότηται καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ. Medea ap. *Apollon. Rhod.* L. III. 724. τῇ δ' ἔντοσθεν ἀνέπτατο χάρματι θυμός. — V. 4. στέξε. Vat. Cod. στέξαι, continere laetitiam, ne effluat. Illuſtre eſt dictum *Platonis* in Gorgia p. 336. E. τὴν δὲ ψυχὴν κεκινῳ ἀπείκασε τῶν ἀνοήτων, ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. quae multorum imitatione celebrata ſunt, quos laudat *Weſtſten* ad N. T. II. p. 135. Huc facit *Themiſt.* Or. XXVI. p. 312. D. καὶ ἀποφαίνονται ἀφώνους εἶναι, στέγειν ἅττα ἂν εἰδῶσιν ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ μὴ ἐξαγγέλλειν, μηδὲ κοινωνεῖν, ὥσπερ οἱ τὰ χρήματα θησαυρίζοντες. — V. 5. κεῖνος δὲ π. Vat. Cod. quod *Salmaſius* mutavit in γε. — Haec autem ſunt illa, quae animo continere non valet: κεῖνός γε πέπεισται. *precibus meis ceſſit; perſuaſi, ut morem gereret.* Inepte *Klotzius:* Ignoſce mihi Jupiter; ille puer etiam mihi ignovit. — V. 6. ἀγνώστου. Euripidea ſententia in Medea v. 542. Εἴη δέ μοι γε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις, Μήτ' Ὀρφέως καλλίον ὑμνῆσαι μέλος, Εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι. quae Lucianeis admovit *M. Solanus* in Nigrin. §. 23. T. I. p. 47. ed. Bip.

XXII. Cod. Vat. p. 596. Edidit *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 175. Puerum formoſum rogat, ne flabello ventum faciat. — V. 1. μέγα δή τι. Vide ad *Callimach.* Ep. XII. 5. T. II. P. I. p. 265. — λεπτὸν λίνον. *Warton.* de vanno accipit, e panno linteo forte confecta, remittens ad *Paciaudium* de Umbellae geſtat. p. 43. ſq. Flabellum videtur deſcribi, ſive ῥιπίς, quo *faciles* arceſſebant *ventos*, ut *Ovidius* loquitur III. Amor. II. 37. Cf. *Mitſcherlich.* ad *Horat.* III. Carm. XX. 13. T. II. p. 204. Eodem inſtrumento utebantur et ad refrigerandum vultum, et ad ignem excitandum, unde πυρικτόφος ῥιπὶς ap.

Philipp. Ep. XIII. et *Eubul.* ap. *Athen.* L. VI. p. 228. F. βιπὶς δ' ἐγείρει φύλακας Ἡφαίστου κύνας. Hinc acumen poëtae. — V. 3. ἐμόν. Vat. Cod. et omnia quae vidi apogr. — Duplici igne uror; altero amoris, altero, quem pocula accenderunt, (*Achill. Tat.* L. II. 3. p. 50. Ἔρως δὲ καὶ Διονύσιος, δύο βίαιοι θεοί, ψυχὴν κατασχόντες ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρί, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων.) isque tua ventilatione magis inflammatur. Puer igitur ille putandus est inter epulas poëtae cum flabello adstitisse. — V. 4. »Concinnior »esset versus scribendo: σῇ τε περὶ βιπῇ." *Br.* Hoc parvi momenti. Sed vide, an περὶ τῆς βιπῆς scribendum sit, *propter* sive *per ventilationem suam*. *Salmasius* in apogr. Guy. παρὰ σῆς βιπῆς tentavit.

XXIII. Vat. Cod. p. 597. Edidit *I. Pierson* in Verisim. p. 96. Non tres, sed plurimas Gratias in Theocle conspici, nec eas mites esse et placidas, sed crudeles et hominum pectora infestantes. — V. 2. τρισσαὶ γ'. marg. apogr. Guyet. et Ruhnk. male. — V. 3. περισκιρτῶσι. Proxime accedit *Aristaenet.* L. I. Ep. X. p. 22. τοῖς ὄμμασι Χάριτες οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς. *Alciphron* L. III. Ep. I. p. 274. αὐταῖς ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν ἐνορχεῖσθαι τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας. ap. quem L. III. Ep. LXV. p. 438. eleganter correxit *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 9. καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὰς Ὥρας αὐτὰς ἐνορχουμένας ἔχει, καὶ τὴν Πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴπεις ἄν. *Lucian.* in Imagin. §. 9. T. VI. p. 11. ἡ χάρις, μᾶλλον δὲ ἅπασαι ἅμα ὀπόσαι Χάριτες, καὶ ὁπόσαι Ἔρωτες περιχορεύοντες. *Libanius* in Ἐκφρασ. T. IV. p. 1070. 23. ed. *Reisk.* ἐπ' ἐκεῖνο τὸ πρόσωπον περισχόρευαν Χάριτες καὶ μεταρσίους τοὺς πόδας ἐκούφιζον, ἵνα μὴ τοῦ κάλλους προσψαύσαιντο. Anthol. Latin. T. I. p. 546. *illic et Venus et leves Amores, Atque ipsa in medio sedet Venustas.* Hunc locum cum aliis similibus ad *Horatii Cupidinem in virentis et Doctae psallere Chiae Pulchris excubantem*

genis L. IV. Carm. XIII. 6. comparat *Mitſcherlich* T. II. p. 441. nec noſtri immemor, quem excitavit etiam cl. *Heinrich* ad *Muſaeum* v. 63.:

> Πολλαὶ δ' ἐκ μελέων Χάριτες βέον· οἱ δὲ παλαιοὶ
> τρεῖς Χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι· εἷς δέ τις Ἡρῴης
> ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τέθηλε.

— V. 4. Sic, ut Br. dedit, hic verſus legitur in membranis. Quaedam apogr. τοξοβόλαι exhibent, alia poſt ψυχέων inſerunt δ', quae eſt *Salmaſii* conjectura in marg. apogr. Guyet.

XXIV. Vat. Cod. p. 597. Ad puerum olim ſeverum, nunc amanti aequiorem. — V. 1. τὰ περισσά. pro περισσῶς, μάτην. ut in Ep. inter ἀδέσπ. DCLII. τί περισσὰ θρηνεῖς, τί μάτην ὀδύρεαι; — ἔρωτος ἀπέσβη πυρσός. *Paul. Silent.* Ep. XVIII. ἐσβέσθη φλογερσῖο πυρὸς μένος. Conf. Ep. ἀδέσπ. XVII. — V. 2. ἔτ'. cum te inprimis jam amare deſierim. — ¶. 365.] V. 2. τὰ δύσμαχα. nondum animo meo ſaevitiae tuae memoria effluxit. — πλήν. Quum poëta praecedentia diſſimulanter dixiſſet, ut puerum viciſſim excruciaret, jam, quaſi ejus amplexibus emollitus, ſpem veniae facit. — Poenitentia, quamvis ſera, locum tamen inveniat. ὀψὲ μέν, ἀλλά. Hanc formulam, cui ſaepe ὅμως additur, exemplis illuſtravit *Wyttenb.* in Bibl. crit. T. III. 2. p. 40.

XXV. Cod. Vat. p. 597. Ad puerum de oſculis minime ſuavibus et laſcivis, ſed, ut ſimulacri, frigidis. — V. 1. „In membranis: τίς χάρις, Η. φιλήμασιν, εἴ με λ. χ. ἢ φιλέοις. Minori mutatione Salmaſius emendabat μοὶ φιλέοις. Quo ſcripſi et interpunxi modo, eodem remanente ſenſu, conciſus magis et vividior eſt ſermo.“ *Br.* In membr. χείλεσι μὴ φιλέοις habetur. *Gilbertus Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 56. *Salmaſii* emendationem magis probat, et praeterea ἀντιπαιζόμενος corrigendum exiſtimat. Mihi vulgata unice placet. — λέξεσι

χείλεσι. totis labiis, et crebro repetitis ictibus. *Hesych.* λάβρος. πολύς. σφοδρός. Hoc fortasse restituendum *Luciano* in Amor. §. 3. T. II. p. 411. ubi Charicles ad Veneris simulacrum accurrit, et λιπαροῖς τοῖς χείλεσιν, ἐφ' ὅσον ἦν δυνατόν, ἐκτείνων τὸν αὐχένα κατεφίλει. Malim λάβροις. στόμα λάβρον est ap. *Oppian.* Hal. L. II. 202. — V. 3. ἐπ' ἄκροις, χείλεσιν φιλεῖς scil. In his ἐπὶ abundare videtur, cujus abundantiae exempla passim occurrunt. Hoc quidem malim, quam cum *Wakefieldio* ἐπάκροις scribere. *Rufin.* Ep. XXX. Εὐρώπης τὸ φίλημα — ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσι, ἀλλ' ἐρείσασα τὸ στόμα (h. e. ἀντιβαζομένη), τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει. Osculorum diversa genera similiter descripsit *Ephippus* Comicus ap. *Athen.* L. VIII. p. 363. C. D. qui locus iterum, sed vehementer depravatus, occurrit L. XIII. p. 571. E. F. sub *Euschemi* nomine, hominis aliunde non noti, et ex Comicorum catalogo expungendi. Laudantur commodi meretricis mores:

Ἔπειτά γ' εἰσιόντ' ἐὰν λυπούμενος
τύχῃ τις ἡμῶν, ἐκολάκευσεν ἡδέως·
ἐφίλησεν, οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα,
ὥσπερ πολέμιος, ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις
χαυνοῦσ' ὁμοίως, ἦσε, παρεμυθήσατο,
ἐποίησέ θ' ἑλαρὸν εὐθέως, ἀφεῖλε πᾶν
αὐτοῦ τὸ λυποῦν, κἀπέδειξεν ἵλεων.

In his verbis, si κἀφεῖλε pro ἀφεῖλε scripseris, nihil offensioni erit, praeter vocabulum πολέμιος, (in altero loco πολέμιον legitur) in quo aliud quid latet. — V. 4. πλάσμα τὸ κ. Vat. Cod. quod verum videtur. *Illud, quod nosti, signum.* Pictor puellam, quam in tabula pinxerat, perdite amans ap. *Aristaen.* L. II. Ep. X. p. 88. χείλη μέν, ait, φαίνει φοινᾶ, ἀλλ' οὐκ ἀποδίδωσι τὸν καρπὸν τοῦ φιλήσαι. Dixerat enim paulo ante: ἀποτυχὼν δὲ τοῦ λόγου, πεφίληκα τὸ στόμα. *Martial.* L. XI. 61. 7. *At Chione non sensit opus, nec vocibus ullis Adjuvat; absentem*

marmoreamque putet. Ibid. Ep. CII. 3. *Eſt ita, ſi taceas, et ſi tam muta recumbas, Quam ſilet in cera vultus, et in tabula.*

XXVI. Cod. Vat. p. 597. Quomodo Menedemi, pueri nimium facilis, amplexus petendus ſit, docet. — V. 1. ἀλλ'. Modo nutu ei, quid velis, ſignificaveris, ſtatim aperte reſpondebit: Agedum, praecede, et, quo velis, ducas. Verbo πρόαγε ſic uſus eſt *Philodemus* Ep. III. 8. — V. 3. φθάνει. Similis color eſt ap. *Juvenalem* Sat. XIII. 107. in deſcriptione improbi, ad perjurium parati: *Tunc te ſacra ad delubra vocantem Praecedit, trahere imo ultro ac vexare paratus.* Ceterum in *Stratonis* verbis parodia *Homeri* eſt, quod *Brunckius* monuit, Il. φ. 257.:

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
ἀμφυτὰ καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύει,
χερσὶ πάλλαν ἔχων, ἀμάρης δ' ἐξ ἔγματα βάλλων·
τοῦ μέν τε προρέοντος, ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι
ὀχλεῦνται, τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
χώρῳ ἐνὶ προχλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα.

Haec obverſabantur *Ariſtaeneto* L. I. 17. p. 44. ὁ γὰρ Ἔρως, ὡς ὕδωρ ἀνὰ τοὺς κήπους ἀμαρεῦον, ἄγει με πολυτρόπως. Fortaſſe etiam L. I. 3. p. 10. Ab ἀμάρη derivatum verbum ἀμαρεύειν, de iis, qui facile obſequium praeſtant. *Heſych.* Ἀμαρεῖν. ἀκολουθεῖν. πείθεσθαι. ὑμαρτεῖν. — V. 4. οὐκ ἀμ. margo apogr. Guyet. quod vulgatae praeferendum videtur.

XXVII. Vat. Cod. p. 597. Primus edidit *Pierſon.* in Veriſim. p. 168. et ex eo *van Eldick* in Specim. Suſpic. p. 31. — V. 1. περιτορφυροσήμους. pueri praetextati, nobiliores itaque, qui faſtu amantes deterrent. — V. 2. „Scriptum in Cod. προσαφειόμεθα. quod bene a Salmaſio emendatum eſt. οὐ προσαφικόμεθα, *ad quos*

»accedere non poſſumus.« *Br.* — ὥσπερ σῦκα. Ductum hoc ex ῥήσει Diogeni tributae ap. *Stobaeum* Tit. XC. p. 506. 1. τοὺς δὲ πολλοὺς τῶν πλουσίων ὁμοίους τοῖς ἐπὶ τῶν δυσβάτων καὶ ἀποκρήμνων φυομένοις δένδροις καὶ ἀμπέλοις. τόν τε γὰρ τοῦτον καρπὸν ἀνθρώπους μὴ λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ πικραπλήσια τούτων ζῶα καταναλίσκειν· ἐκείνους τε τὸν πλοῦτον εἰς μὲν τὰ ἐπιεικῆ τῶν πραγμάτων οὐ κατατίθεσθαι, κόλαξι δὲ καὶ πόρναις καὶ ταῖς αἰσχροτάταις ἡδοναῖς καὶ κενοτάταις δόξαις χορηγεῖν. Minus plene eadem, tanquam Cratetis, proferuntur Tit. XV. p. 152. 42. ubi κόρακες καὶ ἰκτῖνοι junguntur: κόρακες καὶ γύπες in eodem dicto, ap. *Diogen. Laërt.* VI. 60. κόρακες καὶ κολοιοί, ap. *Galenum* in Adh. ad Liter. Studia c. VI. unde apparet, paſſim veteres hac ῥήσει uſos eſſe. Primum ejus veſtigium eſt ap. *Archilochum* fr. XLV. ap. *Athen.* XIII. p. 594. D. συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας, Εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφάη. Haec a poſterioribus in ſenſum paulo diverſum detorta ſunt.

XXVIII. Cod. Vat. p. 597. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 99. Poſtremum diſtichon *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 264. Puerum ſuperbum monet, ne formae et aetati nimis confidat. — V. 1. Notanda forma ὀφρύα pro ὀφρύν. Cf. Ep. LV. et *Bianor.* Ep. II. ubi ἰχθύα in Cod. Vat. legitur. — Quousque illud ſupercilium, illum faſtum ſervabis. — V. 2. μηδὲ τὸ χαίρων. ne ſalutantem quidem viciſſim ſalutas. Ex *Philodem.* Ep. IV. οὐδ' ὑγίαινε λέγεις. Noſtrum fortaſſe expreſſit *Rufin.* Ep. XII. ὑψοῦται Ῥοδόπῃ τῷ κάλλει· κἢν ποτε χαῖρε εἴπω, ταῖς σοφαραῖς ὀφρύσιν ἠσπάσατο. Conf. ejusdem Ep. XXXVIII. — V. 4. ἐρχεῖσθαι πυρίχην. num te ſemper juventutis robore et flore conſpicuum fore putas? ἡ πυρρίχη enim juvenum exercitatio. *Athen.* L. XIV. p. 630. D. πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶνδι ἡ πυρρίχη· ἔνοπλοι γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται· τάχους δὲ δεῖ τῷ πολέμῳ εἰς τὸ διώκειν. Spartae pueri inde a quinto aetatis anno πυρριχίζειν docebantur. Ibid. p. 631. A.

Ad *Ariſtophan.* Ran. 153. ubi ἡ Κινησίου πυῤῥίχη commemoratur, *Scholiaſtes* haec habet: ὅτι ἐν τοῖς χορικοῖς πολλῇ κινήσει ἐχορήσαντο. et mox: ὁ Κινησίας ἐπραγματεύσατο κατὰ τῶν Κωμικῶν, ὡς εἶεν ἀχορήγητος· ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα ὀκνηρὸς καὶ κατεσκελετευκώς. Hanc ſaltationem nemo diſertius deſcripſit *Platone* de LL. VII. p. 815. A. B. — V. 6. μή τί σπάνις. Sic recte Salmaſius. perperam Cod. τίς.α *Br.* In marg. ap. Guyet. εἰ σπάνις. *Mimnerm.* fr. III. τὸ κρὶν ἐὼν κάλλιστος, ἐπὴν παραμείψεται ὥρη, οὐδὲ πατὴρ παιδὶ τίμιος, οὔτε φίλος.

¶. 366.] *XXIX.* Vat. Cod. p. 597. Ad Dionyſium, ludimagiſtrum et paediconem. Spurcum carmen, ſed feſtivum. — V. 1. Puer traditus erat Dionyſio in literarum elementis erudiendus; at hic eo ad libidinem abutitur. Artis grammaticae vocabula ad rem longe diverſam transferuntur a *Stratone.* Similiter luſit Auctor Epigr. quod edidit *Huſchke* in Anal. crit. p. 243. — μετεκβῆναι. Sic Vat. Cod. In quibusdam apogr. μετεκβαίνειν legitur. Quomodo, quaeſo, puerum legere docebis, cum nec a tenuiore intentione (tono) ad graviorem recte transire poſſis. In voce enim formanda per gradus eundum eſt, ita ut ad eum ſemper ſonum, qui proximus eſt, transitus fiat. Hoc non cantoribus tantum, ſed etiam grammaticis, qui puerorum os et vocem formabant, obſervandum erat. In proximis poëta miratur Dionyſium, quod ex ima chorda, cujus acutiſſimus ſonus, ad eam, quae graviſſimum reddat, aberraverit. Hujus loci duplex ſenſus eſſe poteſt. Aut ſignificare voluit paediconem ſubito arrigentem, μεταβαίνοντα igitur ab ἰσχνοτάτῃ τάσει ad ἐγκοτάτην· (τάσις autem et ſoni eſt intentio et mentulae:) aut binos pueros habebat ille, tenellae aetatis alterum, alterum jam provectiorem. Huic interpretationi favet v. 5. ἀμφοτέρους κρούων. Alteri autem v. 1. vocabulum παῖδα, ſingulari numero poſitum, majorem conciliat ſpeciem. Verum enimvero ſi ſincera eſt primi verſus

lectio, παῖδα non de certo quodam puero accipiendum, sed indefinite positum videri debet, pro παῖδας, quod durissimum. Quare alteram interpretationem magis probo. Si autem binos pueros a Grammatico illo subagitatos indicare voluit, quanto expeditior esset sensus, si scripsisset:

πῶς ἀνεγινώσκειν, Διόκλεις, τὼ παῖδε διδάξεις — — —

Dioclis nomen, tanquam foediſſimi paederastae, recurrit infra Ep. XLVI. 1. — Caeterum veriſſima est lectio cod. ὀγκοτάτην, pro quo in ap. Lipſ. ὀξυτάτην perperam legitur. — V. 5. Verum non invideo tibi; incumbe ad tua studia, et in utraque chorda oberrans, invidos plorare jube. Ut autem vulgo οἰμώζειν dicunt Graeci, quibus mala optant, et ut Latini interdum adversarios suos se irrumaturos esse et paedicaturos minantur, sic noster pro solemni phrasi ponit nequiorem, λάμβδα καὶ ἄλφα λέγειν, quibus verbis simul ad artem hominis et ad nequitiam respicitur. De sensu horum verborum audiamus *Brunckium:* „Irrumatorem et paedikonem innuit. De „significatione vocis λάμβδα vide *Toup.* ad Suidam P. III. „p. 421. Hi autem, scil. paedicones, ἀλφησταὶ dicti, cujus „nominis rationem declarat Athen. p. 281. F.“ Facit huc inprimis *Aristoph.* Eccl. 915. δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους. *Ausonius* Epigr. CXX. *Cui ipse linguam cum dedit suam λάβδα est.* Quod de schemate venereo interpretatur *Toupius* ad lictores referendum; λάβδα autem veteres pro λάμβδα dicebant. Vide *Intrpp. Polluc.* L. IV. 133. — ἄλφα. Lusus grammaticus, quo ad ἀλφηστὴς respicitur. Est autem ἀλφηστὴς piscis genus, de quo *Athenaeus* l. c. φασὶ δὲ αὐτοὺς ἁλίσκεσθαι σύνδυο καὶ φαίνεσθαι τὸν ἕτερον ἐπὶ τοῦ ἑτέρου κατ' ὀρθὰν ἐπόμενον· ἀπὸ τοῦ οὖν κατὰ τὴν πυγὴν θατέρῳ τὸν ἕτερον ἀκολουθεῖν, τῶν ἀρχαίων τινὲς τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς οὕτω καλοῦσιν. Conf. *Eustath.* ad Il. p. 1226. 44. et p. 1307. 29.

XXX. Cod. Vat. p. 597. Edidit *Klotzius* in Muſa Strat. p. 49. Cf. *Schneider*. Peric. crit. p. 35. — V. 2. Senſus perſpicuus: Si te injuria a me affectum putas, eo quod te amo, poenas ſumas, quaeſo, eandem mihi injuriam inferendo. Vir D. in marg. apogr. Tryll. tentabat: καὶ σὺ φιλῶν με λάβε. quod non displicebat *Schneidero*, qui tamen ipſe plura ἀντιστροφῆς exempla attulit. Mihi perſpicuitas tamen poſtulare videtur, ut verbis transpoſitis ſcribatur:

τὴν αὐτὴν κόλασιν καὶ σὺ λαβὼν με φίλει.

XXXI. Cod. Vat. p. 598. Edidit *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 262. In puerum roſis coronatum. — ὄμματα ἔχειν. Ut Ariſtoteles, cur pulcritudine gauderent homines, interrogatus, τυφλοῦ τὸ ἐρώτημα εἶναι reſpondit, (ap. *Diogen. Laërt.* V. 20.) ſic qui pulcritudinem ita ſpectant, ut ejus ſenſum habeant, ὄμματα ἔχειν dicuntur. *Ovidius* III. Amor. III. 41. *Quid queror et toti facio convicia coelo? Dî quoque habent oculos; Dî quoque pectus habent.* Idem Epiſt. XVII. 99. *Quam multos credas juvenes optare, quod optas, Qui ſapiant? Oculos an Paris unus habes?* Contra *Rufin.* Ep. XXVII. de viro, qui formoſam mulierem verberibus male affecerat: ψυχὴν λιθίνην εἶχε καὶ οὐκ ἔβλεπε. — Quod patrem pulchri filii venuſtate delectari fingit *Strato*, id ſine flagitii ſuſpicione fieri potuit; ſed quid illos patres exiſtimas, quos *Themiſtius* deſcripſit, Orat. XXII. p. 272. ἐγὼ δὲ ὁρῶ καὶ τοὺς πατέρας, ὅτι ἡνίκα ἂν σφόδρα ἀσπάζωνται τὰ παιδάρια, τύπτειν αὐτὰ καὶ δάκνειν ἐξ ἀπλήστου πάθους πεφιάγονται. Ad haec ſi memineris eorum, quae de amantium furore paſſim narrant, qui — *inſpirant preſſantes dentibus ora*, (*Lucret.* IV. 1101. καὶ ἔδακνε μεταξὺ καταφιλοῦσα. *Lucian.* T. VIII. p. 217.) nunquam dubitabis, *Themiſtium* non de *patribus*, ſed de *paederaſtis* cogitaſſe, et ſcribendum eſſe adeo: ἐγὼ δὲ ὁρῶ καὶ τοὺς παιδερα-

στάς. . . . Conf. *Paul. Silent.* Ep. VII. εἶδον ἐγὼ ποθέοντας, ὑπ' ἀπλήστοιο δὲ λύσσης Δηρὸν ἐν ἀλλήλοις χείλεα πηξάμενοι. Sic enim pro ἀτλήτοιο legendum exiſtimo.

XXXII. Vat. Cod. p. 598. Sejuncta haec diſticha leguntur in apogr. Lipſ. non item in membranis. Prius diſtichon protulit *Warton* ad *Theocr.* II. p. 262. Alterum *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 104. — V. 1. Reſtituendum ex Vat. Cod.:

ὄλβιος ὁ γράψας σε, καὶ — —

ut etiam *Warton* dedit, qui mox male κηρὸν exhibuit. Felicem poëta praedicat ceram, quae et ipſa ſe a pueri pulchritudine ſuperari ſit paſſa. ἐπιστάμενος. Pulchri ſenſu imbutam fingit ceram. — V. 3. θριπός. Sic Vat. Cod. non τριπός, ut ap. Lipſ. Sunt θρίπες vermiculi, lignum corrodentes, unde σφραγίδια θριπηδέστατα, de quibus vide *Salmaſ.* in Plin. p. 654. ſq. *Interpp. Pollucis* L. VI. 38. et inprimis *Valckenarium* l. c. — „σύρμα θριπός, σύρμα „τερηδόνος, θρίψ, τερηδών. Sic σύρμα ὄφιος, ὄφις. Tractu „enim incedunt haec animalia " *Br* ex marg. ap. Guyet. Idem σύρμα et συρμός. De poſteriore vocabulo diximus ad *Leonid. Alex.* Ep. XII. Tom. II. P. II. p. 93.

XXXIII. Vat. Cod. p. 598. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 100. Ad puerum barba ſubito ſubnaſcente foedatum Similis coloris eſt Epigr. *Martial.* L. IV. 7.:

Cur here quod dederas, bodie, puer Hyle, negaſti?
Durus tam ſubito, qui modo mitis eras?
Sed jam cauſſaris barbamque, annosque pilosque:
O nox quam longa es quae facis una ſenem!
Quid nos derides? here qui puer, Hyle, fuiſti,
Dic nobis, bodie qua ratione vir es?

— V. 1. οὐδ' ὄναρ. Vat. Cod. quae veriſſima lectio. Eſt enim fortiter negandi formula, οὐδ' ὄναρ, de qua diximus ad *Callimach.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 272. — Ne mi-

nimum quidem hujus barbae veſtigium venerat, i. e. apparebat. Fortaſſe tamen diſtinctione mutata et leni mutatione adjuvanda oratio:

οὐκ ἐχθὲς παῖς ἦσθα; ναί, οὐδ' ὄναρ οὗτος ὁ πώγων
ἦλυθε — —

— V. 2. πῶς ἀνέβη. In hoc verſu haereo. τὸ δαιμόνιον idem eſt, quod δαίμων, *fortuna*. *Eurip.* Phoen. 355. τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε Δώμασιν Οἰδιπόδα. In Bacch. v. 892. ἰσχὺν ἔχει τὸ δαιμόνιον. *Xenophon* Hiſt. Gr. VI. p. 594. ἤδη τὸ δαιμόνιον αὐτὸν ἦγε. Hinc apparet, ſenſum eſſe debere: unde et quomodo hoc tibi accidit? Sed ἀναβαίνειν *aggrediendi* ſenſu vix occurrit, et deſideratur pronomen. Quare vide, an Strato ſcripſerit:

πῶς σ' ἄρ' ἔβη τοῦτο τὸ δαιμόνιον;

βαίνειν cum quarto caſu accedere, aggredi, prehendere aliquem paſſim ſignificat. *Schol. Ariſtoph.* Nub. v. 30. verba, ἀτὰρ τί χρέος ἔβαν με, per κατέλαβε interpretatur. Impugnandi ſenſu *Euripid.* Phoen. 1550. ὁ σὸς κλάστως — ἐπὶ παῖδας ἔβα σούς. et Hippol. v. 1371. καὶ νῦν ὀδύνα μ', ὀδύνα βαίνει. — V. 4. Τρωΐλος. Troïlus, minimus natu filiorum Priami, cum patre ſuo compoſitus, ad juvenilis aetatis florem ſignificandum inſervit. *Callimach.* ap. *Ciceron.* Tuſc. Qu. I. 39. *Multo ſaepius lacrymaſſe Priamum quam Troïlum.* Vide, quae olim notavimus ad *Tzetzae* Poſthomer. v. 383. p. 131. Similiter Priamus cum Aſtyanacte componitur ap. *Martial.* VIII. 6. quem laudavimus ad Ep. X. 4.

¶. 367.] *XXXIV.* Cod. Vat. p. 598. Edidit *Waſſe* ad *Thucyd.* p. 7. et *Musgrave* in Exercitt. in Euripid. p. 30. Simplicem et inornatam puerorum pulchritudinem laudat prae muliebri elegantia. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 751. A. — V. 1. κίκιννοι. cincinni artificioſe compoſiti. Poëta in Anthol. Lat. L. III. nr. CXCIX. p. 636.:

Sem-

Semper munditias, ſemper, Baſiliſſa, decores,
Semper compoſitas arte decente comas,
Et comtos ſemper cultus unguentaque ſemper,
Omnia ſollicita comta videre manu,
Non amo: neglectim mihi ſe quae comit amica,
Haec et inornata ſimplicitate valet

Contra φύσεως ἔργα laudat in Laïde *Ariſtaen.* L. I. 1. p. 3. ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη, ὑακινθῳ ἄνθει, καθ' Ὅμηρον, ἐμφερής. Phaedra ad Hippol. ap. *Ovid* IV. 77. *Te tuus iſte rigor poſitique ſine arte capilli, Et levis egregio pulvis in ore decet.* Talem ſine arte capillum in Bathyllo ſuo pingi cupit *Anacreon* Od. XXIX. 6. ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι Πλοκάμων, ἄτακτα συνθείς. — V. 3. ῥύπος ὁ ψαφαρίτης. ſordes in gymnaſiis corporibus adhaerentes. Talem ſibi puerum fingit *Philoſtrat.* Icon. I. 4. p. 768. γράφει μειράκιον, οὐ λευκόν, οὐδ' ἐκ τρυφῆς, ἀλλ' εὔψυχον καὶ παλαίστραις πνέον, οἷον τὸ τῶν μελιχρόων ἄνθος. Spartae propter athletica ſtudia ῥυπῶντα πλόκαμον tribuit *Himerius* Eclog. XXXI. 8. *Lucian.* de Gymnaſ. §. 29. T. VII. p. 190. colorem in gymnaſiis contractum laudans, τὸν ῥύπον ἀποσμᾷ, ait, καὶ στιλπνότερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. — V. 4. *Br.* exhibuit ſcripturam Codicis. In apogr. Lipſ. χρωτὶ λιπ. in apogr. Lennep. et ap. Waſſ. σαρκὶ μελαινομένη legitur. λιπαινομένη verum videtur. Intelligo colorem corporis oleo palaeſtrico uncti et ſplendentis adeo; qualem Delphidem ſuum deſcribit Simaetha ap. *Theocrit.* Eid. II. 79. στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον, ἢ τὺ Σελάνα, Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιποῦσι. — σαρκὶ ſincerum non videtur, nec fortaſſe μελέων. Nihil tamen exputo, quod ſatis commode ſubſtitui poſſit. Alii videant. — V. 5. ἀκαλλόπιστος et mox γοητής. Vat. Cod. γοητὶς emendavit *Salmaſius.* — ἔργον Παφίης eſt muliebris amor, quem paederaſtae non curant. — Forma mangonum artibus interpolata ad muliebrem Venerem pertinet, non ad eam, quam nos exercemus.

XXXV. Vat. Cod. p. 598. Nemo, quod ſciam, ante *Brunckium* integrum edidit. V. 5. et 6. laudat *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 264. Artemidoro, comoedo, crudeli in amantem puero, ut aliquando ab amaſio eadem ſaevitia tractetur, optat. Similia puellae imprecatur *Aſclepiades* Ep. XVIII. ubi vide not. T. I. P. II. p. 37. — V. 1. „Neglecta Salmaſii emendatione, ſervari potuiſſet „Cod. lectio, quam reponendam cenſeo: Οὐδὲ Σμυρναῖαι „Νεμέσεις ὅτι σοί τι λέγουσιν, Ἀρτεμίδωρε, νοεῖς· μηδέν —. οὐδὲ „νοεῖς, Ἀ. ὅτι Σ. Ν. σοί τι λέγουσιν; hoc autem eſt: M. T. „T. M " *Br.* In Analectis ad *Salmaſii* mentem editum: οὔ σοι Σμ. Ν. οὔ σοι γε λ. Ἀ. νόει· μηδέν —. quod nihili eſt; nec magis tamen membranarum ſcriptura integra et ſincera videri poteſt. Quis enim tam perplexam et contortam verborum ſtructuram tulerit? Leni mutatione corrigendum ſuſpicor:

Οὐ σύ γε, Σμυρναῖαι Νεμέσεις ὅ, τι σῖγα λέγουσιν,
Ἀρτεμίδωρε, νοεῖς; — —

Nonne, o Artemidore, audis, quae Nemeſes Smyrnaeae tacentes docent: Ne quid ſupra modum? ΣΙΓΑ a ΣΟΙΓΕ tam prope abeſt, et ſenſum tam bonum facit, ut me in hoc ſaltem verbo verum vidiſſe cenſeam. Hoc autem oxymoron, σῖγα λέγειν ſive λαλεῖν, Epigrammatariorum uſu frequentatum. *Meleager* Ep. XXIII. καὶ σιγῶν ὄμμασι τερπνὰ λαλεῖ. Idem Ep. XIII. σιγῶν· Ἡράκλειτος ἐν ὄμμασι τοῦτ' ἔπος αὐδᾷ. *Claudian.* de Mallii Theodoſ. Conſ. 90. *Quidquid Democritus riſit, dixitque tacendo Pythagoras.* Verbis diverſis, ſed eodem ſenſu, et proxime ad noſtrum locum *Aeſchyl.* in Perſ. 815. Θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ Ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν, Ὡς οὐχ ὑπερφεῦ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν. De homine de priſtino honore, quo ſuperbe fuerat uſus, dejecto *Jo. Chryſoſt.* T. III. p. 383. E. σιγῶν ἐντεῦθεν ἀφίησι φωνήν, ἅπασι παραινῶν, μὴ ποιῆτε τοιαῦτα, ἵνα μὴ πάθητε τοιαῦτα. in quibus illi obverſatus videtur locus *Demoſthen.* Orat.

Olynth. a. p. 9. 11. ed. R. Recte autem Nemesis *tacens* docere dicitur mortales, ne superbiant, cum tantum adspectu suo superbiae poenas in animum revocet. De cultu Νεμέσεως ap. Smyrnaeos vide *Pausan.* I. 33. p. 82. et quae collegit *H. Valesius* ad *Ammian.* L. XIV. c. II. p. 59. et in Emendatt. L. II. 17. p. 69. ibique *Burmannum.* His adde *Liebium* in Gotha Numar. p. 283. — V. 3. ὄντως pro οὕτως margo ap. Guyet. ὑπέροπτα, qualia Adrasteae iram inflammant. οὐδὲ πρέποντα κωμῳδῷ, ex Romanorum sententia, ap. quos comoedi notam habebant. — V. 4. πάντ' ὑποκρίνῃ, omnia, quasi in scena versareris, i. e. ficta et simulata, nihil verum et sincerum. — V. 5. Horum aliquando memineris, ubi ipse amore incensus, similem in amasio animum offendes. *Theocrit.* Eid. XXIII. 33. Ἦξει καιρὸς ἐκεῖνος, ὅπαν ἐκ καὶ τὸ φιλάσεις, Ἄνικα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἄλμυρὰ κλαύσεις. *Propert.* L. III. 23. 35. *Exclusa inque vicem fastus patiere superbos: Et quae feceris, facta quereris anus.* — Eum ab amati pueri limine aliquando exclusum iri, significant verba, κωμῳδήσεις τὴν ἀποκλειομένην, qui titulus est comoediae *Posidippi* ap. *Athen.* L. VII. p. 301. C. et *Polluc.* X. 98. ubi si *T. H.* nostrum Epigr. cognosset, vidisset τὴν ἀποκλειομένην, non esse τὴν κατάκλειστον, ut ipse suspicabatur, sed mulierem ex aedibus, a marito fortasse, (cf. *Rufin.* Ep. XXVII. sq.) exclusam. Est igitur in his verbis elegans accommodatio, ut in Ep. *Frontonis* II. et *Agathiae* XIV.

XXXVI. Vat. Cod. p. 598. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 338. medium distichon *Salmas.* ad *Solin.* p. 32. D. Agrippam, puerum, Jovis ministerio et amoribus ipso Ganymede digniorem esse. Cf *Meleagr.* Ep. XL. Εἰ Ζεὺς κεῖνος ἔτ' ἐστίν, ὃ καὶ Γανυμήδεος ἀκμὴν Ἁρπάξας. — V. 2. „Scribendum ἥρπαζε, amoto importuno ifto ν „ἐφελκυστικῷ." *Br.* In membr. est ἥρπαζεν. — V. 3. „Non offendor Codicis scriptura ἡμῶν. Sic infra LIV.

„οἷόν μου παιδίον ἠφάνικε. neque in ſchedis, quas e Biblio„theca Buheriana habeo, reperio id a Salmaſio mutatum „fuiſſe in ἡμῖν. Quod autem ſic in Plinianis p. 23. le„gatur, id aut auctoris memoriae lapſu, aut typothetae „vitio factum.“ *Br.* — V. 4. „διακονίας in optimo Mu„ſae Straton. apogr. et ſic eſſe in membranis credo.“ *Br.* In membr. eſt διηκονίας, ut *Salm.* et *Dorvill.* dederunt. De ionica et attica forma hujus vocabuli quaedam monens *Br.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 1170. T. I. p. 289. hunc verſum iterum protulit. — V. 5. ἀν ἐσαθ. Vat. Cod. ἐσαθρήσας. Ap. Lipſ. — Mox quaedam apogr., teſte *Dorvillio*, λέξις; apogr. Guyet. et Ruhnk. ψέξις exhibent. — De Phaone ſuo Sappho ap. *Ovid.* Epiſt. XV. 87.:

Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam:
Et faceres, ſed te prima rapina tenet.
Hunc ſi conſpiciat, quae conſpicit omnia, Phoebe,
Juſſus erit ſomnos continuare Phaon.
Hunc Venus in coelum curru vexiſſet eburno,
Sed videt et Martι poſſe placere ſuo.

XXXVII. Vat. Cod. p. 598. Edidit *Wolf.* in Fr. Sapph. p. 241. De Mileſio puero inter omnes pulcritudine conſpicuo, ſed cito aufugientis aetatis non ſatis memore. — V. 1. ἄνθεσιν. De magna rerum cōpia ſimiliter *Pindar.* Pyth θ. 82. πάσθα — ὅσσα χθὼν ἠρινὰ φύλλ' ἀναπέμπει, χώπόσαι Ἐν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ψάμαθοι Κύμασιν ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται. — φιλοζέφυροι λειμῶνες. *Catull.* LXIV. 281. *Nam quotcunque ferunt campi, quos Theſſala magnis Montibus ora creat, quos propter fluminis undas Aura parit flores tepidi foecunda Favoni.* Cf. *Ovid.* Il. A. A. 517. — χυσάουσι. apogr. Lipſ. λειμῶσιν ἡδύ τε καὶ ἁπαλὸν χλοάζουσιν. *Himer.* Or. III. 6. p. 437. — V. 2. „Quod in quibusdam exemplaribus legitur ἥρως ἐν „λγλ. id ex inutili Salmaſii emendatione eſt.“ *Br.* —

V. 3. εὐγενέτας. Vat. Cod. εὐγενίας ex ap. Buheriano ſumſit *Br.* Revocanda forma ποιητικωτέρα, quam membranae praeſtant. — V. 4. χειρῶν. Schedae Tryll. — Χαρίτων πλάσματα. Fere ſic *Theocrit.* Eid. VII. 43. οὔνεκεν ἐσσὶ πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος. Quaecunque venuſta, jucunda, grata ſunt, Gratiarum manibus et contactibus illam venuſtatem debere exiſtimantur. Vide ad *Meleagr.* I. 10. *Rhian.* Ep. II. — ¶. 368.] V. 5. Color, ut ap. *Meleagr.* Ep. XXXV. *Philoſtrat.* Epiſt. L. p. 938. ad delicias, ἂν δὲ ἐπὶ λειμῶνα (ἔλθῃς), αὐτῶν τῶν ἀνθῶν ἐξίχεις. — V. 7. Ut flores ſolis aeſtu cadunt, ſic puerorum pulcritudo pilis et barba perit. *Propert.* L. IV. 5. 57. *Dum vernat ſanguis, dum rugis integer annus, Utere, ne quid cras libet ab ore dies. Vidi ego odorati victura roſaria Paeſti Sub matutino cocta jacere Noto. Macedon.* Ep. XVI. 7. ὡς δὲ ῥόδον θαλέθεσκες ἐν εἴαρι· νῦν δ' ἐμαράνθης, γήραος αὐχμηρῷ καρφομένη θέρεϊ. *Tibull.* I. El. IV. 28. *transiit aetas Quam cito! non ſegnis ſtat remeatve dies. Quam cito purpureos deperdit terra colores! Quam cito formoſas populus alba comas!*

XXXVIII. Vat. Cod. p. 599. Multi ediderunt. *Spanhem.* ad *Juliani* Caeſar. p. 51. *Alberti* ad *Heſych.* T. II. p. 1249. *Majus* in Obſſ. ſacr. T. IV. p. 65. junctim cum ſequente. *Wetſten.* ad Nov. Teſt. T. II. p. 751. *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 13. *Schneider.* Per. crit. p. 74. — V. 1. ὀφθαλμοῖς. Ap. Lipſ. et mox ἀκτῖνος. — στινθῆρες. ἀποβολὴ πυρός. *Heſych.* Cf. *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 100. De oculis fulgentibus ſic loquitur *Heſiodus* Ἀσπ. Ἡρακλ. v. 72. πῦρ δ' ὡς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο, τίς κεν ἐκείνῳ Ἕτλη ὀνητὸς ἐὼν κατεναντίον ὁρμηθῆναι. *Heliodor.* VII. 321. ἐνατενίσας τε καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς Χαρικλείας, ὥσπερ ὑπ' ἀκτῖνος ἐκ νεφῶν διαττούσης καταυγασθείς, ut hunc locum ex cod. reſtituit *Dorville* ad *Charit.* p. 362. ubi ſimilia reperias. Homerica excitavit *Wetſtenius* l. c. — V. 2. πυρσοβόλους. Cod. Vat. πυροβόλους

plurima apogr. *Faces jacularis ocellis*, Anth. Lat. T. I. p. 667. — V. 2. σε. *Alberti.* — ἀντωπός. *Meleag.* Ep. XXXIV. σοὶ καλὸς οὐκ ἐφάνη Θήρων, ἀλλ' ἀντίος ἔστης, οὐδὲ Διὸς πτήξας πῦρ τὸ κεραννοβόλον. — V. 4. κατεράπτεις. Cf. *Meleag.* Ep. XXXVIII. — ὄμμασιν ἀμφοτέροις. *Callimach.* Ep. III. τὸν καλόν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

XXXIX. Vat. Cod. p. 599. Edidit *Weſtſten.* ad N. T. I. p. 428. et *Toup.* Animadv. in Theocr. p. 214. — V. 1. καιρὸν γνῶθι. Dictum Pittaci, ad multas res a ſeriori bus accommodatum. Vide *Gataker.* Adverſ. Miſc. II. 6. p. 299. Cum toto hoc carmine comparandus *Ovidius* L. III. A. A. 65. ſqq. — V. 3. Sic h. v. legitur in membr. *Salmaſius* in marg. ap. Guyet. emendandum cenſebat: καὶ σίκυος κήποισιν ἐπ' εὐύδροισιν. uti *Majus* dedit, et ſchedae Tryll. habent. Nihil mutandum. ἄνδηρα ſunt areolae in hortis, (ἄνδηρα. μέρος τοῦ κήπου, ὅπερ ἡ πρασιά. *Suid.* ἄνδηρα καὶ πρασιὰς junxit *Nicander* Ther. v. 575.) praeſertim in locis humidioribus, ubi cucumeres bene proveniunt. Appoſite *Etymol. M.* ἄνδηρα. τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ· — παρὰ τὸ ἄνω εἶναι τῶν διερῶν, ἤγουν τῶν διύγρων. Sed haec occupavit cl. *Schneider.* in Peric. crit. p. 75. ubi hoc carmen edidit. — πρῶτος. dum rarior eſt. Conf. Epigr. *Philodem.* XXIX. τὸ σπάνιον γὰρ τίμιον, ut *Plato* dixit in Euthyd. p. 304. B. — In fine verſ. *Br.* in Anal. δραθεὶς dedit; in Lect. membranarum ſcripturam δραθεὶς revocavit. Sic Ep. XI. φωραθέντες, non φωρασθέντες. — πεπαινόμενος. qui apud proſaicos *pepones*, ſive compoſita voce σικυπέπονες vocantur, monente *Bodaeo a Stap.* ad *Theophr.* VII. p. 781.

XL. Vat. Cod. p. 599. Edidit *Klotz.* in Lect. Venuſin. p. 255. Omnes poeta formoſos pueros, non unum aut alterum eorum amare ſe affirmat; alium enim alia virtute praeſtare. *Ovid* II. Amor. IV. 9. *Non eſt certa meos quae forma irritet amores, Centum ſunt cauſae, cur*

ego ſemper amem. Ariſtaen. L. I. Ep. XVIII. p. 46. ἐπὶ πάσης προφάσεως τοῦ; ἐν ἡλικίᾳ ποθεῖς. — V. 1. προστέσσω. Vat. Cod. Emendatum in apogr. Guy. et Ruhnk.

XLI. Vat. Cod. p. 599. Poëtam tibi finge in conviwio mero madentem. — V. 1. εὐσταθήσῃ. *Poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit. Terent.* Eunuch. IV. 5. 3. *Lucret.* L. III. 477. *Conſequitur gravitas membrorum, praepediuntur Crura vacillanti, tardeſcit lingua, madet mens, Nant oculi. Xenoph.* Laced. Resp. c. 5. p. 21. τὰς οὐκ ἀναγκαίας πόσεις; αἱ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας. — V. 3. ὡς λ. Vat. Cod. „λύχνος ἔσχιστα. *Je vois double. Horat.* II. Sat. I. 25. „*Acceſſit fervor capiti, numerusque lucernis.*“ *Br.* Puellam monet *Ovid.* III. A. A. 763. ut tantum bibat — *quâ patiens caput eſt, animusque pedesque Conſtent; nec quae ſint ſingula bina vide. Juvenal.* VI. 304. *cum jam vertigine tectum Ambulat, et geminis exſurgit menſa lucernis. Nicander* Alexiph. v. 28. τὰ δὲ διπλόα δέρκεται ὅσσοις, οἷα χαλικρήτῃ νύχιος δεδαιδαλμένος οἶνῳ. — V. 4. πολλάκις. Vat, Cod. — V. 5. Non in pincernam tantum animo feror, ſed jam in ὑδροχόον oculos conjicere audeo. Ad ὑδροχόον *Salmaſius* notavit in ap. Guy.: *in aquarium, ſignum coeleſte.* Recte; intelligitur enim pulcherrimus deorum pincerna, Ganymedes, qui *inter ſidera collocatus, Aquarii nomine* appellatus eſt, ut *Servius* ad Aen. I. 32. et *Clem. Alex.* Homil. V. 17. Ζεὺς τὸν ἀετὸν συνεργήσαντα ἐπὶ Γανυμήδους ἁρπαγῇ, καὶ αὐτὸν τὸν Γανυμήδην ἐν ὑδροχόου τιμῇ ἔταξεν. Vide *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 258. ed. Bip. Jam igitur poëta, cui vinum audaciam facit, mortalibus gaudiis non contentus, Jovis delicias mente appetit.

¶. 369.] *XLII.* Vat. Cod. p. 599. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 455. Sibi puerum nec nimis ſeverum et repugnantem, nec nimis facilem et paratum optat. Cf. *Martial.* L. IV. Ep. XLII. — V. 1. τὰ poſt μισῶ inſe-

runt Sched. Tryll. et v. ſeq. στεναχήν. — V. 3. πολὺ θέλοντα *Pinguis Amor, nimiumque patens, in taedia nobis Vertitur, et ſtomacho dulcis ut eſca nocet.* Ovid. II. Amor. XIX. 25. — παρέχοντα χύδην. *Philodem.* Ep. X. 3. *Largam ſe praeſtare omnibus modis* dixit *Martial.* XII. 66. — V. 5. 6. Sic plane Epigr. quod protulit *Salmaſ.* ad Script. H. Aug. T. I. p. 187. Anthol. Lat. III. 261. p. 685.:

Qualem, Flacce, velim, quaeris, nolimve puellam.
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud, quod medium eſt atque inter utrumque probatur:
Nec volo quod ſatiet, nec volo quod cruciet.

quod paucis mutatis etiam inter *Auſonii* Epigrammata legitur. Anth. Lat. III. 225. p. 656. *Nolo, quod cupio, ſtatim tenere: Nec victoria mi placet parata.* Ejusmodi quid in puero laudat Priapus *Tibulli* I. El. IV. 53. *Tunc tibi mitis erit; rapias tum cara licebit Oſcula; pugnabit, ſed tamen apta dabit.* et ille ap. *Ariſtaenet.* I. 1. Ep. XII. p. 31. τὰ τερπνὰ τῆς Ἀφροδίτης ἀπόῤῥητα· λακτέον δὲ μόνον, ὡς ἀντιλέγει τοσοῦτον, ὅσον ἐν τῷ βραδύνειν ἡσθῆναι. *Timocles Comicus* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. F. 571. A. in verſibus ſic leviter emendandis:

Ὅσον μεταξὺ μετὰ κορίσκης ἢ μετὰ
χαμαιτύπης τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι! βαβαί,
ἡ στιφρότης, τὸ χρῶμα, τὸ πνεῦμα, δαίμονες,
τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνυ' ἕτοιμα, δεῖν δ' ἔτι
ἀγωνιάσαι καὶ βαπισθῆναί τε καὶ
πλαγὰς λαβεῖν ἀπαλαῖσι χερσὶ ἡδύ γε.

— V. 6. τὸν καὶ μή. *Auſon* Ep. XXXVIII. *Callida ſed mediae Veneris mihi venditet artem Femina, quae jungat, quod volo, nolo vocet.*

XLIII. Vat. Cod. p. 599. Edidit *G. Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 65. *Klotz* in Strat. p. 50. Cf. *Schneideri* Peric. crit. p. 36. Noctem Cleonicus poëtae pro-

miſerat. Qui cum datam fefelliſſet fidem, poëta ſe jurejurando obſtricturus eſt, ſe puerum nunquam in poſterum in domum ſuam recepturum eſſe. Sed ſtatim ſe ab illo conſilio revocat et puerum excuſat, et eum proximo die venturum eſſe ſperat. — V. 2. poſt μελάθροις ſignum interrogationis poni juſſit *Koebler* in Notis ad haec Epigr. poſt Obſſ. in S. C. p. 42. quod non neceſſe, judice *Schneidero*, qui etiam jurisjurandi formulam οὐ μὰ τόν...., non appoſito dei nomine, illuſtrat, poſt *T. H.* ad *Ariſtoph.* Plut. p. 120. et *G. Koenium* l. c. Adde *Brunck.* ad *Ariſt.* Ran. v. 1374. p. 215. — εἶτα continuandae orationi inſervit, nec indignantis eſt, ut *Klotzius* arbitrabatur, nec cum *Koeblero* in εἶθε mutandum eſt. — V. 4. „οὐ παρά „Sic *Callimach.* Ep. XIII. οὐ παρὰ τὰς εἴκοσι μεμφόμεθα. In „his locutionibus παρὰ ſignificat propter. Gallice: *je ne „mourrai pas pour attendre un jour.*“ *Br.* Idem jam monuerat *Schneiderus* l. c. et *Salmaſ.* in marg. apogr. Guy. *non per hodiernum diem perimus. i. e. per unum diem. pour un jour, nous n'en mourons pas.* Hunc praepoſitionis uſum illuſtrans, verſum *Stratonis* excitavit *Wakefield.* in Sylv. crit. T. IV. p. 147.

XLIV. Cod. Vat. p. 599. Edidit *Wolf.* in Fragm. Poëtr. gr. p. 104. Poëta, cum Smyrnae literas a puero accepiſſet, quibus illum Sardibus fore certior erat factus, ſe, Amore ducente, Sardes properaſſe narrat. — V. 1. ἄγαγεν δέ με δι'. Vat. Cod. ἔρων. ſched. Tryll. — In his Stratoni praeiviſſe veteres Lyricos, ſuſpicari licet ex loco *Juliani* in Epiſt. ad Eugen. philoſoph. XVIII. p. 386. B. εἰ δέ μοι θέμις ἦν, κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιὸν, εὐχῇ τὴν τῶν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δήπου πρὸς Ὄλυμπον, οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ' εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὀρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην, ἵνα σε τὸ μέλημα τοὐμὸν, ὥς φησιν ἡ Σαπφώ, περιπτύξωμαι. Noſtrum expreſſit *Paul. Silent.* Ep. XXXVI. — V. 3. ἔδραμεν ἄν μου Vat. Cod. et ſic ap. Lipſ. in cujus marg. μοι legitur. Schedae

Tryll. ἤ μου Noſtrum eſt ex emendatione *Salmaſii*. — Formam Σάρδιχς, alibi vix obviam, attigit *Waſſe*, qui hoc diſtichon laudat ad *Thucyd.* I. p. 159. Bip. — V. 4. ὕστερον εἰ ζητεῖς. Vat. Cod. quod *Salm.* inter deſcribendum videtur emendaſſe.

XLV. Vat. Cod. p. 600. „Sic cod. hoc diſtichon „exhibet:

„οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖς με· φιλῶ δ' ἐγὼ οὐκ ἐθέλοντα,
„εὔκολος ἦν φεύγω, δύσκολος ἦν ἀπάγω.

„Nullo aut peſſimo ſenſu. Salmaſii emendationem re„cepi. φιλεῖς με καίτοι οὐκ ἐθέλων χαρίζεσθαι· ἐγὼ δὲ φιλῶ „σε, εἰ καὶ οὐκ ἐθέλοντα χαρίζεσθαι. Significat hîc ἀπάγω „perſequor, unde ἀπακτῆρες, οἱ κυνηγοί.“ *Br.* Senſus eſſe debet, ut in *Theocrit.* Eid. VI. 17. καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει. quod ad Nicaeam ἀκκιζομένην transtulit *Nonnus* in Dion. XVI. p. 297. *Quod ſequitur fugio, quod fugit usque ſequor. Ovid.* II. Amor. XIX. 36. quae fortaſſe derivata ſunt ex fonte *Sapphûs*, cujus haec leguntur ap. *Dion. Hal.* T. II. p. 47. καὶ γὰρ εἰ φεύγει, ταχέως διώξει· αἰ δὲ μὴ φιλῇ, ταχέως φιλάσει, κωὐκὶ ἐθέλοις. *Salmaſii* emendatio mihi quidem vera non videtur; prioris certe verſiculi mutatio ſupervacanea. Puer amabat poëtam, cum ipſum nolle videret; cum hic vellet, puer nolebat. Pro ἀπάγω fortaſſe legendum προάγω. προάγων dicitur amator, cum amaſium ſecum ducit. Vide ad Ep. XXVI. 2. Etiam *pelliciendi* vi gaudet verbum προάγειν, quod attigit *Valcken.* ad Hippol. p. 222. D. E. et *Dorville* ad *Charit.* p. 187.

XLVI. Vat. Cod. p. 600. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 505. Vertit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 95. De formoſi pueri cum foedo paedicone conſuetudine. — V. 1. χρύσεα. Jam licet paroemia illa uti: χρύσεα χαλκείων. cujus uſus in inaequali bonorum permutatione. *Martial.* IX. Ep. XCVI. *Tam ſtupidus nunquam nec tu, puto, Glauce,*

fuiſti, χάλκεα *donanti* χρύσεα *qui dederas*. *Strato* fortaſſe profecit a *Platone* in Convivio p. 218. D. E. T. X. p. 264. Bip. ubi Alcibiades Socratem ſic loquentem facit: ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνεύεις τῷ ὄντι οὐ φαῦλος εἶναι, εἴπερ ἀληθὴ τυγχάνει ὄντα ἃ λέγεις περὶ ἐμοῦ, καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δύναμις, δι' ἧς ἂν σὺ γίγνοιο ἀμείνων, ἀμήχανον τε κάλλος ὄψεως ἂν ἐν ἐμοί, καὶ τῆς παρὰ σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον. εἰ δὲ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τε μοι ἐπιχειρεῖς, καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους, οὐκ ὀλίγῳ μου πλεονεκτεῖν διανοῇ, ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἀληθείαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς, καὶ τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς. Multi eadem paroemia uſi ſunt, quorum nonnullos laudat *Erasm.* Chil. I. 2. 1. alios *Abreſch.* ad *Ariſtaen.* p. 56. — χρύσειον. Vat. Cod. — δὸς λάβε παίζειν ex paediconum eſt facetiis, ut τὸν δ' ἀπαμειβόμενος Ep. IV. Sic Priapus ap. *Philippum* Ep. LVI. ἔστι νόμος πεν, Δός, λάβε. Luſum quendam iisdem vocabulis ſignificat *Antiphil.* in Lect. p. 172. (Ep. XLIV. T. II. p. 166. ed. Lipſ.) Unde apparet, inutilem eſſe conjecturam *Salmaſii*, qui prava horum verſuum diſtinctione inductus legendum putabat in marg. Guyet. δός, λάβ' ἑταῖρος. addita interpretatione: ὑμεῖς Σωσιάδας ὁ καλὸς καὶ Διοκλῆς ὁ δασὺς νῦν εἴπατε, δός, λάβε, ὦ ἑταῖρε. — V. 3. κάλυκας. *Suidas*: ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις. ἐπὶ τῶν ἀνόμοια συμβάλλοντων. Similia de rerum inaequalium compoſitione vide ad *Aſclepiad.* Ep. VII. T. I. P. II. p. 26. — μύκαισιν. Vat. Cod. — V. 4. „Dorvillius γαλακτοπαγεῖ dedit, ut „in cod. ſcriptum eſt, manifeſta menda, quam eluit Sal„maſius. At quod illic v. 5. legitur διδούς, quod con„ſtructionem turbat, e codice non eſt, in quo recte ſcri„ptum, ſenſu ſic requirente, δίδως." *Br.* In apogr. Goth. γαλακτοπαγῇ, quod etiam in membr. eſſe puto. γαλαθηναὶ ἄρνες *Theocrit.* XVIII. 41. — ¶. 370.] V. 5. ἀλέγιστε. *Homer.* Il. ζ. 234. ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς. — κομίζει. ap. Lipſ.

XLVII. Vat. Cod. p. 600. *Klotz* in Muſa Strat. p. 56. Cf. *Schneider.* in Peric. crit. p. 49. Verſum 1. laudat *Warton.* ad Theocr. T. II. p. 75. De puero tenello, nondum ſuſpicioſe obſervato nec ſub cuſtodia habito. — V. 1. ἁπαλὸς ἔλως Vat. Cod. ſed literis ſuperſcriptis error emendatus. — οὐκ ὀλίγως. Haec, ni fallor, obverſabantur *Rufin.* Ep. XVIII. γείτονα παρθένον εἶχον Ἀμυμώνην, Ἀφροδίτη, Ἥ μου τὴν ψυχὴν ἔφλεγεν οὐκ ὀλίγον. — V. 2. πρὸς (πρὰ ſched. Tryll.) τὸ θέλειν. *Ariſtaen.* L. I. Ep. XVI. p. 42. προσεγέλασεν ἡδύ, καὶ ἦν σφόδρα βουλομένης τὸ βλέμμα. De verbo θέλειν in re venerea proprio dedi quaedam ad *Antip. Sidon.* Ep. IX. T. II. P. I. p. 21. — οὐκ ἀμύητα. ita ut eum his orgiis initiatum eſſe ſuſpiceris. Vide ad Ep. LIII. 1. — V. 3. πλεῦν, πλέον. ap. atticos πλεῖν. de quo *Koen.* ad *Gregor.* p. 60. — Mox ἀφυλάκτοις Cod. Vat. In marg. ap. Guy. tentatur: νῦν δ' ἀφύλακτος ὄμφαξ, ἦν δ' —. In contextu autem et in apogr. Lennep. ἀφύλακτοι. Puerum cum vineto comparat, quod, dum immaturae ſunt uvae, non cuſtoditur. De paederaſta, interdiu amoribus ſuis virtutis praetexente ſpeciem, *Plutarch.* T. II. p. 752. A. εἶτα νύκτωρ καὶ καθ' ἡσυχίαν γλυκεῖ' ὀτώρα, φύλακος ἐκλελοιπότος. *Ariſtaenet.* L. II. 5. p. 80. πολεμεῖ παιδισκάριον ἄωρον Ἀφροδίτῃ, ἔτι θαλαμευόμενον, ἔτι φρουρουμένην, καὶ μόλις ὑπὸ φύλαξιν ἐσθ' ὅπη προκύπτουσαν τῆς οἰκίας. — ὄμφαξ ſaepe de aetate immatura. Vide *Schneider.* l. c. et nos ad *Oneſt.* Ep. I. T. II. p. 289.

XLVIII. Cod. Vat. p. 600. „Initium hujus carmi„nis deeſt, quod ſi exſtaret, intelligeretur forte, quid „in primo qui nunc legitur verſu poëta voluerit. Cor„rupta videntur verba ἦν τούτῳ φωνῆς. Salmaſius repo„nebat ἦν που τι φρονέῃς, quod licet vero non abſimile, „ob mox ſequens φρονέεις genuinum non credo. Dialo„gus eſt inter ludimagiſtrum et diſcipulos: voces e pa„laeſtra ductae, ſed ad alterius luctae ſignificationem „translatae.“ *Br.* Similem vide luſum in Ep. *Lucillii* IV.

et ap. *Lucian.* in Aſino §. 9. T. VI. p. 140. — V. 1. ἦν τοῦτο φρονέῃς. margo ap. Lipſ. — Partem hujus diſtichi protulit *Alberti* ad *Heſych.* T. II. p. 1055. πρῶσον. ὦθησον. Inter exercitationes palaeſtricas erat etiam τὸ ὠθεῖν et οἱ ὠθισμοί. *Lucian.* in Gymn §. 24. T. VII. p. 183. palaeſtrae utilitates recenſens, καταπίπτειν ἀσφαλῶς μανθάνουσιν, ait, καὶ ἀνίστασθαι εὐμαρῶς. καὶ ὠθισμούς, καὶ περιπλοκάς, καὶ λυγισμούς, καὶ ἄγχεσθαι δύνασθαι κ. τ. λ. — Verbum πρῶσαι autem inter technica vocabula gymnaſii fuiſſe apparet, cum ex h. l., tum ex *Luciano* in Aſin. §. 10. T. VI. p. 141. ubi meretrix in genua procumbens, ἄγε δὴ σὺ ὁ παλαιστής, ait, ἔχε τὰ μέσα, ὥστε τινάξας ἀξεῖαν (f. τὰς ἰξύας), ἐπίπρωσον, καὶ βάθυνον· ψιλὸν δρᾷς αὐτοῦ παρακείμενον, τούτῳ χρῆσαι. qui locus inprimis huc facit, et ſimul comparatione cum verbis poëtae noſtri ab importunis quorundam conjecturis defenditur. Hujus generis conjectura ap. noſtrum quoque occupavit ap. Lipſ. ubi τρώσας legitur. — V. 3. Pueri ſunt verba, qui ſe talibus adhuc imparem fatetur. Diophantus paedotribae nomen eſt. — παίδων ἡ πάλη. Lucta puerorum alia. Ambigua verba et ad rem nequam deflexa. Reſpicitur autem puerorum lucta, quae Ol. XXXVII. primum Olympiae exhibita eſt. *Pauſan.* VI. 8. p. 394. — V. 5. Paedotribae verba, quorum tamen nexus cum ſuperioribus non omnino apparet. „Scr. ὀχλοῦ. In cod ὄχλου. „Salmaſio prave emendanti auſcultare non debueram. „Eſt imperativus paſſivi ὀχλοῦ, κινοῦ. cave.“ *Br. Salmaſius* ὄχλει ab ἐχλέω tentabat. — ἐμβάλλοντος. verbum nequam. Puella ap. *Lucianum* l. c. τεῖνε ἄνω τὰ σκέλη — καὶ παρεισελθὼν βάλε, καὶ τρώσας (l. πρώσας) νύσσε ἤδη παντάχοῦ, ἕως πονέσῃ, καὶ ἡ ὀσφὺς ἰσχνύτω. et p. 141. εἶτα ἀνακλάσας ἔμβαλλε καὶ σύνεχε. Eadem nequitia partem obſcoenam ἔμβολον appellavit *Ariſtoph.* in Theſmoph. ſecund. ap. *Athen.* I. p. 29. A. οὐδ' ἄλλον, ὅστις ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον. quem reſpicit *Heſych.* v. ἔμβολον. — τὸ αἰδοῖον.

XLIX. Cod. Vat. p. 600. Edidit *Pierſon.* in Veriſim. p. 93. comparans *Ruſini* Ep. II. — V. 1. σαῦραν. Vide Ep. III. 5. — V. 2. ἔμβασις. ſolium. *deſcenſionem* appellat *Plin.* H. N. XX. 17. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 847. B. — τὴν ἀναδυομένην. *alludere videtur ad* τὴν ἀναδυομένην Ἀφροδίτην, monente *Salmaſ.* in marg. ap. Guy. et Ruhnk. — V. 3. Haec ſi cum tribus illis deabus in certamen deſcendiſſet, abſtuliſſet victoriae praemium. — ταύτης. Vat. Cod. et mox τότ' ἐν. Poſterius verum eſt et reponendum. — V. 4. τὰς τρεῖς ἂν ταύτῃ προκατέκρινε θεάς. Vat. Cod. In ſched. Lacroz. οὐ ταύτῃ. Pierſ. οὐ ταύτης. Noſtra lectio *Salmaſii* debetur ingenio. Sed haud paulo vividius ſcripſiſſet *Strato:*

ταῖς τρισὶν ἂν ταύτην προκατέκρινε θεαῖς.

Ne metro verearis in verbo προκατέκρινε, vide *Hermann.* de Metr. p. 70.

L. Vat. Cod. p. 600. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 348. *Majus* in Bibl. Uff. Catal. p. 578. Primum diſtichon protulit *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 278. Tertium *Valckenar* in *Koppierſii* Obſſ. p. 150. et inde *Burmann.* ad *Propert.* p. 499. — Librum quendam, fortaſſe carminum ſuorum volumen, poëta alloquitur, eumque felicem praedicat, quod in puerorum manus venturus ſit. Deinde eundem rogat, ut puerorum animos auctori ſuo conciliet. — V. 1. Εὐτυχές, οὐ φθονέω, βιβλίδιον. Apte comparavit *Dorvillius* Ovidianum: *Parve, nec invideo, ſine me liber ibis in urbem;* ſed idem Latina ex graeco *Stratonis* archetypo expreſſa eſſe fruſtra exiſtimat. Solemnis fuiſſe videtur formula in laudandis aliorum bonis adhibita, οὐ φθονέω, οὐδεὶς φθόνος, *ſine invidia*, et ſim. ne ſcilicet fraudi eſſet laudatio illis, qui felices praedicabantur. Vide de veterum circa βασκανίαν ſuperſtitione, *Spanhem.* ad *Callim.* p. 148. et *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 272. — Sic *Ovidius* iterum II. Heroid. 79. *Illa, nec*

invideo, fruitur meliore marito. — ἦ ῥα ἐ ἀναγνοὺς. *Protinus haec ſcribens, Felix, i, litera, dixi: Jam tibi formoſam porriget illa manum. Forſitan admotis dominae tangere labellis. Ovid* XVIII. Heroid. 15. — V. 2. „In „cod. ſcriptum ἀναβλίβει, quod ob ſequentia verba in „futuro poſita mutandum erat.“ *Br.* πρὸς τὰ γένεια. In evolvendis chartarum voluminibus partem nondum evolutam mento ſubjiciebant, primorem vero partem ſubinde explicantes ambabus tenebant manibus ſimulque legebant, eam interim, quae nondum erat explicita, ſub mento convolutam tenentes; quae verba ſunt *Salmaſii* l. c. p. 278. E. F. prolata etiam a *Schwarzio* de Ornam. Libr. p. 94. qui ad eundem legendi morem refert *Martial.* L. IV. p. 87. — V. 3. κατὰ μηρῶν δερσειῶν. *convolutum te tenebit ad femora delicatiſſima.* Quae tenera ſunt, δερσειὰ vocantur, *rori ſimillima.* Vide ad *Philodemi* Epigr. Lect. p. 144. (Ed. Liſ. XXXII. Anim. T. II. P. I. p. 245.) ἦπαρ δερσὸν προσοικὸς dixit *Alciphr.* I. 20. p. 75. — V. 5. ὑποκόλπιον, ad librum ſuum *Martialis* L. III. 5. *Eſt illi conjux, quae te manibusque ſinuque Excipiet, vel ſi pulverulentus eas.* — Mox παρὰ δίφρους, i. e. παραβληθὲν δίφρους, corrigit et ap. *Koppierſium* l. c. et in poſthumis ad Callimachea Annotatt. p. 6. *Valckenarius*, comparans *Propertium* L. III. 2. 19. *Ut tuus in ſcamno jactetur ſaepe libellus, Quem legat expectans ſola puella virum.* — V. 6. κεῖνα, illam partem, quam verbulo deſignaſſe ſufficit. In nequitiis enim pronomina nude poſita ad res obſcoenas ſignificandas faciunt. Sic κεῖνα de libidinoſis amplexibus Auctor Ep. inter ἀδέσπ. LVI. ὕπνον ἔχω κεῖνα χαριζόμενον. Partem virilem ſignificavit *Ariſtoph.* Acharn. 1149. ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα. de quo loco vide *Br.* ad Lyſiſtr. v. 921. p. 60. Eundem uſum illuſtrans *D. Heraldus* ad *Martial.* IX. 69. p. 184. res diverſas non ſatis accurate diſtinxit. — ¶. 371.] V. 7. ἐν ἠρεμίῃ, *otioſe ſedentem.* (dum ſolus amantem expectat, ut eſt

ap. *Propertium.*) *Chion* Epiſt. II. ἀπραγμοσύνη γὰρ ἦν καὶ ἡσυχία. plura vide ap. *Dorvill.* l. c. — προσλαλήσεις. De ſuis chartis *Propertius* L. III. 22. 5. *Illae jam ſine me norunt placare puellam, Et quaedam ſine me verba diſerta loqui.* Loquentem librum fingit etiam *Ovid.* Triſt. I. 1. 22. *Horat.* I. Epiſt. XX. 21. et alii plures.

LI. Cod. Vat. p. 600. ſq. Integrum primus edidit *Klotz* in Muſa Strat. p. 55. Alterum diſtichon protulit *Salmaſius* in Scr. Hiſt. Aug. p. 146. *Alberti* ad *Heſych.* in προυνικοί. *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 75. Conf. *Schneider.* Peric. crit. p. 47. ſq. Laſcivum ſibi puerum optat. *Martial.* IV. Ep. XLII. 9. de puero, quem velit: *Saepeque nolentem cogat, nolitque volentem, Liberior domino ſaepe ſit ille ſuo.* — V. 1. στυγνὸς — κατηφής. triſtis et ignavus. Ep. XVIII. στυγνὸς δή τι, Μένιππε, κατεσκέπασαι μέχρι πέζης. Ep. LIV. τί πάλιν δεδακρυμμένον ἢ τί κατηφές, παιδίον. Utrumque junxit *Philoſtr.* Epiſt. LIV. p. 941. τίς ἡ κατήφεια αὕτη; τίς ἡ νόξ; τί τὸ στυγνὸν σκότος τοῦτο; — V. 2. μηδ' εἴσης. Vat. Cod. μὴ δείσῃς. quaedam apogr. εἴης emendatum in apogr. Lipſ. — παιδίον ἐξ ἀγέλης. quem *Callimachus* περίφοιτον ἐρώμενον vocat, *omnibus vulgatum corpus,* Epigr. I. *Schneiderus* malit ſic intelligere: ne ſis βοϊδης, i. e εὐήθης, ut explicat h. v. ex *Menandro* ſumtum *Euſtath* ad Od p. 962. *Jo. Philoponus:* ἀγέλαιος· ὁ ἀμαθής. ἀγελαῖος. ὁ ἀπὸ τῆς ἀγέλης. — V. 3. „Scribendum προὔνεικα. contractum enim eſt ex προένεικα. „Vide Heſychii interpp. ad προυνικοί. In Cod. ſcriptum „φιλήματα, quod ob ſequens in pentametro φίλημα non „male a Salmaſio mutatum videtur, licet λαλήματα nihil „fere aliud ſit, quam λόγος, quod etiam infra recur„rit." *Br.* προυνικὰ φιλήματα. Vat. Cod. idque exhibet ap. Lipſ. in cujus marg. προυνικὰ κεῖνα tentatur. Hujus conjecturae, minime ineptae, auctor hunc verſum ſic concepiſſe videtur:

ἔστω προυνικὰ κεῖνα φιλήματα — —

Alii

Alii προύνεικα et προύνικα. In marg. ap. Guyet. et Ruhnk. προυνικά, i. e. *praecurſoria*. Ibidem λαλήματα legitur. Sed in Comm. ad Scr. H. Aug. l. c. προύνικα φιλήματα edidit *Salmaſius*. De προύνικος ſive προύνεικος, utrumque enim ſcribitur, locupletius ſe aliquando acturum eſſe, promittens *Hemſterhuſius* ad *Polluc.* IX. 96. p. 1082. fidem datam, quantum ſcio, non exſolvit. Multa de hoc vocabulo collegit *Schneiderus* l. c. *Heſych.* προύνικον. ὀξύν. εὐκίνητον. et προύνικοι — δρομεῖς, ταχεῖς, ὀξεῖς. εὐκίνητοι. ἠργοί. μισθωτοί. Byzantinorum eſſe vocem tradidit *Pollux* p. 782. — πρὸ ἔργων. In ap. Lipſ. προσέρπων. Mihi vera videtur conjectura V. D. in marg. apogr. Lennep.

πρὸς ἔργῳ

i. e. *in concubitu*, *inter amplexus*. Hoc enim eſt ἔργον. De Venere et Marte *Lucian.* D. D. XVII. 1. T. II. p. 49. ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν τοῦ λέχους καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν. ubi vide *Hemſterh.* — παίγνια. λόγος. Varias meritorii pueri nequitias recenſet. Cf. ad Ep. VI. 5. — πληκτισμός, ut multa hujus generis, ex palaeſtra petitum. *Lucian.* de Gymn. §. 11. T. VII. p. 162. παιομένους γε καὶ διαπληκτιζομένους ἀνθρώπους καὶ πρὸς τὴν γῆν ἀεττομένους. — Ceterum color, ut ap. *Petron.* Anth. Lat. T. I. p. 656. *Dicta, ſales, luſus, ſermonis gratia, riſus Vincunt naturae candidioris opus.*

LII. Vat. Cod. p. 601. „Ex hoc et gemello altero „XCV. transtulit Auſonius Ep. CXIX. Nam, ut vere „monuit Salmaſius ad Hiſtor. Aug. p. 53. omnia ſua „Burdigalenſis noſter e graecis de verbo ad verbum ex„preſſit, vel de latinis veteribus adumbravit. Alterum „quod in Planudea extat p. 183. monachus aut dor„miens, aut nihil omnino intelligens, in florilegium „ſuum recepit.“ *Br.* — V. 3. μέσος γὰρ ὑπ. Vat. Cod. ὁ γάρ. Sched. Lacroz.

LIII. Vat. Cod. p. 601. Vitiis inquinatum edidit *Klotz* in Muſ. Strat. p. 56. unde eum in ſenſu carminis

perſpiciendo caecutiiſſe, mirari noli. Conf. *Schneider* Per. crit. p. 51. — V. 1. Εἰ μέν. Si rudis eſſes eorum, quae te rogo. ἀμύητα. *in amore rudis. Propert.* II. 25. 82. *Sum rudis ad Veneris furtum*, Paridi Helena ſcribit ap. *Ovid.* XVII. Epiſt. 141. Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 697. Noſter Ep. XLVII. πρὸς τὸ θέλειν οὐκ ἀμύητα γελᾷ. *Ariſtaenet.* L. I. Epiſt. XIV. p. 36. ᾠήθητε δέ με ῥᾳδίως ἐξαπατᾶν, ὡς ἐρωτικῶν ἀγύμναστον παῖδα καὶ παντελῶς ἀμύητον Ἀφροδίτης. Cf. L. II. Ep. V. p. 80. et L. II. Ep. VII. p. 87. *Achilles Tat.* L. V. 15. p. 212. μυηθῶμεν οὖν, ὦ φίλτατε, τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια. Id. L. V. 26. p. 237. οὐκ αἰσχύνομαι τὰ τοῦ ἔρωτος ἐξαγορεύουσα μυστήρια· πρὸς ἄνδρα λαλῶ μεμυημένον. Quaedam hujus generis attigit *Lennep.* ad *Coluth.* II. 1. p. 80. Ad ſenſum totius diſtichi facit *Philoſtrat.* Epiſt. XLIII. p. 933. εἰ σωφρονεῖς, διὰ τί ἐμοὶ μένῃ; εἰ χαρίζῃ, διὰ τί μὴ κἀμοί; — ὑπὲρ οὗ σ' ἔτι πείθω. Perſuadendi conatum h. v. ſignificat, praeſertim in re amatoria. Vide *Villoiſon.* ad *Longum* p. 144. — V. 2. ἐρᾷῃς αἰδοίοιιν. ſic Vat. Cod. Praeclare hoc emendavit *Salmaſius* in marg. Guy. et Ruhnk. — δείλαις firmat *Martial.* L. XI. Ep. 79. *Paedicare ſemel cupido dabit illa marito, Dum metuit teli vulnera prima novi.* Luſus in Priap. nr. III. *Quod virgo prima cupido dat nocte marito, Dum timet alterius vulnus inepta loci.* — V. 3. τεχνίτην. poſtquam te dominus hujus artis myſteriis imbuit, cur dare recuſas — *quod tu Des licet aſſidue, nil tamen inde perit*, ut idem ille dixit in Luſibus. — In ap. Voſſ. δεσποτικῇ κοίτῃ. — τεχνίτην. Etiam in his nequitiis τέχνη quaedam locum habebat. Hinc de puella *Philodem.* Ep. XXI. ὦ κακοτεχνοτάτου κινήματος. *Automed.* Ep. III. κακότεχνα σχήματα. *Nicarch.* Ep. IV. 3. εὑρήσεις τεχνῖτιν. — V. 5. 6. Plane ſic hi verſus leguntur in membr. optimo ſenſu. ὃς referendum ad δεσπότης, quod vocabulum in δεσποτικὴ κοίτη latet. Comparationem poëta inſtituit inter amorem herilem et eum, quo ipſe pue-

rum amplexurus ſit. — ἐπὶ τὸ χρέος. Apogr. quaedam ἐπί τι χρ. Tanquam ad debitum ſolvendum, ita te dominus vocat. εἶτ' ἀπολύσας. ἀπολύσαι dicitur creditor debitorem, quem pecunia ſoluta dimittit. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 219. — λόγον. apogr. quaedam. unde *Herelius* in Anim. erit. miſcell. λόγων correxit. — V. 7. Quanto melior tua ap. me erit conditio! Non enim cum domino, ſed cum amante ex aequo ludes, mecum confabulaberis, et omnia rogatus, nihil juſſus facies. In his *Br.* iterum optimi Cod. fidem ſecutus eſt. Apographa in diverſa abeunt. Qui v. 7. ex Cod. Leidenſi protulit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 107. laudat emendationem *Joſ. Scaligeri:* ἀλλ' ἢν δ' ἔνθα τρυφῇς, παίσεις ἴσα – quam etiam in marg. ap. Lennep. reperio. Nihil melius quam membranarum lectio.

LIV. Vat. Cod. p. 601. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 75. *Toup.* in Cur. poſter. ad Theocr. p. 10. De puero, non amplius ludicris contento, ſed mercedem poſcente. In eodem argumento verſatur *Glaucus* Ep. I. ubi vide not. — V. 1. Triſtem et lacrymantem alloquitur. — V. 2. „Scr. εἰπόν, imperativus eſt, ut infra LX. μή σ' „ὀδυνᾶ. Sic codex. [μὴ δ' ὀδυναῖ potius.] Sed mendoſe. „Scribendum μηδ' ὀδυνᾶ. *Dic aperte, ne doleas, quid „vis?*" *Br.* Apogr. Lipſ. μὴ δ' ὀδυνᾶ. *Klotz.* ὀδύνα. *Brunckii* emendationem occupavit *Salmaſ* in marg. ap. Guy. et Ruhnk. — ἁπλᾶς εἰπόν. *Ariſtaen.* L. II. 7. p. 83. ἔφη πρὸς ἐκεῖνον ἁπλᾶς, μηδὲν ποικιλλουσα. — V. 3. χείρα. Vat. κοίλην. *Tibull.* L. II. 4. 13. *Nil proſunt elegi, nil carminis auctor Apollo; Illa cava pretium flagitat usque manu.* ubi Ill. *Heynius* comparat *Sueton.* in Veſp. c. 23. — ¶. 372.] V. 5. „κοττῆς. Vide Heſychii Interpp. ad κοττά· μελίπηκτα. „Male in cod. ſcriptum φιλῆς." *Br.* Non tibi jam mellitae placentae ſatis placent, nec ſeſama, nec nuces, quibus antea delectabaris ſcilicet. κοττοπλακοῦντος confectionem deſcribit *Athen.* L. XIV. p. 647. F. cum quo conf. *Interpp. Pollux,* VI. 81. Inter bellaria κοττῆς et σησάμης

junctim mentionem facit *Clearchus Solenſis* ap. eund. p. 649. A. In marg. ap. Guyet. et Ruhnk. κοπτῆς γε φίλης tentatur. *Klotz* dedit, ex ſua, ſed prava ementione: κοπτὸς πλακοῦς φίλας. — V. 6. „καρύων. „dexteritas nucum acervos nucibus petendi et dejicien„di.“ *Br.* poſt *Salmaſium.* εὐστοχίη etiam *divinandi felicitatem* ſignificare poteſt, qualis regnat in illo ludo, quem ἀρτιασμὸν vocant. *Pollux* IX. 101. τὸ δὲ ἀρτιάζειν ἐν ἀστραγάλων πλήθει κεκρυμμένων ὑπὸ ταῖν χειροῖν, μαντείαν εἶχε τῶν ἀρτίων ἢ καὶ περιττῶν ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ κυάμοις καὶ καρύοις καὶ ἀμυγδάλαις. *Ovidius* in Nuce v. 73. utrique interpretationi favet:

Has puer aut certo rectas dilaminat ictu,
Aut pronus digito bisve ſemelve petit.
Quatuor in nucibus, non amplius, alea tota eſt,
Cum ſibi ſuppoſitis additur una tribus.
Per tabulae clivum labi jubet alter, et optat,
Tangat ut e multis quamlibet una ſuam.
Eſt etiam par ſit numerus qui dicat an impar:
Ut divinatas auferat augur opes.

Vide *Meurſium* de Ludis Gr. c. VI. — V. 7. ὡς ὁ διδάξας. Sic fere *Tibullus*, ubi in eodem argumento verſatur, L. I. 4. 59. *At tibi qui Venerem docuiſti vendere primus, Quisquis es, infelix urgeat oſſa lapis.* In re diverſa *Propert.* L. II. 14. 31. *Illi ſub terris fiant mala multa puellae, Quae mentita ſuas vertit inepta comas. Ovid.* I. Amor. X. 11. *Cur ſim mutatus, quaeris? quia munera poſcis. Haec te non patitur cauſa placere mihi.* — In fine apogr. Lipſ. ἠφάνισεν. ut infra Ep. LXII. τὸν πυλὸν τοῦ Διὸς ἠφάνισας. *Philipp.* Epigr. III. τὴν ἀκμὴν ὡς ῥόδον ἠφάνισας. Noſtra forma utitur *Rufin.* Ep. XXXVIII. νῦν μοι προσπαίζεις, ὅτε τὰς τρίχας ἠφάνικάς σου.

LV. Cod. Vat. p. 601. Ad puerum parieti applicantem femora. — V. 1. τὴν ὀσφύα. Notanda forma, ut

ὀφρύα Ep. XXVIII. 1. Hyacinthus, puer, τὴν ὥρην τῶν ὀσφύων ὑπερφαίνει ap. *Philoſtr.* Imag. I. 24. p. 799. ſi recte emendavimus pro ὀστῶν. Ap. *Lucian.* in Aſin. §. 6. T. VI. p. 136. latinus interpres verba, ἡ δὲ ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται, non recte accepit, in quibus ἡ ὀσφὺς puellae ſunt femora, et ἡμῖν aut per pleonaſmum eſt additum, aut emendandum: ἡ δὲ ὀσφύς, νὴ Δί', ὑγρῶς ἐπικινεῖται. Alii aliter. — V. 2. Hoc loco et Ep. XLVIII. 5. Κῦρε. Ap. Lipſ. τί πειράζεις τὸν λίθον. Vide *Ruhnk.* ad Tim. p. 210. De formoſo puero *Philoſtr.* Epiſt. L. p. 938. καὶ καθῆσθαι (δοκεῖς), ait, πείθων τοὺς λίθους. — οὐ δύναται. Vide ad Ep. X. 1.

LVI. Vat. Cod. p. 601. — Paederaſta ad puerum. Δός μοι. Cf. ad Ep. XLVI. — βάλε pro λάβε fruſtra tentavit *Salmaſ.* in marg. ap. Guyet. — τὴν χάριν. amplexus tuos gratis mihi imperti. — ὡς βασιλεύς. Regium enim eſt donare. Anaxilaus, Rhegii tyrannus, rogatus, τί τῆς τυραννίδος μακαριώτατον, ἔφη, τὸ μηδέποτε εὐεργετοῦντα νικηθῆναι. *Stob.* T. XLVI. p. 326. 42. διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν βασιλικώτερον. *Themiſt.* Or. VIII. p. 118. C.

LVII. Vat. Cod. p. 601. Edidit *Klotz* in Muſ. Strat. p. 50. et iterum ad *Tyrt.* p. 28. Similia comparavit *Schneider.* in Peric. crit. p. 37. — *Philoſtr.* Epiſt. LIX. p. 943. μέλλοντες ἐγηράσαμεν· — περὶ οὖν σοῦ τὸ ἔαρ ἀπελθεῖν ὅλον, καὶ χειμῶνα ἐπιστῆναι, ὃς αὐτό, πρὸς ἔρωτος. Idem Epiſt. XXXIII. p. 929. ἔστιν ἔαρ καὶ κάλλους καὶ ῥόδων. *Appulejus* in Anth. Lat. T. I. p. 659. *Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver.* — V. 2. Κύριε βούλευσαι. Sic Cod. Vat. Sed ſcribendum videtur:

Κῦρι, βεβούλευσαι — —

Κῦρις enim ille appellatur, non Κύριος, Ep. LV. et XLVIII. — καλάμη. Vide Anim. ad *Aſclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 22.

LVIII. Vat. Cod. p. 601. In obſcoenam ſui partem poëta invehitur, quae, puero omnia praebente,

officium negaverat. Similem apoſtrophen vide ap. *Ovidium* III. Amor. VII. 67. *Petronium* c. 132. *Maximian.* Eleg. V. 83. ſqq. et inprimis *Scythin.* Ep II. ubi vide Not. T. II. P. I. p. 276. — V. 1. ἡ εὔτονος. Vat. Cod. καὶ emendatum in ap. Lennep. Sic plane *Ovidius* l. c. *Noſtra tamen jacuere, velut praemortua, membra Turpiter, heſterna languidiora roſa. Quae nunc ecce! rigent intempeſtiva, valentque: Nunc opus expoſcunt, militiamque ſuam.* — V. 2. ὅλον. Vat. Cod. ὅλως apogr. Lennep. — ἀνέπνευς. Cf. Ep. III. 4.

LIX. Vat. Cod. p. 601. ſq. Duo priora diſticha protulit *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 237. Integrum *Klotz* ad *Tyrt.* p. 82. Ad puerum tenellum in bellum proficiſcentem. Felicem poëta praedicat Achillem, cui hic puer alter Patroclus futurus ſit. — V. 1. στρατιῆς. Vat. Cod. στρατιὴν emendavit *Salmaſ.* in marg. Guyet. et Ruhnk. Sed revocanda Codicis lectio. Nam ἐπί, motum ad locum ſignificans, cum tribus caſibus promiſcue conſtruitur; quod docuit *Brunck.* ad *Aeſchyli* Prometh. v. 663. ad *Apollon Rhod.* IV. 580. et ad *Ariſtoph.* Theſm. v. 69. p. 88. — πῶς ἐ. *Wart.* vitioſe. — V. 2. οὕτως ἐᾷ. Vat. Cod. Optima eſt *Salmaſii* emendatio ἔᾳ. *Vide, quid agas, conſilium muta.* — οὗτος et ὦ οὗτος, vulgaris, ap. Atticos praeſertim, compellandi ratio, quam accurate explicuit *Lennep.* ad *Phalar.* p. 94. Cf. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 280. — V. 4. κρύψαι. *Et texit galea barbara molle caput,* Hippolyte ap. *Propert.* L. IV. 3. 44. — V. 5. 6. Patroclum Achilli in deliciis fuiſſe, communis erat ferioram temporum opinio. De puerorum amore *Sext. Empir.* Hypot. Pyrrh. III. 24. p. 176. καὶ τὴν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον διάπυρον φιλίαν εἰς τοῦτο ἀνάγουσί τινες. ubi vide *Fabric.* Adi et *Solan.* ad *Luciani* Amor. §. 54. T. VI. p. 319. et *Drelincourt* in Achill. Homer. p. 115. Eodem reſpexit *Theocrit.* Eid. XXIX. 34. —

Patrocli nomen in ap. Lipſ. forte cum κλισίῃ permutatum, infelicem *Klotzii* conjecturam peperit.

¶. 373.] *LX.* Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 98. Ad puerum arridentem amico, ſed nunquam ad ejus preces reſpondentem. — V. 2. ταῦτα. Vat. Cod. et *Klotz.* πᾶσι φίλε. *Klotz.* πᾶσι φίλοις. Ap. Lipſ. In membranis eſt πασι φιλε, accentu aut nullo, aut obſcure appicto. Nomen pueri h. l. recte eſſe poſitum, dubitare noli. — In fine *Klotz.* verba minus integra putans, γελᾷς ſuſpicatur. Interrogandi ſigno poſito omnis difficultas tollitur.

LXI. Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz* in Muſ. Strat. p. 51. Conf. *Schneider.* Peric. crit. p. 39. Ad grammaticos, mercedem pro pueris erudiendis poſcentes. Se aut gratis, aut mercede etiam inſuper appenſa, illorum ſe magiſtrum fore profitetur. — καὶ μισθούς. Vat. Cod. recte. In ap. Lipſ. et Lennep. τοὺς μ. quod minime ferendum. Initio periodi καὶ magna cum gravitate poſitum, admirationem et indignationem ſignificat. — V. 3. τε λαλῆσαι. ap. Ruhnk. in contextu. — V. 4. χρυσᾶν. Vat. Cod. χρυσίων. Ap. Lipſ. — V. 5. φιλεῖται Sched. Tryll. In marg. φιλείτω. quae eſt membr. lectio. φιλῆσαι neſcio quis tentavit ap. *Klotz.* — Si quis formoſos habet pueros, mihi eos tradat, et me beneficio obſtringet et quodcunque voluerit mercedis loco a me accipiet. In ult. verſ. μηδὲν ap. quaedam. — In fine verſus ap. Lipſ. interrogandi nota perperam ponitur. τί θέλει eſt pro ὅ τι θέλει. de quo vide notata ad *Callimachi* Ep. I. 2. Tom. I. P. II. p. 252.

LXII. Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz* in Muſ. Strat. p. 51. Conf. *Schneider.* Per. Cr. p. 39. In apogr. Lipſ. et in Sched. Tryll. junctim legitur cum Ep. LXIII. Poëta mythum de Prometheo feſtive interpretatur. Poenas illi a Jove irrogatas eſſe, quod luto, unde ho-

mines fingebat, pilos et barbam admiſcuerit. — V. 2. ἠφάνισας. *corrupiſti.* ut Ep. LIV. 4. οἷόν μου παιδίον ἠφάνισεν. *Heſych.* ἀφανίζειν. σήπειν. ἀπολλύειν. Cf. *Thom. Mag.* p. 130 ſq. et *Alberti* Obſſ. ad Matth. VI. 19. 20. — V. 5. εἶτα δέ. *Klotz.* — V. 6. ἐκ Διός. *Klotz.* et Sched. Tryll. καὶ *Schneiderus* reſtituit ex ap. Lipſ.

LXIII. Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz.* in Muſ. Str. p. 52. (cf. *Schneider.* Per. cr. p. 40.) qui hoc carmen compoſitum putat in tabulam pictam, Ganymedis raptum exhibentem. Ejusmodi imagines ii certe ante oculos habebant, qui primi in hoc argumento luſerunt; Noſter autem expreſſit *Meleagr.* Ep. XL. ubi vide not. — V. 1. δῖον *Klotz* male cum παῖδα conjunxit. — V. 2. διφυεῖς πτέρυγας. *Meleag.* Ep. XLII. διφυῆ ταρσὸν ἀνιεὶς πτερύγων. *Poſidipp.* Ep. XIII. Occaſioni ταρσοὺς διφυεῖς, i. e. διεσσοὺς tribuit. — V. 3. στῖχε. Vat. Cod. et in fine μὲ μηδὲ θείῃ. (ſic) quod certa emendatione correxit *Salmaſ.* — V. 4. καλύκων. quaedam apogr. — V. 5. γαμψώνυχε. *Klotz.* — ταρσὸς h. l. pro pedibus ponitur, ut ap. *Anacreont.* Od. VIII. 4. ubi vide *Fiſcherum* p. 33. — Similia timet auctor Ep. ἀδεσπ. VI. ἀετέ, τὸν χαλκοῦντα — πῶς ἔφερες; μή που κνίσματ' ὄνυξιν ἔχῃ. *Martial.* L. I. Ep. VII. *Aetherias, aquila, puerum portante per auras, Illaeſum timidis unguibus haeſit onus.* — ἀλγήσει. *Klotz.* ἀλγήσῃ Cod. et ſic hunc verſum laudat *J. Fr. Gronov.* in Lect. Plautin. ad Rudent. II. 1. 21.

¶. 374.] *LXIV.* Vat. Cod. p. 602. Primum diſtichon *Salmaſ.* protulit ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 800. Duo poſteriora ad T. I. p. 520, et hinc *G. Cuperus* in Obſſ. crit. I. 22. p. 91. Integrum *Ruhnk.* Epiſt. crit. p. 66. *Toup.* in Addend. ad Theocr. p. 392. Conf. *Schneider.* Per. crit. p. 78. Hiſtoria de paedotriba, puerum in alia, quam ipſi mandatum eſſet, palaeſtra exer-

cente. — V. 1. λεῖον. ut Ep. XI. — V. 2. εἰς τὸ γόνυ κάμψας. (male ap. Lipſ. κάμψαι.) idem quod καταχλίνας Ep. XLVIII. εἰς τὸ γόνυ κάμπτεσθαι *ingeniculare* vocat *Aelius Lampridius* in Vita Heliogabali c. 5. p. 800. *Agebat praeterea domi fabulam Paridis, ipſe Veneris perſonam ſubiens, ita ut ſubito veſtes ad pedes defluerent, nudusque una manu ad mammam, altera pudendis adhibita, ingenicularet, poſterioribus eminentibus in ſubactorem rejectis et oppoſitis. Juvenal.* X. 224. *quod diſcipulos inclinet Hamillus.* Facete Palaeſtra ap. *Lucian.* in Lucio c. 10. κῶν, ἔφη, δείξεις, εἴπερ νέος εἶ καὶ εὔτονος παλαιστὴς, καὶ εἰ ἐπίστασαι ποιεῖν τὰ ἀπὸ γονατίου· καὶ πεσοῦσα ἐπὶ τοῦ λέχους εἰς γόνυ, ἄγε δὴ σύ, ὁ παλαιστής, ἔχεις τὰ μέσα κ. τ. λ. et *Ariſtoph.* in Pace v. 894.:

Ἔπειτ' ἀγῶνά γ' εὐθὺς ἐξέστω ποιεῖν
ταύτην ἔχουσιν αὔριον καλὸν πάνυ,
ἐπὶ γῆς παλαίειν, τετραποδηδὸν ἑστάναι,
καὶ παγκράτιόν γ' ὑπολειψαμένοις νεανικῶς
παίειν, ὀρύττειν, πῦξ ὁμοῦ καὶ τῷ πέει.

In verbo παιδοτριβεῖν ſimiliter luſit *Automed.* Ep. I. qui paedotribam a pulcris pueris circumdatum conſpicatus, ἐγὼ παίζων δὲ πρὸς αὐτὸν φημί· Σὺ καὶ νύκτωρ, φίλτατε, παιδοτριβεῖς; — V. 3. χειρί. et κώκκους. Vat. Cod. Cf. ad Ep. VI. 8. *Addaeus* in Ep. nuper edito a cl. *Huſchkio* in Anal. crit. p. 260.:

Ἤν τινα καλὸν ἴδῃς, εὐθὺς τὸ πρῆγμα κροτείσθω·
Βάζ' ἃ φρονεῖς, δρκῶν δράσεσε χερσὶν ὅλαις.

non ſic, ſed ἔρχεων ſcripſiſſe videtur, niſi forte ἔργων malis, quod etiam ſenſum haberet aptiſſimum, ſecundum ea, quae diximus ad Ep. LI. 3. — V. 5. »ὃς δὲ »τάχος. male in Cod. ſcriptum ὡς. ὅς, i. e. οὗτος, ὁ παιδο»τρίβης. repoſuerat jam Salmaſius. " *Br.* ὡς non eſt in membranis, ſed in vitioſis apographis. — Domino pueri accedente, paedotriba nihil ſe turpe admiſiſſe ſimulans,

puerum reclinavit, pedes ejus pedibus ſubvinciens et collum manibus ſtringens. Sic enim ſolent palaeſtritae. *Lucian.* in Gymn. §. 1. T. VII. p. 155. *οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι, ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν, οἱ δὲ ἄγχουσι καὶ λυγίζουσι. — τέλος δὲ ἤδη περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη κατὰ τὴν γαστέρα, τὸν πῆχυν ὑποβαλὼν τῷ λαιμῷ, ἄγχει ἄθλιον.* Cf. c. 31. p. 191. *Philoſtrat.* II. Imag. 6. p. 819. *δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε, — καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίνεσθαι χρή, οἷον* (f. *τὸν*) *πίπτοντα· δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης εἰς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν.* De *ὑπτιασμῷ* vide praeterea *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 205. De reliquis *Cuperum* l. c. *T. H.* ad *Lucian.* D. D. T. II. p. 267. ed. Bip. et *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 1182. — „In cod. minus bene *ἐμπλέξας*. [et „*χειρί*.] at v. 7. recte habet *ἀπάλαιστρος*.“ *Br.* Fallitur cl. editor; codex *ἀπάλαιστος* habet. *ἀπάλαιστρον Meleagro* Ep. XCVII. reſtituit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 473. — V. 8. „*φησὶ* in cod. ſcriptum et ſervavit Toupius. At in „eleganti hoc carmine ferendum non erat, quum prae„ceſſiſſet *πρόσειπε*. Vitium ſenſit *Ruhnkenius*, et ideo „mutanti illud *πρόσειπε* in *πρὸς ἀλείπτην* aſſentitur. At „hoc a codicis ſcriptura longius recedit, et quum per ſe „ſatis intelligatur, aliptem eſſe, quem ſic increpat pueri „herus, frigidiuſculum eſt *πρὸς ἀλείπτην*. Veram lectio„nem, unica mutata litera, reſtitui, ſcribendo *φημί*. „*Finiſſez, je vous le dis, vous allez m'étouffer cet enfant.* „Ut in vernacula lingua *je vous dis*, ſic graecis *φημὶ* vim „in aſſeverationibus addit. Denique *πνιγίζεις* codicis „lectio eſt, et vera, quam docte tuetur Toupius, qua „mutata periret carminis acumen.“ *Br.* *πνιγίζεις* ap. Lipſ. idque amplexus erat *Ruhnken.* in prima Epiſt. crit. editione, poſtea, meliora edoctus, in *Brunckii* et membranarum lectione acquievit. Quid verum eſſet, dudum ante *Toupium* viderat *Schneiderus*, qui tamen *φησὶ* tuetur, quod pedeſtres quoque ſcriptores voculas *εἶπε*, *ἔφη*, et ſimilia pleonaſtice intrudere ſuleant. Multa hujus

generis loca ex latinis ſcriptoribus collegit *Rubnken.* ad *Rutil. Lup.* p. 20. *Vir Doct.* in Obſſ. Miſc. Nov. T. X. p. 14. — πυγίζειν praetextatum eſt verbum et de utraque palaeſtra uſitatum. *Ariſtoph.* Nub. v. 1379. κἄπειτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, κἄπνιγε, κἀπέτριβεν. quae omnia ſunt ambigue dicta. *Anaxilas* ap. *Athen.* L. XIII. p. 558. C. de Nanno meretrice, οὐ δὰ' ἀποτίλξας' ἑταίρους τὸν τρίτον θηρεύεται Ἔτι λαβεῖν; Eodem ſenſu dicitur ἄγχειν ap. *Anacreont.* L. II. Od. 21. juvenis puellam vino ſomnoque gravem, μὴ λόγοισι πείθων τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει. ubi vide *Fiſcherum* p. 198. Jam vide, annon in hoc carmine omnia optime cohaereant. *Salmaſius* tamen in marg. ap. Guyet. haec notavit: *Inconcinnum hoc Epigramma octoſtichis conſtans, male invicem ſibi cohaerentibus.* Quae quid velint, non exputo.

LXV. Cod. Vat. p. 603. Formoſum quendam puerum poëtae obviam factum eſſe puta. — V. 1. τερπνός. Ap. Lipſ. — V. 4. ὀπισθόμενον, quaedam apogr. Veteris cujusdam poëtae parodiam haec verba redolent. Plurima deorum ſimulacra in templis ita collocata erant, ut tergum videri non poſſet. Quare tanquam rem memorabilem in Veneris Cnidiae templo contra factum fuiſſe notavit *Lucian.* in Amor. §. 13. T. V. p. 270. ἔστι δ' ἀμφίθυρος αὐτῆς ὁ νεώς, καὶ τοῖς θέλουσι τὴν θεὸν ἰδεῖν ἀνεῳγῶς καὶ κατὰ νώτου, καὶ ἵνα μηδὲν αὐτῆς ἀθαύμαστον ᾖ. δι' εὐμαρείας οὖν ἐστι τῇ ἑτέρᾳ πύλῃ παρελθοῦσι, τὴν ὄπισθεν εὐμορφίαν διαθρῆσαι.

LXVI. Vat. Cod. p. 603. De juventute et amore, levi utroque et fugitivo, ad puerum. — V. 1. ἀταρπιτόν. In bene auſpicata via congreſſi ſumus, i. e. mutuo nunc amore fruimur; jam vide, ut etiam conſtans ſit et firmus amor. Hunc ſenſum redditurus poëta non bene junxit ἀταρπιτὸν et μονίμην. Ad v. 1. haec notavit *Salmaſ.* in marg. ap. Guyet.: „ἧς. ἀφ' ἧς πρώτης. an ἀπὸ πρώτης

„ἐλλειπτικῶς pro ἀπὸ πρώτης ἀρχῆς. *Talis autem ordo erit:* „ἦν φράζεο, ἀπὸ πρώτης ἀρχῆς, ἀπ' αὐτῆς ἀρχομένης, πᾶς etc. „*placet. Et sic lectio* ἦν ἀπὸ πρ. *maneat.*" — Verba ἀπὸ πρώτης per *inprimis* equidem reddiderim. — V. 4. „καίρια. ἀβέβαια. πρόσκαιρα. *temporaria.* Male in cod. „scriptum κύρια." *Br.* — V. 5. μενεῖ. ap. Lipſ. — *et* δ' ἀφύλακτα μίμνετον. *quae ſi non cuſtodita et obſervata manent.* Haec mihi ſincera non videntur. Verbum requiro τῷ ἀμελεσθέντα oppoſitum, ut v. c. ἀποζευχθέντα, vel aliud, quod eandem vim habeat. Quare vide, an ſcribendum ſit:

εἰ δ' ἄφιλ' αὐτὰ
μίμνετον ἀλλήλων, ὤχετ' ἀποπτάμενα.

alterum ab altero ſejunctum celerrime avolat. Eadem conſtructione ἄφιλα πάντων dixit *Euripid.* in Troad. v. 287. in Sophiſtae characteriſmo: ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα τιθέμενος πάντων. *quae olim amicitia juncta erant, ea ſejungit ab omnibus.* — Iis, quae de juventute alata laudavimus ad *Simonid.* fr. II. Tom. I. P. I. p. 203., adde *Theocrit.* Eid. XXIX. 28. νεότατά γ' ἔχειν παλινάγρετον οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίας φορεῖ· Κᾆμμες βραδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.

LXVII. Vat. Cod. p. 603. In apogr. Guyeti hoc Epigr. junctum legitur verſibus 5 – 8. Ep. LXXVII, quod variis conjecturis locum dedit, quas commemorare ſupervacaneum ſit. Ineptum carmen, cujus ſenſum aperuit *Brunckius:* „Ammonius, ὄμφος λέγεται ὁ περὶ τοὺς „γλουτοὺς τόπους, ὃν τινες ταῦρον λέγουσιν. hic podicem „notat, unde intelligitur, quid ſit κύων, qui deinde „aenigmatice vocatur Ἡρακλέους ἄλοχος. Scilicet Herculis „conjux fuit Ἥβη, quod nomen appellative *pubem* ſignificat; hic autem *penem.* ὑγρανθεῖσα Δημήτης eſt ἡ πεπαμμένη τροφή, retrimentum in ima alvo." *Br.* — Simili ratione in Ἡρακλείας nomine luſit *M. Argentarius* T. II.

p. 529. (Ed. Lipſ. p. 245.) ἦ σοι τοὔνομα τερπνὸν ἀφ' Ἡρακλῆος ἔχούσῃ, Μάχλε, φιλεῖν ἥβην κέκριται ἡιθέων; ubi vide not. In vocabulis ταῦρος et κύων reſpicitur ſimul ad aſtra hujus nominis. Hinc φλογόεις κύων. καύματ' ὀπωρινοῖο κυνὸς dixit Auctor Ep. ἀδεσπ. CCLX. Cf. *Huſchke* in Anal. crit. p. 232. ſq. *Flagrantis atrox hora Caniculae. Horat.* III. Carm. XIII. 9. — V. 3. καρποδόχου μητέρος. Vat. Cod. Noſtrum eſt in ſched. Tryll. et Lacroz. In prioribus etiam ὑπαντείους. Ad ſenſum inprimis facit *Juvenal.* XI. 43. *An facile et pronum eſt agere intra viſcera penem Legitimum, atque illic heſternae occurrere coenae.*

¶. 375.] *LXVIII.* Cod. Vat. p. 603. Poëta puero, quem deperibat, peregre profecto, noctium, quas ſine eo transigebat, ſolitudinem conqueritur. — V. 1. μυδαλέντα. Vat. Cod. *Aeſchyl* Perſ. 537. διαμυδαλέοις Δάκρυσι κόλπους Τέγγουσα. *Paul. Silent.* Ep. XXXVII. ὀφθαλμοὶ — κρυεροῖς δάκρυσι μυδαλέοι. — Pro ὄμματα ap. Lipſ. vitioſe ἄμματα. — πεφυρμένος hinc fortaſſe ſumſit *Rufin.* Ep. XXV. in loco huic noſtro ſimillimo: οὐκ ἔτι βαστάζω, μὰ τὰ σ' ὄμματα, τὴν φιλέρημον Καὶ τὴν μουνολεχῆ σεῖο διαζυγίην. Ἀλλ' αἰεὶ δακρύοισι πεφυρμένος .... Similiter *Apollon. Rhod.* L. III. 673. δάκρυσιν ὅσσε πεφυρμένα. *Tibull.* L. I. VIII. 53. *Vel miſer abſenti moeſtas quam ſaepe querelas Conjicit et lacrymis omnia plena madent.* — V. 2. ἄγρυπνον. Vat. Cod. ἀμπαύω de conatu accipiendum, animum, curis et triſtitia excruciatum (ἀδημονίῃ ἄγρυπνον), tranquillum reddendi. — τῆς ἀδημονίας τὸ βάρος ἐπικουφίζειν dixiſſe videtur in ſimili re *Ariſtaen.* I. Ep. XVI. p. 41. monente *Ruhnkenio* ad Callim. fr. LXVII. p. 441. quamquam alii aliter. — V. 3. ἡ με κατουν ἐδάμασεν. Vat. Cod. cui corruptiſſimae lectioni elegantiſſimam ſubſtituit cl. editor, et in qua nihil deſideres, niſi majorem cum membran. ſcriptura ſimilitudinem. Sic enim librarios aberraſſe, ut κατουν et πόθος confunderent, nemo facile cre-

diderit. Amplectenda igitur elegans conjectura *Huſchkii* in Anal. crit. p. 163.:

ἄγρυπνον ἀμπαύω θυμὸν ἀδημονίῃ,
ἤ με χατοῦντ' ἐδάμασσεν ἀποζευχθέντος ἑταίρου.

Comparat cl. auctor *Homer.* Odyſſ. β. 249. de Penelope: οὔ κεν οἱ κεχάροιτο γυνή, μάλα περ χατέουσα, ἐλθόντ'. *Apollon. Rhod.* L. I. 887. τὰ δέ οἱ ῥέε δάκρυα χήτει λύντες. *Propert.* I. IV. El. III. 27 *Diceris et macie vultum tenuaſſe: ſed opto E deſiderio ſit color ille meo.* — V. 4. „εἰς ἰδίην „ἔφεσον. alterum apogr. ἔφεσεν. in quibus nullus omnino „ſenſus.“ *Br.* Membranae legunt:

μοῦνον ἐπεί με λιπὼν ἐσιδίην ὄφεσον.

Lectionem ἔφεσον depravatam eſſe vix putaverim, praeſertim propter imitationem *Rufini* Ep. XXV. in quo carmine μεγάλης νηὸς Ἀρτέμιδος, i. e. Epheſus, commemoratur. Vitium igitur haerere videtur in ἐσιδίην, quod utinam attigiſſet perſpicaciſſimus *Huſchkius*. Mihi in mentem venit ſcribere:

μοῦνον ἐπεί με λιπὼν ἦλθε σύδην Ἔφεσον.

poſtquam me ſolum relinquens Epheſum contendit. Omiſſa nimirum ſyllaba ἦλθ', ex reliquiis utriusque vocabuli facile ἐσιδίην oriri potuit. ἦλθε σύδην, ut ille ap. *Menandrum* — ἐνθένδε πῶς γ' Ἐλευθερῶν Ἀπῆλθεν σύδην ὡς ταχύ. ut emendavit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 90. σύδην αἰρούνται φυγήν dixit *Aeſchyl.* Perſ. 480. ἦλθεν autem h. l. poſitum pro ἀπῆλθεν, ut ſaepe. Vide quae collegit *Arnzenius* in Epiſt. crit. de quibusdam Pindari locis p. 31. Quod ſi cui non ſatis placuerit, is per me legat:

ἔσσυτο εἰς Ἔφεσον.

quod tamen longius abeſt a Vat. Cod. veſtigiis. — V. 5. Revocanda membr. lectio Θεόδωρος, quae non conſulto mutata eſt. Cf. Ep. LXXXVI.

LXIX. Vat. Cod. p. 603. Edidit *Klotz* in Muſ. Strat. p. 57. „Hujus diſtichi ſententia oppoſita eſt ſen-

»tentiae ſuperioris carminis LXV.« *Br.* Fortaſſe hoc diſtichon ſuperiori illi Epigrammati primitus annexum erat, ſic fere:

Τερπνὸν ὅλως τὸ πρόσωπον ἐμοὶ προσιόντος ἀπαρκεῖ·
οὐκέτι δ' ἐξόπιθεν καὶ παριόντα βλέπω.
οὕτω γὰρ καὶ ἄγαλμα θεοῦ καὶ νηὸν ὁρῶμεν
ἀντίον, οὐ πάντως καὶ τὸν ὀπισθόδομον.
ἦν δ' αὖ καὶ παριδεῖν ἐθέλω καλὸν ἀντισυναντᾶν,
βαιὸν ὅσον παραβὰς εὐθὺ μεταστρέφομαι.

Judicent alii. — V. 1. παριδεῖν, i. e. παριόντα ἰδεῖν. Si quem puerum praetereuntem videre cupio. — ἄν τι συν. Vat. Cod.

LXX. Vat. Cod. p. 603. Edidit *Pierſon.* in Praef. ad Moer. XIV. De juſto tempore puerilis amoris. — V. 1. Neque nimis tenera aetate ſit puer, quem amare velis, neque exoletus. ἡλικόμηνον. πρόωρον. ὠμόν. οὐκ ἐν τῷ δέοντι μηνὶ τεχθέντα. *Heſych.* Vide *Homer.* Il. τ. 118. Hoc loco is eſt, qui nondum juſtum annorum implevit numerum. Talis puer dicitur ἁμαρτεῖν εἰς καιρόν, quaſi peccare in ipſam illam aetatulam, quae nondum *aequare amorem* valet, ut loquitur *Virgil.* Aen. V. 474. — ἄφρονα, a puero ad tempus translatum epitheton de eo, qui ſenſum amoris nondum habet. Sic hunc locum interpretari malim, quam ἁμαρτεῖν de pudicitia violata, quo ſenſu ap. recentiores paſſim occurrit. Vide *Elsnerum* Obſſ. ſacr. ad Joann. Ev. VIII. 11. — V. 2. τῷ πείθοντι φίλῳ. amatori pueri. πείθειν ſic fere Ep. LIII. εἰ μὲν ἔφυς ἀμύητος ἀκμὴν ὑπὲρ οὗ σ' ἔτι πείθω. et ap. *Philoſtrat.* Ep. L. p. 938. quem locum adſcripſimus Ep. LV. — V. 2. φέρει. Vat. Cod. — V. 3. Turpius etiam eſt, ſi quis annis pubertatis exactis (ὁ παρήλιξ) ſe amanti morigerum praebet. — Ante παιδικὰ Cod. Vat. καὶ inſerit. — V. 5. τὸ μὲν οὐκέτι, ad exoleti aetatem, τὸ δ' οὔπω, ad immaturam referri debet.

LXXI. Vat. Cod. p. 603. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 197. unde ſumſerunt *van Eldick* in Suſp. p. 30. et *Toup.* in Animadv. ad Schol. Theocr. p. 215. Ad Alexin puerum, defloreſcente pulcritudine, ſuperbiae, quam olim in amantes exercuerat, Nemeſi poenas pendentem. Conf. *Rufin.* Ep. XXXII. — V. 1. ὡς ἀγαθή. quandoquidem amantium injurias ulciſcitur. — ὑπὸ κόλπον πτύομεν. *veniam a deis ſpei alicujus audacioris petimus in ſinum ſpuendo. Plin.* Hiſt. Nat. XXVIII. 4. *Lucian.* T. III. p. 259 ed. *Reitz.* ὑπεφιαζᾷς γε καὶ ἐς τὸν κόλπον οὐ πτύεις; *Callimachus* ap. *Schol Theocr.* Id. VI. 39. (fr. CCXXXV.) Δαίμων τί κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες. ubi non accedo ſententiae *Bentleji*, Καλλ. δ. αἰτίων· τῇς κολπ. corrigentis. Lege potius :

Δαίμων, τῇ κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.

Vide de hoc more *Caſaub.* in Lect. Theocr. c. VIII. *D. Herald.* ad *Martial.* VI. 29. p. 124. et quae de vi ſalivae in avertendis malis collegit *Wetſten.* ad N. T. T. I. p. 902. ſq. Quaedam huc pertinentia notavimus ad *Meſomed.* Hymn. in Nemeſ. v. 12. — V. 2. ὑστεροῦν. Vat. Cod. quod in pluribus eſt apogr. *Salmaſ.* emendaſſe videtur. ὑστερόπουν optime de dea, quae ſuperbos et injuſtos a tergo inſequitur. πάντως ὕστερον ἦλθε Δίκη. *Gregor. Nazianz.* Orat. XIX. p. 302. D. οὐχ ὑπερήμερος ἀπήντησεν ἡ ἀντίδοσις, οὐδ' ὀπισθόπους ἡ Δίκη, τοῦτο δὲ ποιητικόν. Ipſo vocabulo ὑστερόπους, ſed ſenſu nonnihil diverſo, utitur *Ariſtoph.* Lyſiſtr. 326. μῶν ὑστερόπους βοηθῶ. *Schol.* μὴ ὕστερος τοῦ καιροῦ ἦλθον εἰς τὸ βοηθῆσαι. Vide inprimis *Wyttenbach.* de S. N. V. p. 17. et *Mitſcherlich* ad *Horat.* III. Carm. II. 29. p. 31. — V. 4. τὸ φθονερὸν κάλλος. pulchritudinem, quae longum ſui uſum mortalibus invidet. — V. 5. ἐλήλυθε. Vat. Cod. et ſic *Dorvill.* ἐπήλυθε. *Toup.* — „Dorvillius lectionem cod. ſervavit τριχάλεπτος, in qua explicanda nugatur; Toupius τριχόλεπτος reponit. ἡ τριχάλεπτος δαίμων eſt ipſa Nemeſis, quae

„quae ſupra nominata; vox τριχάλεπτος compoſita eſt ex „τρὶς et χαλεπτός, idem quod χαλεπός, a χαλέπτω, τριχά„λεπτος, τριχάλεπος et παγχάλεπος, *valde moleſta.* Eſt qui„dem in hac voce παρήχησις, et τὴν τρίχα innuit, in quo „argutiola eſt; ſed vox ipſa τριχάλεπτος aliter explicari „nec poteſt nec debet.“ *Br.* Contra *Toupium*, qui ſuum τριχόλεπτος ita commendare conatur, ut pro λεπτόθριξ poſitum contendat, disputavit *Schneiderus* in Per. crit. p. 82. ſq. Eſt autem in illo vocabulo ſtudioſe quaeſita amphibolia, et reſpicitur ſimul ad τρίχα et λεπτός, ut in illis luſibus fieri ſolet, quos *calembours* Franco-Galli vocant. Nam ob id ipſum *moleſta* (τριχάλεπτος) eſt Nemeſis, quod puerorum genas pilis et barba foedat. Conf. inprimis *Automed.* Ep. II. T. II. p. 207. ibique notas. — *Van Eldick* ſuſpicabatur ἡ περὶν ἄλεπτος δαίμων, ex *Horatio* IV. Od. X. 2. *Inſperata tuae quum veniet pluma ſuperbiae.* — οἱ θέραπες. De hac forma vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. Anim. T. I. P. II. p. 97. Adde *Ion. Chii* Fr. II. T. I. p. 161. — Servi et miniſtri pulchrorum amantes, notante *Dorvillio.* Juvenis ad puellam ap. *Ariſtaen.* L. II. 2. p. 75. δοῦλόν με θέλοις ἔχειν; ὡς ἀθελδοῦλον ἔχε. — ἐρωτικός σοι διατελέω θεράπων. — In παρεγχόμεθα eſt contemtus ſignificatio. *Rufin.* l. c. de vetula: ὡς δὲ τάφον νῦν σε παρεγχόμεθα. Cf. *Mitſcherlich.* ad Horat. T. II. p. 442.

¶. 376.] *LXXII.* Vat. Cod. p. 604. Felicem praedicat Eucliden quendam, quod, patre defuncto, non amplius impediatur, quominus amori indulgeat; dum ipſe, ſub patris nimium vivacis imperio, clandeſtinis furtis contentus eſſe debeat. — V. 3. εὔφρονα νεκρόν. Vat. Cod. quod minime contemnendum. Hoc enim ipſo ille bonum erga filium animum (τὸν εὔφρονα θυμὸν) demonſtraverat, quod moreretur. Ut noſter εὔφρονα νεκρόν, ſic *Xenoph. Epheſ.* L. II. 1. p. 31. φανεῦμαι νεκρὸς εὐφρων. — παίζειν de venerea voluptate dixerat Sardanapa-

lus ap. *Arrian.* Exped. Alex. II. 5. 5. ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε (quae transſcripſit *Said.* T. III. p. 287.), ſive ſecundum *Plutarch.* T. II. p. 336. C. ἔσθιε, πῖνε, ἀφροδισίαζε. Noviſſimo vocabulo etiam laſcivius ſubſtituit *Apollodor.* ap. *Schol. Ariſt.* Av. 1022. ὄχευε. — V. 4. πατρὸς θανάτου. Cod. Vat. De impio filiorum in patres animo *Juvenal.* XIV. 250. *Jam nunc obſtas et vota moraris: Jam torquet juvenem longa et cervina ſenectus.*

LXXIII. Vat. Cod. p. 604. *Stratoni* vindicat. In Planud. p. 472. St. 613. W. *Meleagro* tribuitur. De pulchritudinis brevitate. *Burmannus* hoc carmen comparavit cum Ep. Anth. Lat. L. IV. 152. p. 108. *Ac veluti formoſa roſa, cum tempore prodit, Areſcit certe tempore deinde ſuo: Sic tu coepiſti primo formoſa videri Tempore, ſed ſubito deſinis eſſe mea.* Theocritea Eid. XXIII. 28. καὶ τὸ βόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει· Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι καὶ ταχὺ γηρᾷ — Καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ — quae his noſtris ſimillima ſunt, ad *Tibullum* L. I. IV. 27. excitavit cl. *Heynius.* *Plinius* H. N. XXI. 1. *Natura flores odoresque in diem gignit, magna, ut palam eſt, admonitione hominum, quae ſpectatiſſime floreant, citiſſime marceſcere.* — V. 1. εἰ κάλλει καυχᾷ. Hinc, ut videtur, *Ruſinus* Ep. XV. ταῦτα δὲ στεψαμένη, λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα. Ἀνθεῖς καὶ λήγεις καὶ σὺ καὶ ὁ στέφανος. ubi vide not. — γίγνωσκ' ὅτι. Vat. Cod. — V. 2. ἐβλίφη. Vat. Cod. — V. 4. ταῦτα δ' ὁ μὴ φθ. Vat. Cod. ὁμοῦ et ἐξεμάξαν' ὁ χρ. Plan. Legendum, praeeuntibus membranis:

ταῦτα δ' ὁμῆ φθονέων ἐξεμάξανε χρόνος.

Vide *Bentlej.* ad Fr. Callim. nr. CCXCIII. et *Albertum* ad *Heſych.* v. ὁμᾶ. — χρόνος φθονέων. *fugit invida aetas. Horat.* I. Carm. XI. 7.

LXXIV. Vat. Cod. p. 604. Etiam hoc diſtichon ſub *Meleagri* nomine legitur in Plan. p. 472. St. 613. W.

— μετάδος. ut *Plato* Ep. V. τῆς σῆς παρθενίης μετάδος. Ep. ἀδεσπ. LXXVIII. ζῶντί μοι, εἴ τί γ' ἔχεις, μετάδος. — V. 2. τί φοβῇ. *Ovidius* L. III. A. A. 88. *Gaudia nec cupidis veſtra negate viris. Ut jam decipiant, quid perditis? omnia conſtant. Mille licet ſumant, deperit inde nihil.*

LXXV. Vat. Cod. p. 604. In Eunuchum, qui, pulchros pueros alens, nec ipſe eorum fructum habebat, nec aliis, ut haberent, permittebat. — V. 2. βλάβην. foede illorum pudicitia abutitur, ſolidae ac robuſtae voluptati impar. *Scelus illud ingens* ſignificare videtur, quod in Pontico vituperat *Martial.* L. IX. 42. et L. XI. 23. — V. 3. „Suſpecta mihi vox ῥόδα. An roſa in praeſepi? „Notum eſt proverbium. Scribendum forte: ὄντως ὡς ὁ „κύων φάτνῃ ἐπι." *Br.* Equidem potius φάτνῃ a librario inculcatum putaverim, cui notiſſima erat paroemia, κύων ἐπὶ φάτνῃ, ἐπὶ τῶν μήτε χρωμένων, μήτε ἄλλους χρῆσθαι ἐώντων. *Suidas.* Idem ſenſus ſubjectus eſſe potuit alii proverbio de cane roſas cuſtodiente, rem ipſi inutiliſſimam. Viderint alii: mihi, quid ſcribendum ſit, non ſuccurrit.

LXXVI. Vat. Cod. p. 604. Ad puerum, de ejus perfidia. — V. 1. μισοπόνηρε. qui te pravos homines odio habere fruſtra ſimulas. χαῖρε. cum ironia dictum, ſicuti χαίρειν ἐᾶν ſive φράζειν Graeci dicunt ea, quae omittunt et negligunt. Parum adeo diverſum vocabulum ab ἔρρε, quod in ſimili re uſurpat *Meleager* Ep. LXIII. ἔρρε κακὸν κοίτης θηλυ, ἔρρε τάχος. — βάναυσε. Corpus vulgantem ſic compellat *Automedon* Ep. II. ubi vide not. — V. 3. μηκέτι. Ex *Meleagro* expreſſa videntur l. c. τί θεούς; σὺ γάρ με λέληθας Ἔγνων· μηκέτι νῦν ὄμνυε, πάντ' ἔμαθον. — V. 4. τὸ πόσον. Sic recte membr. πόσον. Ap. Lipſ. *Philodem.* Ep. III. πόσου παρέσῃ; Similiter *Ovidius* II. Amor. VIII. 25. *Quod ſi ſtulta negas, index anteacta fatebor; Et veniam culpae proditor ipſe meae. Quoque loco tecum*

fuerim, quotiesque, Cypassi, Narralo dominae, quorque, quibusque modis.

¶. 377.] *LXXVII.* Cod. Vat. p. 605. Duo priora districha protulit *Ruhnken.* in Auctar. Emend. ad Hesych. p. 242. Secundum *Alberti* ad v. ἐπιπλέει I. p. 1375. Duo posteriora absunt h. l. ab ap. Lipsi. et junguntur Epigr. ἀδεσπ. IX. cum quo ea edidit *Schneider.* Per. crit. p. 92. Alius error in aliis apogr. de quo audiamus *Brunckium* in Praef. p. VIII. „Gnieti festinatione et in„considerantia factum est, ut, quum duo simul vertisset „folia, primo districho Epigrammatis Stratonis LXVII. „duo ultima districha subjunxerit epigrammatis ejusdem „poëtae LXXVII. unde multis lectum carmen κάϑστατον, „quod profecto qui voluerunt interpretari, ludibrium „debent, et quae media interjacent carmina XII. praeter „illorum alterius finem, alterius initium omiserit." — V. 1. ἀλλήλοις παρέχουσιν. Ad flagitiosam hanc rem significandam verbum excogitarunt graeci ἀλληλίζειν. ἀλλήλους περαίνειν. ut interpr. Lex. Msc. Sangerm. Quid sit περαίνειν, apparet ex *Schol. Theocr.* Eid. IV. 58. μύλλει. βλαύνει. ὠϑεῖ. περαίνει. *Suidas:* περαίνειν. τὸ συνουσιάζειν. *Demetrius* ap. *Stob.* T. VI. p. 98. 6. ἡ τοῦ γείτονος ἐρέσσει σοὶ γυνή; πέραινε. Vide inprimis *Sopingium* ad *Hesych.* v. πέραινον. Nec tamen haec significatio obtrudenda *Stratoni* in voc. ἀντιπεραινόμενοι, quod *Albertus* fecisse videtur. Contextus potius flagitare videtur, ut haec sic explicemus: iidem se vicissim inscendunt, et concubitum perficiunt, modo agentes, modo patientes. — V. 6. ἵσταται δ πρ. Vat. Cod. ἀντίον *Br.* tacite in contextum recepit. Si scripturae discrepantiam consideres, vix vera videtur emendatio. Caeterum nec hoc distichon, nec quae proxime sequuntur, satis integra puto. — V. 8. κνήϑειν. Hujus paroemiae vestigium ap. *Suidam* in Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν. ἐπὶ τῶν βλαπτόντων τινὰς ἢ καὶ ϑεραπευόντων.

ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὄνων, καθ' ὅσον ἐκεῖνοι ὑπ' ἀλλήλων κνήθονται καὶ ἀντικνήθουσι.

LXXVIII. Var. Cod. p. 605. Anth. Plan. p. 486. St. 630. W. „Hoc diſtichon, quod in Planudea legitur, „melius omiſiſſet plane monachus; at ut ſalvo pudore „ſervaret, ita corrupit, ut in eo nec metrum nec ſen„ſus ſit. In membr. etiam v. 1. perperam δώσω, pro „quo, flagitante metro, repoſui δέξο." *Br.* Multa quidem in Anthologia peccavit monachus, nec tantum tamen, quantum ii arbitrantur, qui de Anthologia Cephalae ex interpolatis apographis exiſtimant. In hoc quidem carmine v. 1. Palatinae membranae ſic exhibent: Πέντ' αἰτεῖς δέκα δώσω· καὶ εἴκοσι δ' ἀντία ἕξεις. *Planudes* autem ſic: Πέντ' αἰτεῖς· δέκα δώσω· καὶ εἴκοσι δ' αὖτις ἕξεις. Ubi hîc, quaeſo, tanta eſt depravatio, quantam nos *Brunckii* verba ſuſpicari ſinunt? In v. 2. autem emendavit etiam corruptum χρυσοὺς in χρυσούς. — Ceterum me nec in Brunckiana lect. quid ſit ἀντία ἕξις, intelligere fateor. Fortaſſe nequitia ſubeſt, quam non perſpicio. — Quod ad media verba attinet, ea forte transponenda ſunt ſic:

Πέντ' αἰτεῖς, δώσω δέκα κ' εἴκοσιν.

LXXIX. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Alberti* ad *Heſych.* T. I. p. 1092. Poëta ſe annis ad Veneris palaeſtram inutilem reddi conqueritur. Conf. *Philodemi* Ep. XII. — V. 1. πολιαὶ al ἐπὶ κρ. Vat. Cod. *Br.* dedit correctionem in marg. ap. Guy. propoſitam. Mihi articulus valde videtur inſicetus. Nec eum neceſſarium putavit *Theocrit.* Eid. XIV. 68. ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει Λευκαίνων ὁ χρόνος. Quare membranarum ductu ſcripſerim:

ἤδη μοι πολιοῦνται ἐπὶ κροτάφοισιν ἔθειραι.

Verbum πολιόω *Stephanus* laudat ex *Ariſtotel.* H. Anim. L. III. πολιοῦνται οἱ κρόταφοι. *Philodem.* Ep. XIV. ἤδη καὶ

λευκαί με καταστείρουσιν ἔθειραι. — V. 2. μικροῖς. Sched. Tryll. vitiose. — ἀργόν. *Jam – tibi, Maevi, Incipit et medios mejere verpa pedes. Truditur et digitis pannucea mentula laſſis, Nec levat exſtinctum ſollicitata caput. Martial.* L. XI. 47.

LXXX. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Klotz.* in Muſ. Strat. p. 53. diſtinctione depravatum, quam emendavit *Loesner.* in Actis erudit. ann. 1768. p. 150. — V. 1. πεπόηκας. Vat. Cod. Contra *Herelium* βέβληκας emendantem *Loesnerus* disputat. Amans amoris laqueis irretitus cum delphino comparatur Ep. ἀδεσπ. XXXI. quod laudat *Schneider.* Per. crit. p. 44. ſimul cum loco *Ariſtaeneti* L. I. Ep. XVII. p. 44. ubi juvenis, poſt multas machinas puellae admotas, συχνότερον οὖν, inquit, τὸ δέλεαρ αὐτῇ προσαυτέον· κἂν αὖθις τὸ ἄγκιστρον καταπίῃ, πάλιν ἀσπαλιεύσω. ubi quaedam hujus generis notavit *Abreſch.* p. 110. Largiori manu nobis has elegantias affudit *T. H* ad *Lucian.* Mort. Dial. VIII. T. II. p. 440. et *Wyttenb.* ad *Plut.* de S. N. V. p. 52. Adde *Plautum* in Trucul. I. Act. I. Sc. 14. ſqq. — V. 2. μή σε φύγω. Lenta manu adducendus eſt hamus, ne piſcis aufugiat. Alia imagine in eadem re uſus *Meleag.* Ep. LIX. τὴν πυρὶ νηχομένην ψυχὴν ἂν πολλάκι καίῃς, Φεύξετ', Ἔρως· καὐτή, σχέτλι', ἔχει πτέρυγας.

LXXXI. Bis legitur in membranis Vat. p. 510. et 605. Edidit *Wolf.* ad *Sapph.* Fragm. p. 22. De mentula, ad puerum. Nihil hic *Wolfium* vidiſſe, ex inficeta ejus verſione apparet. — τὴν σαῦραν. Vide ad Ep. III. 5. et Ep. XLIX. 1. Primo loco Vat. Cod. habet: πρώην τὴν σαῦραν Ἀγάθωνος βοδοδάκτυλον εἶχεν, Νῦν δ' αὐτὴν ἡ. κ. β. ἔχει. Altero loco ſic, ut *Br.* dedit, niſi quod nomen pueri in ἀνιμ depravatum eſt. Ἄλκιμ' eſt ex emend. *Salmaſii.* — In βοδοδάκτυλον ſimul reſpicitur notiſſimum illud Aurorae epitheton, et pueri δάκτυλος, quo verpam deſignabant. Vide *Brunck.* ad *Ariſtoph.* Nub. 649.

¶. 378.] *LXXXII.* Vat. Cod. p. 605. Vetus paederaſta et podager optat, ſe in harpaginem converti. — V. 1. ἀπόλοιτ. Vat. Cod. — V. 2. πόδι. Vat. Cod. — Ad κρεάγραν *Salmaſius* haec notavit: *fort.* χέραγρον. *ut ſcilicet lautius vivàm publicum ſtipendium utriusque nomine accipiens; ſed* ἐπέχω. Hoc ſi voluiſſet poëta, eum καὶ χέραγρον ſcripturum fuiſſe, puto. Deinde ἐκτρέφομαι pro verbo ſimplici, et hoc pro εἶναι videtur poſitum; niſi forte στρεβλοῦμαι ſcripſit ille, ſive ἐκφέρομαι. Hoc quidem probabile eſt. Optare enim videtur poëta, ut, dum efferatur, ipſi contingat, quod multis in fabuloſa hiſtoria contigiſſe dicitur, ut, τοῦ νεκροῦ ἀφανισθέντος, nova quaedam ſpecies appareret. (Cf. *Antonin. Lib.* fab. I. et XXXIII.) Sed quid ſit, quod κρεάγραν mutari velit, non perſpicio. Inſtrumentum eſſe τὴν κρεάγραν ad carnes ex olla eximendas, ſatis conſtat; deinde inſtrumentum τιμωρητικόν. ut *Ariſtoph.* Eqq. v. 769. τῇ κρεάγρᾳ τῶν ὀρχιπέδων ἑλκούμην εἰς Κεραμεικόν. Cf. Plut. v. 957. Idem eſt λύκος, ut apparet ex *Polluc.* X. 31. Sic autem et paedicones appellabantur. Vide ad Ep. LXXXIX. Hinc fortaſſe tenuis lux ad obſcuriſſimum locum accidit, qua alii ad eum illuſtrandum utantur. Quae enim ſola ſe mihi offert hujus aenigmatis explicatio, ea contortior eſt, quam ut eam cum lectoribus communicare auſim. Haec igitur acutioribus expedienda relinquo.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Klotz.* Muſ. Strat. p. 53. et *Goens* in Animadv. ad Porphyr. p. 107. Conf. Ep. V. — V. 2. ὅλος. Vat. Cod.

LXXXIV. Vat. Cod. p. 605. Puerili amore homines beſtiis praeſtare docet. — V. 1. πᾶν ἄλογον. Hoc argumento *Agathias* utitur contra paederaſtas Ep. I. 4. Daphnis contra Gnathonem ap. *Longum* L. IV. p. 109. Vill. muliebris amoris defenſor ap. *Lucian.* Amor. §. 22. T. V. p. 281. ſq. Contra ap. eundem §. 36. p. 298.

puerorum amator ſic, ut noſter, argutatur: τί δὴ παράδοξον, εἰ ζῶα τῆς φύσεως κατάκειτα, μηδὲν ὧν λογισμοὶ παρέχονται, παρὰ τῆς προνοίας λαβεῖν ηὐτυχηκότα, προσαφήγηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς ἄῤῥενας ἐπιθυμίας; οὐκ ἐρῶσι λέοντες, οὐδὲ γὰρ φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἐρῶσιν ἄρκτοι, τὸ γὰρ ἐκ φιλίας καλὸν οὐκ ἴσασιν· ἀνθρώποις δὲ ἡ μετ' ἐπιστήμης φρόνησις — βεβαιοτάτους ἐρώτων ἐνόμισε τοὺς ἄῤῥενας. — V. 2. ταῦτ'. Sched. Tryll. male. — V. 3. ὅσοι. qui mulierum amore tenentur, beſtiis nihil praeſtant.

LXXXV. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Reisk.* in Not. ad Anthol. Ceph. p. 171. A binis fratribus amatus, dubius poëta haeret, utri ſe potiſſimum in ſervitium dedat. — V. 1. ζεῦγος. De ſororibus *Cercidas* ap. *Athen.* L. XII. p. 554. D. ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις. *Lucian.* Amor. §. 11. T. V. p. 268. τὸ ἐρωτικὸν ζεῦγος ἐκατέρωθεν ἑξαψάμενος. ζεῦγος φίλιον *Eurip.* Herc. Fur. 1403. Hoc cum cognato ξυναρὶς explicavit *P. Weſſeling.* in Obſſ. crit. l. 27. p. 115. ſq. *Valcken.* ad Phoen. p. 116. — V. 3. ἀποστίχει. Vat. Cod. — τοῦ μέν. Alterius praeſentia me oblectat; alterius abſentia deſiderium mihi movet τὸ λειπόμενον de abſentis deſiderio interpretatur etiam *Salmaſ.* in marg. Guy.

LXXXVI. Cod. Vat. p. 605. Primus edidit *Leichius* in Not. ad Carm. Sepulcr. p. 5. unde repetivit *Toup.* in Cur. nov. p. 255. A puero Theodoro eadem ſibi officia praeſtari cupit poëta, quae Meriones olim Idomeneo praeſtiterit. — V. 1. ἐπὶ Τροίῃ. Vat. Cod. quod etiam ferri poteſt. Vide ad Ep. LIX. 1. — ἀπό. membr. ἐπί. ap. Lipſ. — V. 3. περιδέξιον. ad utrumque miniſterium aptum. Cf. *Interpp. Homer.* Il. φ. 163. — V. 4. ἀλλὰ Leich. bis. — V. 5. τέλειμοι νῦν δεγοπεινῶμεν καὶ διὰ μυριάνην. Vat. Cod. „Salmaſius reponebat βινῶμεν, quod hu„jus loci non eſt, uti ex ſuper. LXXXIV. patet. Quod „dedi, debeo cl. Reiskio, et verum eſſe credo. διαμηριόνη

„fictum eſt a poëta vocabulum, quo alludit ad ſignifi-„cationem verbi διαμηρίσαι. Chorus Avium ap. Ariſtoph. „[v. 705.]

„πολλοὺς δὲ καλοὺς ἀπομαμοκότας παῖδας πρὸς τέρμασιν ὥρας,
„διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἡμετέραν, διεμήρισαν ἄνδρες ἑκάστοι.

„Melior videtur ea ſcriptura, quod in ea integrum no-„men Μηριόνην, e quo petivit acumen poëta, ſervatum „eſt. Cl. Toup legit: νῦν δ' ἄγε πίνωμεν, καὶ διαμηρίσομεν, „quae ſcriptura luſum in verbis, quem ſectatus eſt poë-„ta, non adeo manifeſtum exhibet.“ *Br.* *Schneiderus* in Peric. crit. p. 91. legendum proponit: νῦν δ' ἄγε βινῶμεν καὶ κατὰ Μηριόνην. i. e. ὥσπερ Μηριόνης. Sed βινεῖν muliebri amori proprium eſt. Mihi in his emendationibus deeſſe videtur vocabulum, quod opponatur τῷ πανήμερος. Quare vide, an in ſyllabis νῦν δέ γε lateat νύκτα ſive νυκτὸς δέ. Reliqua nondum ſatis expedio. Caeterum in Merionis nomine eadem ratione luſit *Antip. Sid.* Ep. III. et *Rufinus* Ep. III.

LXXXVII. Vat. Cod. p. 605. Verba initio Ep. ſic accipienda: τίς δύναται γνῶναι, εἰ ὁ ἐρώμενος παρακμάζει. Quomodo is, qui cum amato puero omne tempus exigit, animadvertat, eum defloreſcere? Nam qui heri placuit, quomodo non idem et hodie placeat? et ſi hodie, cur non et proximo die? — ¶. 379.] V. 4. τί παθών. Nota formula, cujus discrimen a ſimili, τί μαθών, ſubtiliter enucleavit *Wolf.* ad *Demoſth.* Leptin. p. 348. ſq.

LXXXVIII. Vat. Cod. p. 606. Edidit *Schneider* in Notis ad Anacr. ex *Abr. Gronovii* Annot. ad *Aelian.* H. A. p. 1003. *van Goens* ad *Porphyr.* de Antr. Nymph. p. 105. *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 45. Cf. *Schneid.* in Per. cr. p. 44. — Ad apem, quae in pueri ore conſederat. Expreſſum ex *Meleagr.* Ep. CVIII. — V. 1. βουπόιητα. *Wart.* βουγενέας μελίσσας dixit *Meleag.* Ep. CX. 13. et *Bianor* Ep. XV. 2. uterque fortaſſe ex *Phileta.*

Cf. *Antig. Caryſt.* c. XXII. ibique *Beckm.* — In fin. verſ. ἐλοῦσα quaedam Apogr. — V. 2. ὑαλέην. levem, ſplendidam faciem. ὑαλόεν. λαμπρόν. πρᾶον. *Heſych.* *Rufin.* Ep. XXXV. ὄμματα μὲν χρύσεια καὶ ὑαλόεσσα παρειά. et in verſſ. ineditis, qui pertinent ad ejusdem Ep. III. τῆς δὲ Ῥοδοκλείης ὑάλῳ ἴσας. Leves pueri παρειάς, ἁπαλὰς appellat et διαυγεῖς *Philoſtrat.* Epiſt. XLIII. p. 942. Ambitioſiore verborum ornatu *Lucian.* Amor. §. 26. T. V. p. 287. τὸ δ' ἄλλο σῶμα, μηδ' ἀκαρῆ τριχὸς αὐταῖς ὑποφυομένης, ἠλέκτρου, φασίν, ἢ Σιδωνίας ὕέλου διαφεγγέστερον ἀπαστράπτει. — V. 3. ἀνθολογοῦσι. Ap. Lipſ. — V. 4. Idem ἐφάψεσθαι. — In Sched. Tryll. ἀκειροτάτου. quod eruditis viris negotium fecit. *Herelius* vidit ἀκηρατάτου ſcribendum eſſe, *Philoſtr.* Epiſt. XXXVI. p. 939. ἀκηράτου χρωτός. cutis pura, ſine ullis maculis. Jungitur ἀκήρατος et ἄχραντος. Vide *Toup.* ad *Longin.* p. 295. — V. 5. σίμβλοις. Vat. Cod. quod emendavit *Salmaſius.* — μελίπαιδας *Schneiderus* interpretatur active (ut βοτρυόπαις ἄμπελος in Ep. *Theocr.* IV.) de favo, unde mel profluit. — V. 6. ἔχων. quaedam ap. vitioſe.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 606. Edidit *Klotz* in Lect. Venuſ. p. 400. Tres priores verſus *Warton* ad *Theocr.* II. p. 143. Poëta formoſo puero munera promiſerat, jurejurando addito. Nunc dubitat, quid ei potiſſimum donet. — V. 1. ἐπίκωμος ἰ. μεταδόρπιον. Vat. Cod. *Heſych.* ἐπίκωμος. ὁ ἐπάδων τῇ φίλῃ· ἢ ἀπὸ οἴνου ᾴδων. *Alciphr.* L. I. 37. p. 164. καὶ μέχρι μὲν τῶν Ἀδωνίων καὶ ἐπίκωμός ποτε πρὸς ἡμᾶς καὶ κοιμησόμενος ἐφοίτα. *Bud.* in Comm. L. Gr. p. 1523. 10. laudat praeterea *Plutarch.* in Symp. VII. Sap. T. II. p. 148. A. καίπερ ἄχαρις καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἥκων. Haec ad tuendam codicis lectionem ſufficiant. — Deinde junge νυκτερινὴν μεταδόρπιον ὥρην. *noctu poſt coenam.* Sic ἐπιδόρπιος ὥρη ap. *Nonnum*, quem *Stephanus* laudat, eodem ſenſu. Eleganter quidem de perſonis μεταδόρπιος dicitur, quod *Br.* in hunc locum invehere conatur

batur; ſed non omnia ad eandem elegantiae regulam exigenda ſunt. — V. 2. εὗρεν membr. non εἶδον, ut eſt in ap. Lipſ. — Pro λύκος *Loesner.* ap. *Schneiderum* Per. crit. p. 91. mallet λύκου; perperam. Se ipſum λύκου voce deſignat, ut paederaſtam. *Plato* in Phaedr. p. 241. D. ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσαι, ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί. Iisdem fere verbis uſus *Ariſtaenet.* L. II. 21. p. 104. addit: καὶ λυκοφιλίας τούτων ὁ πόθος. *Lucillius* Ep. V. de Cratippo quodam paederaſta et cinaedo, λύκος εἶναι πᾶσι λέγων, ἐφάνης ἐξαπίνης ἔριφος. — V. 3. Ἀριστοδόκου. *Wars.* — V. 4. ἐξεφίλουν. ut is ap. *Petron.* c. LXXXVI. *Ut tertia nox licentiam dedit, conſurrexi ad aurem male dormientis: Dii, inquam, immortales! ſi ego huic dormienti abſtulero coitum plenum et optabilem, pro hac felicitate cras puero aſturconem Macedonicum optimum donabo.* — V. 5. δ' omitt. ap. Lipſ. — V. 6. „Ultima ſic melius diſtinguentur: οὔτ' ἀπάτης „γὰρ ἄξιος, Ἑσπερίης οὔτ' ἐπιορκοσύνης. Fuit tempus, quo „apud Graecos, Aſiaticos praeſertim, Romana perfidia „in proverbium abire potuit, eodem modo, quo perfi„dia Punica ap. Romanos.“ *Br.* Diſtinctionem mutavit cl. editor ad mentem *Salmaſii* in marg. Guyet.

XC. Vat. Cod. p. 606. Ad puerum Diphilum. Dum Veneris operi nondum maturus eras, oſculis et, quae plenam voluptatem antecedunt, contentus eram. Nunc te majora poſco, quae dare potes, in poſterum non poteris. In omnibus enim rebus temporis et aetatis habenda eſt ratio. Cf. Ep. LXX. et XXXIX. — Primus hoc Ep. edidit *Schneider.* in Per. crit. p. 89. — πεῖρα. Sic honeſte *Philo Jud.* p. 638. F. ἡ ἐντέρου πεῖραν ἐνδοὺς λαβοῦσα. Plenius *Heliodor.* VII. p. 342. πεῖραν ἔχω σου μᾶλλον τῶν Ἀφροδίτης. — εἴχομεν in ἤγαμεν mutandum cenſebat *Salmaſius*, ſine cauſa idonea, nec expedito ſenſu. — Mox εἰς Vat. Cod. quod ap. Lipſ. in εἴς mutavit, rectius *Schneider.* ἧς. — ἀκμήν. i. e. ἔτι. Vid. *Pierſon.* ad *Moer.* p. 79. — V. 3. ὄπισθεν. Vat. Cod. — τὰ ὄπισθεν.

Aelius Gall. Ep. I. τῷ μὲν ὑπὲρ νηδύν, τῷ δ' ὑπό, τῷ δ' ὄπιθεν. Noſter Ep. VI. 7. ψυχροῦνται δ' ὄπιθεν πᾶσαι. — »οὐ παρεόν»των. Recte ſic cod. participium praeſentis, ſed addito »ὕστερον, intelligitur, poëtam de futuro loqui. Salmaſius »emendabat παρεσόντων, quod minime neceſſarium, et »ne graecum quidem eſt. Futurum ἔσω in uſu non eſt, »dixiſſet παρεσομένων, ſi per metrum licuiſſet.« *Br.* Praeclare monuit *Schneiderus*, tertium verſum huc traductum eſſe ex Odyſſ. λ. 66. ubi Elpenoris umbra Ulyſſem rogat, ut ipſi exequias domi faciat: νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι, οὐ παρεόντων, πρός τ' ἀλόχου. i. e. τῶν καταλελειμμένων οἴκοι. *Schol.*

XCI. Vat. Cod. p. 606. Edidit *Warton.* ad *Theocr.* II. p. 39. Comiſſabundus poëta clauſae amaſii januae incendium minatur. — V. 1. λαμπάδι. Similiter Delphis ap. *Theocrit.* Eid. II. 127. Εἰ δ' ἄλλᾳ μ' ὠθεῖτε καὶ ἀ θύρα εἶχετο μοχλῷ, Πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας. *Ovid.* I. Amor. VI. 57. *Aut ego jam ferro ignique paratior ipſe Quem face ſuſtineo, tecta ſuperba petam. Nox et amor vinumque nihil moderabile ſuadent.* Poëta ap. *Nonium* in *Turbam*: *Nemo unquam vidit, ebrium ire interdiu, neque turbam facere, neque fores exurere.* — V. 2. συμφλέξας. Crudelius quidem hoc, nec tamen propterea ſollicitanda lectio. In Ap. Lipſ. et ap. Warton. σὺμπλέξας. — V. 3. Ἀριανόν. Ap. Lipſ. De forma Ἀδριανὸς vide ad *Philippi* Ep. LVIII. T. II. P. II. p. 188. — V. 4. In verbo πωλήσω non haeſiſſe cl. editorem miror. *Vendendi* ſignificatio locum non habet; *verſari* autem *alicubi* non eſt πωλεῖν, ſed πωλεῖσθαι. Docte et acute *Salmaſius* in marg. ap. Guy, et Ruhnk. φωλήσω. *apertis januis inſidias faciam.* Finge tibi illum poſt januam in angulo (ἐν φωλεῷ) latentem, ſicuti puellam ap. *Tibull.* L. I. IX. 43. *Saepe inſperanti venit tibi munere noſtro Et latuit clauſas poſt adoperta fores.* — Oblique perſtringit

laſcivos Italorum mores, apud quos pueri amantes facilius admittant.

¶. 380.] *XCII.* Vat. Cod. p. 606. Ebrii poëtae eſſe videtur, qui unum ex comiſſantibus rogat, ut ipſi manum porrigat et titubantis dirigat greſſum. Pergit autem ad puerum, cui, niſi forte cum patre cubet, poenas minatur. Qualem poenam cogitet, ex contextu facile ſuſpicari licet. — V. 1. παύσῃς. Vat. Cod. Noſtrum *Salmaſio* debetur. — V. 2. χλεύην ἔσχε. me ludibrio habuit. *Aeſchrion* T. I. p. 189. χλεύην τε ποιεῖ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην. — V. 3. ἀκαίρως. In marg. ap. Ruhnk. ἄκηλος notatur. Sincera eſt lectio membr.

XCIII. Vat. Cod. p. 606. ſq. Edidit *Klotz.* in Muſ. Strat. p. 54. In puerorum gregem, quos poëta cum Amoribus, ex templo forte procedentibus, comparat. — V. 1. ἐκ ποίου ναοῦ. quandoquidem Amores in deorum ſunt contubernio. — V. 2. καταστίλβειν. Vat. Cod. — Amor ap. *Moſchum* Eid. I. 7. χρῶτα μὲν οὐ λευκός, πυρὶ δ' εἴκελος. *Longus* L. II. p. 33. ed. *Moll.* λευκὸς ὥσπερ γάλα, καὶ ξανθὸς ὡς πῦρ, στιλπνὸς ὡς ἄρτι λελουμένος. Formoſus puer ap. *Diodor.* Ep. T. II. p. 306. κἂν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος. — ἀμαυρὰ βλέπω. tanta pulchritudo oculorum mihi perſtringit aciem. — V. 4. οὐ πέλεται ex *Salmaſii* eſt correctione, ſed infelici, pro οὐ δύναται. Quanto melius *Klotzius*, cui hoc ſaltem in loco diva Critica favit,

οὐ δύνατ' εἶναι
ἄνθρωπος τούτων κύριος, εὐ δύναται.

quo et vitium tollitur, et orationis gravitas inſigniter augetur. — V. 5. ἤ δ'. quaedam apogr. πολλοῦ. Vat. Cod. — V. 6. μόνως — ὃς δὲ πόσους. Vat. Cod. μόνος. Ap. Lipſ. μόνον. Sch. Tryll. quae *Salmaſii* conjecturas exhibere ſolent. — Deinde ὃν δὲ πόσος Lipſ. ὅς σε πόσους. Tryll. — Si quis mortalis horum puerorum dominus

eſt, ille Jovem longe multumque ſuperat, qui, quamvis deus, nonniſi unum Ganymeden habet. Quantus igitur is eſſe debet, cui tantus Ganymedum numerus ſuppetat? — Bene hic locus videtur emendatus, niſi quod ex membranis legendum eſt:

ὃς Γανυμήδην

ἔσχε μόνως.

XCIV. Vat. Cod. p. 607. Edidit *Pierſon.* ad *Moer.* p. 97. tertio diſticho omiſſo, quod in quibusdam apogr. ſeparatim exhibetur. Scriptum eſt ad paederaſtam, qui exoletis delectabatur. — V. 1. Grammaticis rationibus docet, quam perverſus ſit mos exoletos amandi. Paedicones nimirum φιλέπαιδας vocari, non φιλοβούπαιδας. Eſt enim βούπαις *grandis puer, puber, exoletus.* Vide *Pierſ.* l. c. — ἡ λέξις ἐξ ἐτύμου φ. ἑλκομένη. ſignificatio vocabuli ex etymologia derivata. — In Vat. Cod. βήμασιν, quod *Salmaſ.* correxit. Idem vero male v. 3. πᾶς φ. tentavit. — V. 5. ἀποβάλλω. Ap. Lipſ. vitioſe. — Senſus manifeſtus: Tu iis pueris oblectaris, quos ego rejeci. Hoc argute ſic expreſſit: ſe Pythia celebrare, Dionyſium illum Olympia; quae referenda ſunt ad anni tempus, quo illi ludi celebrabantur. Pythicorum nimirum celebratio incidebat in vernos menſes, Olympicorum in aeſtivos. Qui ad illa ſerius venerant, vel ab agonothetis rejecti fuerant, Olympiam proficiſci ibique fortunam experiri poterant.

XCV. Vat. Cod. p. 538. Edidit *Bourdelot* ad *Petron.* c. 140. Convertit *Auſonius* Ep. CXIX.:

Tres uno in lecto: ſtuprum duo perpetiuntur,
Et duo committunt; quatuor eſſe reor.
Falleris; extremis da ſingula crimina, et illum
Bis numeres medium, qui facit et patitur.

Conf. Ep. LII. — V. 3. τὸ ἓν. Vat. Cod. — V. 4. κοινὰ ἔργα. pro κοινῶς, ὁμοίως. inſolenter dictum.

¶. 381.] *XCVI.* Vat. Cod. p. 509. „Extat in Pla„nudea p. 252. W. 173. St. ſed in eo graſſata eſt mala „monachi manus.“ *Br.* Amicum hortatur, ut, dum vivat, amet et bibat. Conf. *Rufin.* Ep. XVI. ibique not. — V. 2. παισί. Eodem ſententiarum nexu *Horat.* I. Carm. IV. 18.: defunctus *Nec regna vini ſortiere talis, Nec tenerum Lycidam mirabere.* ubi cum multis ſimilibus etiam noſtrum carmen laudavit cl. *Mitſcherlich.* Initio carminis Plan. καὶ πῖνε καὶ τέρπου ἀμμ. quod *Br.* ex membranis mutavit. „Scribendum καὶ πίε νῦν. Homer. Od. ι. „347. Κύκλωψ, τῇ, πίε οἶνον. Nicarch. ſupra VIII. καὶ πίε „καὶ κοίλαν κάλπιν ἐλαῦν ἄφυσον· et hîc v. 5. νῦν ἐν ἐμοὶ πιέτω. „In πῖνε prima producitur. Palladas XVI. ἔσθιε, πῖνε, μύσας „ἐπὶ πένθεσιν. Quaedam in hoc carmine ferre non po„tuiſſe Planudem, mirabitur, qui attendet ſequens di„ſtichon ab eo receptum fuiſſe, in quo probabile eſt, „ſtupidum hominem nihil intellexiſſe.“ *Br.* — Exitum v. 2. ſic deformavit Planud. αἰεὶ τέρψιος ἐξόμεθα. — V. 3. Ad *Luciani* Contempl. §. 22. T. III. p. 404. τί οὖν ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους καὶ χρίουσι μύρῳ; *T. H.* hos *Stratonis* verſus excitavit. Noſtrum locum cum Ep. ἀδεσπ. LXXVIII. contulit *Burgerſ.* Var. Lect. L. IV. p. 411. Sobrii cujusdam et abstemii cineribus vinum infundens neſcio quis in Anth. Lat. II. p. 284. *Oſſibus infundam quae nunquam vina bibiſti. Martial.* L. III. 12. *Qui non coenat et ungitur, Fabulle, Hic vere mihi mortuus videtur.* De more mortuos ungendi multa collegit *Weſtſten.* N. T. I. p. 515. — V. 5. ἐν omittit Vat. Cod. quod a ſeq. ſyllaba facile abſorberi potuit; nec opus eſt emendatione *Salmaſii* in not. ined. καὶ μὲν ἐμοὶ π. — V. 6. καταχλαςάτω. Vat. Cod. Notandum, Deucalionem pro aqua et diluvio poni.

XCVII. Vat. Cod. p. 510. Plan. p. 104. St. 154. W. Poëta in Draconis nomine ludit. — τὴν τρώγλην. Quo ſenſu accipiendum ſit, apparet ex *Meleag.* Ep. XLIX.

δασυτρώγλων δὲ πίσσα Λασταύρων μελίτῳ πυιμένιν αἰγοβάταις.

XCVIII. Vat. Cod. p. 607. Se non haec ſolum, ſed multa alia puerilis amoris carmina ſcripſiſſe teſtatur. Hoc carmen in fine totius operis a *Stratone* collecti poſitum fuiſſe videtur, ut etiam in Vat. Cod. ultimum locum in Muſa Stratonis occupat. — V. 1. παίγνια. carmina minora, ut *Inſus* ap. Latinos. — V. 3. Hujus loci ſenſus non plane expeditus. Quomodo *Strato* aliis paederaſtis alia ſcribebat? Num illi *Stratonis* ingenio utebantur, ut ap. nos poëtae patellarii pro parva mercede aliis carmina ſcribunt? Vix puto. An ſcripſit noſter:

ἄλλα δ' ἐγὼν ἄλλοισιν ἀεί, φίλε, παισὶ χαράσσω.

Hoc ſenſum haberet commodum; ſed nihil definio. — V. 4. τις μοι τ. ἀνέδωκε. Vat. Cod. Emendatior lectio debetur *Salmaſio*.

XCIX. Vat. Cod. p. 524. Plan. p. 148. St. 215. W. In Capitonem, ocularium, a quo Chryſes quidam inunctus multo minus vidit, quam antea. Lepidum carmen. *Schneiderus* Artemidorum Capitonem perſtringi cenſet in Per. crit. p. 130. Vide Prolegg. noſtra p. XLVIII. ſq. — V. 1. ἐνέχρισεν. ſic Vat. Cod. ἐνέχρισεν. Plan. quod reponendum puto. — V. 2. μαχρόν. Vat. Cod. et Plan. ubi *Opſopoeus* obſervat, in quibusdam exemplaribus μαχρῶν, in aliis μικρὸν legi. Prius dictum, ut *longus annus*, *magna talenta*, et ſimil. ad augendam rem, non ad genus quoddam rei ſignificandum. — V. 5. διπλέθρων. Vat. Cod. — V. 10. οὐκέτι μήποτ' ἴδῃ. „Sic libri omnes: at bene graecum non videtur. Scribendum cenſeo: οὐκέτ' ἂν οὔποτ' ἴδοι.“ *Br.*

NICO-

NICOMEDIS SMYRNAEI ANASTREPHONTA.

Ne lectores fruſtra quaerendo fatigarentur, inſcriptionem horum carminum non mutavi, quamvis falſiſſimam. Septem enim haec diſticha ἀντιστρέφοντα, quae continua ſerie leguntur in Vat. Cod. p. 201. et in Plan. L. VI. c. 4. non ſunt *Nicomedis Smyrnaei*, ſed Νικοδήμου Ἡρακλεώτου, ut diſerte apud utrumque ſcribitur. Ep. VIII. an *Nicodemi* ſit, dubitabant veteres. Lemma enim in Vat. p. 365. Νικοδήμου, οἱ δὲ Βάσσου; et ſic voluit Plan. L. I. c. 39. p. 59. ubi tamen prono errore Νικομήδους, οἱ δὲ Βάσσου, ſcribitur. Hinc *Brunckii* error. — Longe diverſi hominis, *Nicomedis Smyrnaei* medici, ſunt Ep. IX. X. et XI.

¶. 382.] *I.* Plan. p. 416. St. 551. W. — V. 1. φᾶρος. veſtimenta, quae Ulyſſes a Phaeacibus dono acceperat. Vide Odyſſ. N. 10.

II. Ibid. — V. 2. diverſo ordine ἔγραφεν Ὀφελίων et in Vat. Cod. et in Plan. quod cur a cl. editore mutatum ſit, non exputo. Ophelionis pictoris nomen nonniſi ex duobus his diſtichis cognitum habebat *Iunius*. — ἀντ' ἀλκῆς. *quod ei periclitanti auxilium tuliſſem*, interpretatur *Brodaeus*. Hoc verum videtur. Diſertiorem rei explicationem metri lex et artificium non patiebatur. De ſinceritate lectionis dubitabat *Heynius* in Comment. Soc. Reg. X. p. 89. — φίλον θεραπόντα. quia in Bacchi comitatu erat. *Nonn.* Dionyſ. L. XIV. p. 390. In artis operibus ſaepiſſime Panes Bacchi miniſtris junguntur. Vide *Heyne antiquar. Auſſ.* II. p. 71. not. *f.* — Ἀρκάδος. Mercurii, qui apud Arcades inprimis colebatur.

III. Ibid. Non διερῆς vulgo, ſed diviſim δ' ἱερῆς legitur. Ineptum quidem epitheton διερῆς, quod Vat. Cod.

praeſtat, ſed non ſollicitandum. Aërope, Atrei conjux, a Thyeſte in adulterium pellecta, ſive violata, Tragoediarum pars fuiſſe videtur, unde h. l. Ἀερόπης δάκρυα. Cf. *Apollodor.* L. III. 2. 1. *Meziriac.* ad Ovid. Epiſt. T. II. p. 250. ſq. „Obſcurum eſt, quid artifex ſibi in „arte licere putaverit, cum in eodem Epigr. coena „Thyeſtea commemoretur, et ipſa in ea tabula exhi„bita, una cum poena, Atrei fuga ſcilicet, et Pelopiae „inceſtu.“ *Heyne* Comm. Soc. reg. T. X. p. 111. Diverſas ejusdem pictoris tabulas indicare videtur, ut in proximo diverſas Praxitelis ſtatuas. De poena crudelitatis, quam Atreus dedit, vide *Hyginum* Fab. LXXXVIII. — In fine v. 2. *Br.* iterum transpoſuit verba ἐγκρύψειν ἀφελίων.

¶. 383.] *IV.* Ibid. Pan, Nymphae et Danaë Praxitelis ex marmore junctim memorantur in Ep. ἀδέσπ. CCCXV. Non vere Pana, ſed Satyrum ſignificari, ex utre, quem ibi geſtaſſe dicitur, colligit *Heynius* in Comm. T. X. p. 89. not. *u.* Satyros plures elaboravit Praxiteles, quos commemorat *Heyne antiqu. Auff.* II. p. 63. ſq. — V. 2. πᾶνά μι. Planud. et Vat. Cod. Hic etiam Παντελικῆς.

V. Ibid. In imaginem videtur ſcriptum, quae nuptiarum pompam exhibebat; ſponſam nempe ex paterna domo traductam, juvenes Veneri ſacra facientes. — ἐκ θαλάμων. *Homer.* Il. ε. 492. ἐν τῇ μὲν ῥα γάμοι τ' ἔσαν ἠλακάτη τε· Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπολαμπομενάων, Ἡγίνεον κατὰ ἄστυ.

VI. Ibid. Hoc quoque diſticho ad *Homeri* locum, modo laudatum, reſpicitur. Ex Veneris manibus puellam ſponſus accipit. Conf. *Pindar.* Pyth. Θ. 16. — V. 1. αἰθομέναις ὑπὸ δαισίν. Vat. Cod. — εὐρυχόρῳ ſolemni errore edd. veteres.

VII. Ibid. Ἀσκανίη urbs in Bithynia, de qua vid. ad *Diodor.* Ep. XIV. Propter Bacchi cultum illuſtris fuiſſe

videtur regio, ſiquidem Silenus ille, quem commemorat *Alexander Aetolus* fragm. ap. *Strabon.* L. XII. p. 849. B. et L. XIV. p. 999. D. is eſt, quem Bacchicae fabulae illuſtraverunt.

VIII. Vat. Cod. p. 365. Νικοδήμου, οἱ δὲ Βάσσου. Plan. p. 59. St. 85. W. Νικομήδους, οἱ δὲ Βάσσου. — Pro εὑρετο Mſc. Gudian. bis εὑρετο.

¶. 384.] *IX - XI.* „Inſcriptiones iſtae primum vulgatae ſunt ab Octavio Falconerio in Inſcriptionibus „athleticis Rom. 1668. [Gronov. Theſ. VIII. p. 2342.] „Iterum a Sponio in Miſcell. erud. antiqu. p. 131. „unde eas repetiit Fabric. Bibl. gr. T. XIII. p. 348. „quorum ridiculum errorem correxit Gorius Inſcr. antiq. „T. I. p. 271.“ *Br.* Leguntur eaedem in *Donii* Inſcript. Cl. I. p. 25. ſq. et in *Muratorii* Theſaur. CMLXVI. Superſcripta ſunt primo horum Epigrammatum haec verba: Τῷ σωτῆρι Ἀσκληπιῷ εὐστρα καὶ χαριστήρια Νικομήδης ὁ ἰατρός. Dedicat Nicomedes imaginem Aeſculapii pueri, a Boëtho ſculptore factam. De Boëtho disputabimus in *Catalogo Poëtar. Anthol.* v. *Nicomedes.* — V. 1. παιδὸς θεοῖο. divini pueri. Sub pueri ſpecie Aeſculapius colebatur ap. Arcadas, ut tradit *Pauſanias* L. VIII. 25. p. 651. — Παιᾶνος κούρου. Patrem Aeſculapii interpretes ſignificari exiſtimant; equidem *Aeſculapii puerî* interpretari malim. Nam Παιὰν ipſe eſt Ἀσκληπιός, ap. *Orpheum* Hymn. LXVI. ἰητῆρ πάντων, Ἀσκληπιέ, δέσποτα Παιάν — et in aliis locis, quae notavimus in Exercitt. critic. T. II. p. 53. — ἀκαρτιτόκου junctim dederunt plures, inter quos *Falconerius* poëtam propterea barbariei incuſat. Videbatur deus, qualis paulo ante a matre editus erat. — V. 3. Laudatur Boëthi ſculptoris artificium, qui illam ſtatuam etiam poſteris ſpectandam elaboraverat. — ἐμήσατο. *Glaucus* Ep. III. εἷς χειρὸς θεοπρεπὲς ἐμήσατο τέχνα Θαῦμα χιμαιροφόνου. — Falcon. et Spon.

Σκοπᾶδης, pro ſculptoris nomine illud habentes. — V. 5. ζωάγρια νούσων, tanquam pretium pro vita ſervata ſolutum; idem quod σῶστρα in Inſcriptione. — χειρῶν δεῖγμα παλαιᾶς. *monimentum priſcae artis.* Ambiguum, utrum haec ita dicta ſint in laudem Boëthi, ut ejus opus cum antiquiſſimorum ſculptorum operibus comparetur iisque exaequetur, an revera antiqui cujusdam Boëthi ἄγαλμα ſignificetur. Alteri huic interpretationi, in quam fere magis inclinat animus, non obſtat, quod poëta v. 3. ipſum Boëthum alloquitur.

X. Hoc Epigramma eidem lapidi inſculptum ac ſuperius cum titulo: Τῷ βασιλεῖ Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ χαριστήρια Νικομήδης Σμυρναῖος ἰατρός. Scriptum in eandem Aeſculapii imaginem. — V. 1. Boëthus imaginem tuam, Aeſculapi, felici manu expreſſit talem, qualem te Ilithyae in lucem protulerunt. ἐκ Φλεγύου. *Homeri* Hymn. XV. Ἰητῆρα νόσων, Ἀσκληπιόν, ἄρχεμ' ἀείδειν, Τὸν Ἀπόλλωνος, τὸν ἐγείναντο δῖαι Κορωνὶς Δωτίῳ ἐν πεδίῳ, κούρη Φλεγύου βασιλῆος. Conf. *Pauſan.* L. II. p. 171. et *Pindar.* Pyth. III. 10. ſqq. — ἐκτιερεκόμης. Marmor. Noſtrum *Salvinio* debetur. — V. 3. Verba paulo intricatiora ſic ordinanda ſunt: τοῖον σεῖο ἄγαλμα, Ἀσκληπιέ, Βοηθὸς ἔτευξεν πραπίδας ἀγαθῆς χειρός. Mire et inſolenter dictum πραπίδος χειρός, *peritae manus mens*, quae ſcil. haud ſecus ac mente praedita ſtatuam illam elaboraverat. Similis inſolentiae locutio eſt ap. *Philoſtratum* I. Imag. X. p. 778. καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ τείνει τὸν νοῦν εἰς τὴν πυκτίδα. — V. 5. Hanc imaginem tuus, Aeſculapi, miniſter in hoc templo poſuit. — νηῷ ἐν τῷδε. Aeſculapii delubrum a Diocletiano in Thermis Trajani exſtructum fuiſſe docet *Famianus Nardinus* Antiqu. Romae L. III. c. 10. In hoc templo *Falconerius* Aeſculapii hanc ſtatuam a Nicomede dedicatam eſſe ſuſpicatur propter locum, in quo hae inſcriptiones ſunt erutae. — V. 7. σὸς θεράπων. Nicomedes medicus. — ὀλίγη . . δόσιν. Marmor. parvum ex voto

munus, qualia mortales immortalibus tribuere solent, non πόνδε, consiliorum et omnino beneficiorum.

Epitaphium in Nicomeden edidit *Gorius* in Thesauro T. III. p. 127. *Murator.* p. CMLXVII. In lapide subscripta sunt haec: *Εὐψυχῶ Νικομήδης· ἔστιν οὐκ ἔμπης, οὐκ ἐγενόμην, οὐκ εἰμὶ, καὶ οὐ λυποῦμαι. ζήσας ἔτη ΜΔ καὶ ἡμέρας* ΚΓ. Haec verba aenigmatice dicta, V. Docta *Chardon de la Rochette dans le Magaz. Encycl.* An. IV. Ia po. 239. sic interpretatur: *Le courage de Nicomède est ferme: du néant je passai à l'être, et je retourne du néant sans en être affligé, après avoir vecu 44 ans et 23 jours.* Haec interpretatio quomodo conciliari possit cum verbis οὐκ ἐγενόμην, me non satis intelligere fateor.

AMMIANI EPIGRAMMATA.

Praeter Epigrammata, quae hîc sub *Ammiani* nomine leguntur, Vat. Cod. eidem tribuit Ep. inter ἀδέσπ. XLII.

II. 385.] *I.* Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 179. St. 248. W. Dedicationem pilei ab Athenagora rhetore Mercurio factam cavillatur poëta. Prius distichon pro inscriptione donarii habendum esse, bene vidit *Brodaeus.* — V. 1. Ἀρκαδικὸν πῖλον. qualem Mercurius, Arcadum deus, gestare solebat. πῖλος Ἀρκαδικὸς ἢ Λακωνικὸς est ap. *Dion. Chrys.* Or. XXXV. p. 433. A. *Hesych.* Ἀρκὰς κυνῆ. Ἀρκαδικὸς πῖλος. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ. Vide *Toup.* Epist. crit. p. 42. et inprimis *Valcken.* ad *Theocrit.* Adon. p. 345. *Dorvillius* ad *Charit.* p. 4., hoc carmine laudato, monuit, vanissimum rhetorum et sophistarum genus deorum apparitiones solitos esse fingere, unde declamandi occasionem arriperent, et hoc vel illud dedica-

rent, non ſine ſui jactatione. Exemplum ejusmodi dedicationis ſervavit *Phrynichus*: Κατ' ὄναρ Πολέμων ὁ Ἰωνικὸς σοφιστὴς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος εἰκόνα χαλκῆν ἐν Ἀσκληπιείῳ τοῦ ἐν Περγάμῳ τῇ Μυσίᾳ ἀνεθεὶς, ἐπέγραψεν ἐπίγραμμα τοιόνδε· Δημοσθένην Πειθοῦς Πολέμων κατ' ὄναρ. ubi *Phrynichus* temere reprehendit formulam κατ' ὄναρ, *ſomnii monitu*, *ex ſomnii praecepto*; quam illuſtrarunt *Alberti* Obſſ. phil. p. 1. ſq. et *Abreſch.* in Lect. Ariſtaen. p. 300. ſq. Illo *Phrynichi* loco nihil ad noſtrum carmen magis eſt appoſitum. Ut Polemo Demoſthenem, ſic Athenagoras Mercurium ſe per quietem vidiſſe gloriatur. Quum autem ſcripſiſſet, ſe ponere pileum κατ' ἐνόπνιον, *ſomnio illo commotum*; *Ammianus* illum irridens, jungit ῥήτωρ κατ' ἐνόπνιον, quaſi ille ſe non ſtudio et arte, ſed ſomnii viſu rhetorem evaſiſſe dixerit. Ambiguam verborum ſtructuram feliciter, ut fere omnia, imitatus eſt *Grotius*:

Arcadi Mercurio petaſum dedit Arcada munus,
Vovit ut in ſomnis rhetor Athenagoras.

Jam in ſequentibus *Ammiani* mens eſſe videtur haec: Si Athenagoras ſe per ſomnium rhetorem evaſiſſe dicit, donum procul dubio ferendum eſt deo, quo favente illi tam praeclarum artis ἐφεμαῖον contigit; ſin contra ὄναρ, videns et vigilans, non Mercurii afflatu, ſed ingenio et meditationibus, rhetor evaſit, idque nobis perſuadere conatur, ſatis erat poſuiſſe: ῥήτωρ Ἀθηναγόρας, *rhetoris* praedicatione penitus omiſſa. Ceterum de hoc Athenagora nihil aliunde conſtat; quare *Dorvillius*, *Ammiano* cenſuram ex odio natam atque iniquam eſſe, temere pronuntiat. Pilei certe dedicationem a vano et arroganti homine fieri potuiſſe, nemo dubitabit. Quare *Ammiano* fides habenda eſt, dum certiora doceamur. Athenagoras ille, quem Syracuſanorum demagogum fuiſſe conſtat ex *Thucyd.* VI. 35., cum noſtro nihil praeter nomen commune habet. — V. 2. *Joſ. Scaliger* in

not. mſc. ῥήτωρ in ὄφρον mutandum cenſebat; in quo aut non perſpicio acutiſſimi viri mentem, aut eum, vocabulis transpoſitis, voluiſſe cenſeo:

Ἀρχαδικὸν πῖλον κατ' ἐνόπνιον Ἀρκάδι ῥήτωρ
Ἑρμείῃ δῶρον ἔπεμψεν Ἀθηναγόρας.

in quo ambiguitas ſtructurae, quam *Ammianus* ridet, etiam magis ſentitur.

II. Vat. Cod. p. 528. ſq. Ἀμμιάνου, non Ἀββιάνου, ut eſt in Plan. p. 170. St. 247. W. In Flaccum, rhetorem, ſoloeciſmorum ditiſſimum. In eundem, vt videtur, eſt Ep. *Lucillii* LXXXVI. Eum tum temporis, cum *Ammianus* hos verſiculos ſcriberet, inter in Cyprum ſuſcepturum fuiſſe, ſuſpicari licet; niſi poëta hoc tantum finxerit, quia Cyprii barbare loquebantur. Ad vicinitatem Ciliciae, ubi Soloe, Soloeciſmorum patria, reſpici putabat *Huetius* p. 18. — V. 2. »πεντάμυς διακοσίους. Sic codd. omnes, et editiones duae primariae, »recte. διακοσίους τετρακόλλαβον eſt, facta ſynizeſi vocalium ια. Sic Αἰγυπτίας, Αἰγυπτίης, ubi, licet aliter ſentiat Clarkius, υ poſitione longum eſſe credo, et ultimas vocales in unam ſyllabam coaleſcere. Il. β. 811. »Vera, meo judicio, ſcriptura eſt: ἔστι δέ τις περάκροιθε πτόλιος αἰπεῖα πολίτης. Homero, cui prae aliis placuit Ionica dialectus, Atticum πόλεως male obtrudunt. In »Dionyſii Periegeſi v. 118. ſcribendum ex optimis codd. »Ἰσσοῦ ἄχρι πόλιος, Κιλίκων χθόνα, παφλαγόνων. Ubi vulgatae »editiones plane inconcinne habent Ἰσσοῦ ἄχρις πόλιος, »quo ingratius auribus nihil accidere poteſt. Sic in »Empedoclis fragmento, quod habet Anthologia (ed. »Wechel. p. 169.) quodque conſulto omiſi, e codd. »ſcribendum v. 2. ναίετ' ἐν ἄκρῃ πόλιος, ὑγιαδῶν μελεδήμονες ἔργων. Quod enim in Vat. ſcriptum πόλης e prava »pronuntiatione ortum, quae υ et ι confundebat: Jani »Laſcaris cod. recte πόλιος habet. Sed de hoc ſatis." *Br.*

In marg. ed. Wechel. Scholion: γρ. καὶ πέντε διηκοσίους καὶ πεντάκις διακοσίους· ὧν τὸ τρίτον τοῖν δυοῖν πρστέρων χεῖρον εἶναι δοκεῖ. — V. 3. ἀριθμῷ. *paucos.* ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν *Theocrit.* Eid. XVI. 87. — V. 4. τοῦ λοιποῦ. *in posterum. Aristaen.* L. II. 13. p. 93. φυλάξομαι δὲ τοῦ λοιποῦ, ἵνα σε μηδὲν ἀνιάσω. Plenius *Aristoph.* Ran. 594. ἀλλ' ἤν σε τοῦ λοιποῦ ποτ' ὠφέλωμαι χρόνου. Sylvam exemplorum dedit *Wetsten.* ad N. T. II. p. 237.

III. Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 170. St. 247. W. In Asiaticum quendam, subito rhetorem factum. *Brodaeus* de oratore Asiaticum dicendi genus sectante accipiebat; sed minus recte. Thebanus fuisse videtur, vel certe Thebis prima oratoriae facultatis specimina dedisse. Hinc *Ammianus:* καὶ τοῦτ' ἐν Θήβαις νῦν γέγονεν τὸ τέρας. etiam hoc prodigium ceteris, quae Thebis acciderunt, annumerandum est. De Sphinge agi putabat *Brodaeus*; quod mihi secus videtur. Respicitur potius fabula de Tiresia, qui, cum mulier esset, repente vir evasit. Vide ad *Evenum* Ep. XII. — οὐδὲν ἄπιστον. jam nihil non credibile! Paulo disertius *Archilochus* fr. XVI. χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον. ubi vide not.

IV. Cod. Vat. p. 529. Plan. p. 170. St. 248. W. Etiam in hoc disticho rhetorum imperitiam perstringens, certissimam viam ad eloquentiae laudem Paulo indicat, literas non discere. Plurimum huc facit, quod rhetor ille glorioſus ap. *Lucian.* T. III. p. 15. ed. R. ad discipulum: ἀνίπτοις τοῖς ποσὶν ἔμβαινε, οὐ μεῖον ἔχων διὰ τοῦτο, οὐδ' ἄν, τὸ κοινότατον, μηδὲ γράφειν τὰ γράμματα εἰδῇς· ἄλλα γάρ τι παρὰ πάντα ταῦτα ὁ ῥήτωρ. Τὰ γράμματα μανθάνειν dicuntur, qui literarum figuras discunt. Notus senarius, γράμματα μαθεῖν δεῖ καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν. *Porphyrius* de Abstin. L. II. 41. οὐδὲ πᾶς τὰ γεγραμμένα δύναται ἀναγιγνώσκειν, ἀλλ' ὁ μαθὼν γράμματα. — διδάξαι ῥήτορα. ad rhetoricam artem fingere et formare. Graecismum illustrat

D. Herald. ad *Martial.* p. 110. ſq; fuſius *T. H.* ad *Ariſtoph.* Plut. p. 4.

V. In Cod. Vat. deſideratur. Plan. ibid. In eundem Maurum rhetorem ſcriptum videtur *Palladae* Ep. XXXIX. — Quem noſter βαρύχειλον vocat, idem ὑγγχειλέφας ap. *Palladam.* — Ad verba δαίμονα λευκοφόρον varia comminiſcitur *Brodaeus.* Cacodaemonem eum appellari putat, candida indutum veſte, quod paucis ante diebus manumiſſus eſſet. *Tertullianum* enim inter manumiſſionis inſignia etiam albam veſtem numerare. Deinde putat, ad τὰς λευκάς, *vitiliginem albam*, reſpici. Vide *Bernard.* ad *Theoph. Non.* T. II. p. 234. Alia minus probabilia praetereo. *Opſopoeus*, rhetores olim albis veſtibus indutos inceſſiſſe, arbitrabatur, et hinc *Creſollius* in Theatr. Rhetor. L. III. 16. Theſaur. Gron. T. X. p. 123. Rideri autem Maurum, nihil rhetoris habentem praeter veſtem. At haec ad poëtae acumen illuſtrandum non ſufficiunt. Rhetores illorum temporum cum declamaturi in publicum procederent, candida toga indutos fuiſſe, et per ſe probabile eſt, et intelligitur ex *Perſii* Sat. I. 15. *Scilicet haec populo, pexusque togaque recenti, Et natalitia tandem cum ſardonyche albus, Sede leges celſa.* ubi vide *Caſaubonum.* Maurum autem Africanum fuiſſe, cum nomen hominis docet, tum epitheton βαρύχειλος, quo ad tumida gentis illius labia reſpicitur. Hunc igitur poëta miratur, quod ſe tanquam deum ſive daemonem artis rhetoricae gerat, cum *ater* ſit *daemon*, et *cui per mediam nolis occurrere noctem*, ut de ſervo Mauro *Juvenal.* V. 53. Similiter de Aegyptio Anthol. Lat. T. I. p. 608. 3. *Quem niſi vox hominem labris emiſſa ſonaret, Terreremur viſos horrida labra viros. Dira Adrumeta tuum rapiant ſi Tartara monſtrum, Cuſtodem hunc Diis debet habere domus.* In voce δαίμων ambiguitatem eſſe, nec *Huetium* fugit p. 18. virum perſpicaciſſimum. δαίμων ῥήτωρ eſt *egregius et plane divinus rhetor*; ſicuti *Herme-*

ſianax ap. *Athen.* XIII. p. 597. verſ. 28. Homerum ἡδιστον δαίμονα μουσοπόλων vocat; quod ne conjectura tentes, vetat *Columella* Praef. L. I. 30. *Nec parens eloquentiae, Deus ille Maeonius* — imitatus fortaſſe *Ciceron.* IV. ad Attic. 15. *Deus ille noſter Plato.* — Deinde vero δαίμων pro genio quodam, ſive larva ex inferis emiſſa, ponitur. *Manes* enim *ſepulti* δαίμονες vocantur, quare Mors δαιμόνων κοίρανος ap. *Euripid.* Alceſt. v. 1140. Cf. *Dorvillium* ad *Charit.* p. 108. et 178. Multa autem illa tempora de daemonibus *atris*, miſeros mortales infeſtantibus, ſomniabant. *Pauſan.* L. VI. 7. p. 468. de Daemone ap. Temeſſenſes: χρόαν δὲ δεινὸς μέλας καὶ τὸ εἶδος ἅπαν ἐς τὰ μάλιστα φοβερός. *Lucian.* T. III. p. 57. ed. R. ὁ δαίμων αὐχμηρὸς καὶ κομήτης καὶ μελάντερος τοῦ ζόφου. *Palladas* Ep. XL. 6. ἡ δὲ τάλαινα φειδιτῶν δαιμονίων ἐμαγέλαν ἔτρεχε.

¶. 386.] *VI.* Cod. Vat. p. 538. In Plan. p. 131. St. 189. W. ſine auctoris nomine proſtat. Schol. in marg. ed. Wechel. Εἰσί τινες οἱ ὑπ' ἀργείας τὸν δάκτυλον ἢ τὸν κάλαμον λείχουσιν· ὁ δέ φησι, οὐκ ἐπιχθόνιμαι σοὶ ἀργῷ ὄντι, ἀλλ' ὅτι οὐ μόνον τὸν κάλαμον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο λείχεις. Tecte rem infamem ſignificat auctor Scholii, qui hoc diſtichon rectius accepit, quam *Joſ. Scaliger* de Em. Tempor. p. 480. qui de poëta agi putabat ad aram Lugdunenſem victo et carmina ſua lingua delere juſſo. Cf. ad *Lucillii* Ep. LXXVIII. Senſus carminis noſtri magis apparebit, comparato Ep. ἀδέσπ. LXXIV. et LXXV. — V. 2. ποεῖς. Ed. pr. et tres Aldinae.

VII. Vat. Cod. p. 522. *Ammiano* vindicat; in Plan. p. 157. St. 229. W. etiam hoc ἄδηλον. De obſcuro quodam oppido, quod ſibi metropolios nomen temere arrogabat. — πόλις. cum gravitate dictum, ut ap. *Procopium Gazaeum* Orat. edita in *Villoiſonii* Anecd. T. II. p. 45. ἡ πόλις τὸν εὐεργέτην, δι' οὗ νῦν αὐχένα γαῦρον ἐπαίρει καὶ πόλιν εἶναι. *in urbium numero habeor.*

VIII. Vat. Cod. p. 538. Plan. p. 167. St. 243. W. Ad Marcum quendam, cruce dignum. Initio diſtichi et ap. Planud. et in Vat. Cod. Μαστάῤῥων legitur, quod *Brodaeus* ad Marci patriam, Maſtaurum, referebat. Idem Λαστάῤῥων legendum conjecit, quod *Br.* in textum recipere non dubitavit. Hoc ſi verum, Marcus ut cinaedus traducitur. λάστανροι. πόρνοι. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 41. et *Interpp. Heſychii* v. Λάσταρνοι. Emendationis neceſſitatem non video. — Utram vocem praetuleris, ad reliqua nihil intererit. Demtis enim, ex *Ammiani* praecepto, duabus literis, σταύρων relinquetur. Habes hic primum exemplum ejuſmodi luſus, quem recentiores *Logogriphum* appellare ſolent. Hujus generis plura in ſeqq. occurrunt.

IX. Vat. Cod. p. 538. Plan. ibid. „Nominis Μάρκος demta prima litera, ſupereſt ἄρκος, idem quod „ἄρκτος.“ *Br.* Marcum igitur dignum cenſet, qui ab urſis dilaceretur. Talia παρὰ γράμμα σκώμματα et παραγραμματισμοὺς vocari, notavit *Brodaeus.* Sed hanc ſibi interpretationem displicere ſignificavit *Salmaſius* in notis inedit. meliorem ſe alibi daturum eſſe promittens, cujus promiſſi fidem non exſolvit. Ad *Brodaei* tamen interpretationem ſtabiliendam facit *Ariſtoteles* Rhetor. L. III. 11. 6. de urbane dictis agens, et praecipue de eo genere, quod in παραδόξοις verſatur: ὥσπερ ἐν τοῖς γελοίοις τὰ παραπεποιημένα. ὅπερ δύναται καὶ τὰ παρὰ γράμμα σκώμματα· ἑκάστῃ γάρ. — τὸ δὲ παρὰ γράμμα ποιεῖ οὐχ, ὃ λέγει, λέγειν, ἀλλ' ὃ μεταστρέψει ὄνομα. — De forma ἄρκος pro ἄρκτος vide *Euſtath.* ad Odyſſ. ε. p. 223. 35.

X. Vat. Cod. p. 538. ad *Ammianum* refert. In Planud. p. 167. St. 243. W. *Palladae* tribuitur cum duobus ſequentibus. Scriptum eſt in malignum et alienis malis gaudentem. — V. 2. ἐνδεχόμενος ὤν. cum natura malus ſis. *Artemidor.* Oneroct. II. 13. φαλάγγια δὲ καὶ ἐνδε-

πλεῖ καὶ σκελβωνδέμ πονηρὸς σημαίνει ἄνθρωπους. Vide *Wetſten.* ad N. T. II. p. 782. ſq. — V. 3. ἑκών τι Plan. ἑκοντί. Vat. Cod. — ἄφιεις. Vat. Cod. — V. 4. κοτὲ κρονικὸς. Vide ad *Lucillii* Ep. LI. *Ovidius* in Ibide v. 217. *Te fera, nec quidquam placidum ſpondentia Martis Sidera preſſerunt, falciferique ſenis.* Cf. *Caſaub.* ad *Perſii* Sat. V. 50.

XI. Vat. Cod. p. 538. Plan. ibid. ut *Palladae.* In Pollianum, qui, ut alter Oedipus, patrem, matrem fratremque occiderat. — Quamvis Iocaſta ipſa ſibi intulit manum, et ejus filii mutua perierunt caede, horum tamen malorum omnium cauſa videbatur Oedipus. Hujus autem filii, item fratres ejus erant; unde ap. *Sophocl.* in Oed. T. 1481. liberos ſuos ad ſe vocans, δεῦρ' ἴτ' ἐλθέτε, ait, ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας. *Seneca* Oedip. v. 872. *me petat ferro parens, Me natus: in me conjuges armet manus Fratresque.*

XII. Vat. Cod. p. 538. Plan. ibid. ut *Palladae.* In hominem nequam, ſenem et podagrum. — ἡ ποδάγρα — σύρει. Ad paroemiacum dicendi genus videtur reſpici, quo uſus eſt *Theocrit.* Eid. X. 17. σύρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν· ἄχεις πάλαι ὧν ἐπιθύμεις.

¶. 387.] *XIII.* Vat. Cod. p. 538. Plan. p. 167. St. 242. W. *Martialis* L. IX. 30. Epigramma in Phiſaenidem his verſibus claudit:

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

quae ex graeco *Ammiani* converſa eſſe volunt *Potterus* Archaeol. IV. 7. *Goens* de Cepotaph. p. 66. etiam *Menag.* ad *Diogen. Laert.* VI. §. 49. p. 256. qui hanc ob cauſam *Ammianum Martiale* antiquiorem putant. Mihi haec argumentatio errore carere non videtur. Sed de his olim disputabitur in Hiſtor. crit. Poëtar. Anthol. v. *Ammianus.*

XIV. Vat. Cod. p. 536. Plan. p. 169. St. 246. W. Avarum quendam, qui vicinorum agrorum terminos movere audebat, de futura ejus ap. inferos paupertate admonet. Eodem ſententiarum nexu *Horat.* L. II. Carm. III. 17. *Cedes coemtis ſaltibus et domo, Villaque — Victima nil miſerantis Orci.* et magis etiam L. II. 18. 23. *Quid? quod usque proximos Revellis agro terminos, et ultra Limites clientium Salis avarus — Nulla certior tamen Rapacis Orci fine, deſtinata Aula divitem manet herum.* ubi diligentiſſimus interpres noſtri carminis memor non erat. — παροιζων. Hoc verbum, ſicut etiam παροιστὰς in lemmate, quorum ſignificationem verba Horatiana diſerte explicant, ex hoc uno loco cognitum habuit *Stephanus.* — V. 3. Ante ἄμοιρος lacuna eſt in Vat. Cod. in marg. autem ſic ιρι. Deinde ὁμοίως. *Luciani* Charon T. III. p. 62. ed. Bip. ὦ μάταιοι, τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὄροις διακέκριται τὰ νεκρῶν καὶ τὰ ζώντων πράγματα· καὶ οἷα τὰ παρ' ἡμῖν ἐστι· καὶ ὅτι κἀκεῖθεν ὁμῶς ὅ τ' ἄτιμβος ἀνήρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβου, Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ Ἶφος, κρείων τ' Ἀγαμέμνων. — Apud eundem in Mort. D. I. 3. T. II. p. 131. Diogenem facit divitibus nuntiari jubentem: τί, ὦ μάταιοι, τὸν χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ τάλαντα ἐπὶ ταλάντοις συντιθέντες, οὓς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγον. Cf. *Antiph.* Ep. IV. τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην, Ἐκ πολλῶν ὀβολὸν μοῦνον ἐνεγκάμενος.

XV. In Vat. Cod. p. 543. auctoris nomine caret, quod in Planud. p. 141. St. 204. W. adſcriptum eſt. Cf. *Nicarchi* Ep. XXIII. — V. 3. ἐᾶν εὖσον. De more ſternutantibus acclamandi vide *Interpp. Petronii* c. XCVIII. et *Scaliger.* in Lectt. Auſon. L. I. c. 16. Sternutationem pro re ſacra habitam eſſe a veteribus, notavit *Athen.* L. II. p. 66. qui ineptam hujus ſuperſtitionis cauſam affert. Vide *Caſauboni* Animadv. p. 138. Ex noſtro autem loco apparet, ſternutantibus non alios

tantum, sed ipsos sibi acclamasse, quod hinc notavit *Morin sur les souhaits en faveur de ceux qui éternuent*, *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. V. p. 436. et *Potter.* in Archaeol. II. 17. — V. 4. τὰς ἀκοάς. Vat. Cod.

XVI. Vat. Cod. p. 521. *Lucillio* tribuit; *Ammiano* Planud. p. 157. St. 228. W. Historia de pusillo quodam homine, qui, cum murem in cavo suffocasset, se cum Hercule comparabat. — V. 1. Μάρκωνα Vat. Cod. — V. 2. μικρὸς malebat Anonymus Bibl. Bodlej. — V. 3. ψιλῆς. Vat. Cod.

XVII. Vat. Cod. p. 522. Ἀμμιάνου, οἱ δὲ Νικάρχου. Idem lemma in Plan. p. 157. St. 229. W. In Diodorum, pusillum, qui spinam ex pede acus ope extracturus, ipsam acum pede pertudit. Cf. *Lucillium* Ep. LVIII. — V. 1. Notanda vox λεπταυχενός, aliunde non cognita. — V. 2. ἐκβύσειεν. Vat. Cod.

XVIII. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 159. St. 232. W. In capite εἰς μακρούς. In Stratonicenm — militis nomen esse videtur — ingentis amplitudinis hominem, quicum plures in eadem urbe habitare posse non videbantur.

¶. 388.] *XIX.* Vat. Cod. p. 509. Male auctoris nomen in *Abbianus* mutatum est in Planud. p. 172. St. 251. W. ut et Ep. II. De culcitra durissima, cui in Procli domo incubuerat. — V. 1. ἐπὶ ξενίαν. *ad hospitis coenam invitatus*, ut videtur. Adscribam verba *Stephani* in Thes. L. Gr. T. II. p. 1126. D. „Sicut autem ἐπὶ „ξένια καλεῖν dici docui pro hospitio invitare, sive ad „hospitium, sic et ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν alicubi legitur in eadem „significatione. Sed ego locos hosce suspectos habeo, et „vel ἐπὶ ξένια (a nominativo singulari ξένιον) vel ἐπὶ ξενίαν „reponendum censeo, quod ap. Philonem legitur, alio„qui tamen rarum.“ *Ammiani* tum non meminerat vir doctissimus. — Verba ὅτε παιδὸς ὄντος μου jungenda cum

ſubſequentibus: Quum heri in hoſpitium eſſem vocatus et dormiendi tempus appetiviſſet, culcitrae incubui vere ſaxeae. — V. 2. ἐπεκλίθην. Vat. Cod. — τοργόνος ἡ N. quia illa omnia adſpectu ſuo in ſaxa mutabat, haec ipſa in ſaxum mutata erat. — V. 3. μὲν om. Vat. Cod. et vett. edd. ante *Stephanum*. — V. 4. Πλόκλου vitioſe pro Πρόκλου exſcr. in ed. Lipſ. — V. 6. Periiſſem ſane in hoc tam duro cubili. Ludit poëta in τύλην et στήλην, *cippum* intelligens tumulo imponendum.

XX. Vat. Cod. p. 566. Plan. p. 185. St. 270. W. *Stob.* Flor. T. X. p. 127. 30. Gesn. 75. Grot. De Apellis cujusdam coena, in qua convivis nihil praeter olera apponebatur. Olera autem pro viliſſimo cibi genere habentur *Juvenal.* Sat. IX. 78. *Curius parvo quae legerat horto Ipſe focis brevibus ponebat oluſcula: quae nunc Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.* Hinc veteris diſciplinae cultor et magiſter Oſellus ap. *Horatium* II. Serm. II. 116. *Non ego — temere edi luce profeſta Quicquam praeter olus, fumoſo cum pede pernae.* — V. 1. ὡς κῆπον τεθυκώς. quaſi hortum mactaſſet, non hoſtiam. Simili feſtivitate *Horatius* ad Iccium I. Epiſt. XII. 21. *Verum ſeu piſces, ſeu porrum et caepe trucidas.* — V. 3. τῆλις. Vat. Cod. Vulgo τῆλυς. quod nimis patienter tulerunt priſtini editores. τῆλις eſt foenum graecum, unde, oleo affuſo, aliisque herbis additis, ἥδυσμα quoddam parabatur, τήλινον vocatum. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 331. E. F. — V. 6. ἐκπνίσας. Vulgo.

XXI. Vat. Cod. p. 529. ſq. Plan. p. 187. St. 273. W. Ad hominem, neſcio quem, qui, barbam alens, ſe pro philoſopho habitum iri putabat. Cf. *Luciani* Ep. XXIII. ubi vide not. Herodes Atticus ap. *Gellium* N. A. IX. 2. cum vidiſſet *palliarum et crinitum* quendam, *barbaque prope ad pubem usque porrecta* — eum interrogavit, *quisnam eſſet? Atque ille vultu ſonituque vocis objurgatoria*

philoſophum ſeſe eſſe dicit, et mirari quoque addit, cur quaerendum putaſſet, quod videret. Video, inquit Herodes, barbam et pallium, philoſophum non video. De barba philoſophorum quaedam dedit *D. Heraldus* in Adverſ. II. 16. p. 131. — V. 2. μυιοσόβην. muſcarium, flabellum abigendis muſcis. Vide *Polluc.* X. 95. qui reſpexit verſum *Menandri* ap. *Athen.* L. XI. p. 484. E. in convivii deſcriptione: πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. de quo more videndus *Reimarus* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 1245. 9. Erant haec muſcaria ſaepiſſime ex pennis caudae pavoninae compoſita, quale illud eſt ap. *Martial.* XIV. 67. *Lambere quae turpes prohibet tua prandia muſcas, Alitis eximiae cauda ſuperba fuit.* ubi vide *Raderum.* Tum etiam ex cauda boum. De bobus Indicis agens *Aelian.* Hiſt. An. XV. 14. ἐκ τούτων γε τῶν βοῶν καὶ τὰς μυιοσόβας ποιοῦνται. In *muſcarium bubulum* diſtichon eſt *Martial.* XIV. 71. Propter ſimilitudinem et uſum caudam equi *muſcarium* appellat *Vegetius* in Mulom. IV. 1. 1. et paſſim. — V. 3. κείρων. Vat. Cod. — V. 4. φθειρῶν. *Menti dominus pediculoſi* eſt ap. *Martial.* XII. 59. *Julian.* in Miſop. p. 338. C. de barba ſua jocatus: προστέθεικε τὸν βαθὺν τοῦτον πώγωνα. — ταῦτά τοι διαθεόντων ἐνέχεμεν τῶν φθειρῶν, ὥσπερ ἐν λόχμῃ τῶν θηρίων. — In fine γέγονεν Vat. Cod.

XXII. Vat. Cod. p. 530. Planud. p. 187. St. 273. W. Nihil jam ad philoſophiae profeſſionem requiri, quam atticarum quarundam, Platonicarum inprimis, vocularum et phraſium copiam, cum barba et pallio conjunctam. De illa ſophiſtarum cacozelia vide *Creſoll.* in Theatr. Rhet. L. III. 23. et quae ſupra notavimus ad *Cerealii* Ep. II. p. 345. — V. 3. στόλιον. pallium breve et anguſtum. μάλιον. coma demiſſa. *Schol. Theocr.* Eid. XI. 10. κιχλίνοις. τοῖς μαλλοις. κόμῃ. Vide *D. Heinſium* ad *Heſych.* μάλιον, etiam hunc verſum excitantem. — ὦμον ἔξω Exerto humero Cynici incedebant. Is, qui Commodo vitae

vitae finem praedixit, φιλοσόφου φέρων σχῆμα, βάκτρον γὰρ ἦν αὐτῷ μετὰ χεῖρας, ἡμιγύμνῳ τε αὐτῷ ἐκκρεμὴς πήρα. *Arriani Epictetus* a *Brodaeo* laudatus περὶ κυνισμοῦ· ἢ τοῖς ἐντυγχάνουσι λοιδορεισθαι ἀκαίρως, ἢ καλὸν τὸν ὦμον δεικνύειν. Hinc ἐξωμίαι dicebantur Cynici, eorumque veſtitus ἐξωμίς, de quo vid. *Salmaſius* ad *Tertull.* de Pall. p. 255.

¶. 389.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 509. ſine auctoris nomine. Ἀββιανοῦ nomen adſcriptum in Plan. p. 129. St. 187. W. Lu lit poëta in vocabulo ἐγχεσιμώρου, quod ap. *Homerum bell coſum, haſta furentem* ſignificat, Il. β. 62. η. 134. hoc loco autem ſive τὸν ἔγχει μωραίνοντα, haſta inepte utentem, ſive ſummo cum labore jaculantem, ſecundum etymologiam a veteribus probatam: οἱ περὶ τὰ ἔγχεα μεμορημένοι, ὅ ἐστι, κακοπαθοῦντες. Vid. *Albert.* ad *Heſych.* T. I. p. 1077. 17. Simplicius tamen cum *Stephano* in Theſ. L. Gr. T. I. p. 1373. B. ſtultos et fatuos pugnatores intelligas. Poëtam praeterea in nominibus iſtorum hominum argutatum eſſe volunt *Brodaeus* et *Opſopoeus*. Κυλλὸς eſt *mutilus*, ut *Lucill.* Ep. XI. κυλλὸς δ' ἡκόντιζεν ἀμείλονα, ubi vide not. In λεῦρος autem ejusmodi alluſio nulla eſt. Quod enim *Opſopoeus tenuem* interpretatur, id falſiſſimum. Sed cogitabat procul dubio de λειρός, de quo vocabulo proſtat haec gloſſa *Heſychii*: Λειρός· ὁ ἰσχνός, καὶ ὠχρός. καὶ Ληρίας (Λειρίας. Steph. et Guyet.) λέγουσι κύνας, τὰς κατισχνωμένας καὶ ἀποβαλούσας τρίχας, ἢ τὸν μικρὸν λαγών.

XXIV. Vat. Cod. p. 509. Etiam h. l. Plan. p. 421. St. 62. W. Ἀββιανοῦ. In Lucium quendam, qui plures ſenatores, quorum nomina per α incipiebant, interfecerat. Quum, *Ammianus* ait, veriſimile ſit, te in his caedibus eodem, quo coepiſti, ordine progreſſurum eſſe, tibi jam nunc praedico, me Originem appellari, teque proinde ad me ultimo loco eſſe venturum. Obſcurum eſt, quo hoc carmen ſpectet. Docta quidem *Brodaei* con-

jectura, illud ad Valentem imperatorem referentis, cui cum ſortes indicaſſent literas quasdam, in ſucceſſoris ſui nomine futuras, is omnes, in quorum nominibus fatales illae literae invenirentur, capitali poena afflixit. Sed qui hanc hiſtoriam ap. *Amm. Marcell.* L. XXIX. 1. 2. legerit, is ſtatim intelliget, eam ab *Ammiani* carmine abhorrere. Aliter rem narrat *Zoſimus* L. IV. 13. p. 302. ubi vide *Heynium* p. 637. In Chriſtianorum ſub Valente perſecutionibus *Lucius* quidam, Arianorum Epiſcopus, nomen ſuum inter implacabiles aliter ſentientium inimicos profeſſus eſt, de quo *Suidas* in οὐάλης. Hunc fortaſſe de Lucio *Ammiani* noſtri interpreteris; nec tamen hac ὁμωνυμία ſola res confici poteſt, cum *Ammiani* praeſertim aetas incertiſſima ſit. Jam Brunckium audiamus: „Factum videtur hoc carmen in delatorem quen„dam, qui capitalium criminum plures ſenatorios accu„ſaverat, quorum forte incipiebant a litera A nomina. „Id autem ſub Valentis imperio contigiſſe probabile „non eſt: antiquior videtur fuiſſe Ammianus.“ — V. 1. τοὺς ἀπὸ ἄλφα. In his verbis fortaſſe amphiboliam quaeſivit poëta. οἱ ἀπὸ ἄλφα et ii eſſe poſſunt, quorum nomina per α incipiebant, et ii, qui dignitate, opibus et honoribus florerent. *Martial.* L. II. 27. *Codrus alpha paenulatorum.* L. V. 27. *Quod alpha dixi, Codre, paenulatorum.* Ut viri in aliqua re primarii alpha vocabantur, ſic *Eratoſthenem* τὸ βῆτα appellatum fuiſſe conſtat, διὰ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας. *Suid.* in Ἐρατοσθένης. — V. 2. τὸν ἀδ. ἔχεις. fratrem habes, quem perimas, propter initialem v. ἀδελφός. — V. 3. ἐστιν in Anal. excuſum pro ἐστι. — V. 4. ἤδη cod. Vat. Cod. et Plan. quod cur mutatum ſit, ignoro. — Nomen Origenis propter initialem literam ω potiſſimum a poëta eſt poſitum. Fortaſſe tamen praeterea aliud quoddam reſpicitur, quod in hac hiſtoriae obſcuritate indagare nequa licet.

XXV. Vat. Cod. p. 454. ſq. *Ammiano* tribuit, quod *Lucillii* eſt in Plan. p. 15. St. 25. W. Paraſitos increpat, qui, ut a regibus ſuis alantur, plorare et ridere neceſſe habeant, non ex animi ſententia, ſed ex regis juſſu. — V. 1. ὄνθρωπε Vat. Cod. — V. 3. ἐστυγωμένῳ. Vat. Cod. — V. 4. συγγελάωντι Vulgo et in Plan. Voces perperam conjunctas divilit *Wetſten.* ad N. T. II. p. 80. Adulatores ap. *Plutarch* T. II. p. 13. B. σιωπᾶτες, ὅθ' οἱ τρέφοντες γελῶσι. Boni ſervi officium ſic deſcribit Soſia ap. *Plautum* Amphitr. III. Sc. III. 4. *Atque ita ſervum par videtur frugi ſeſe inſtituere: Proinde heri, ut ſint, ipſe item ſit: voltum e voltu comparet: Triſtis ſit, ſi herî ſint triſtes: hilarus ſit ſi gaudeant.* Obſequioſum amantem inſtruens *Ovid.* II. A. A. 200. *Quod dicet, dicas; quod negat illa, neges. Riſerit, arride: ſi flebit, flere memento. Imponat leges vultibus illa tuis.* — V. 5. κλαυθμοῖο. Plan. quod ſuavius ad aures accidit. — V. 6. „E ſingulis vocibus κλαιωμιλίᾳ et γελοωμιλίᾳ duas inepte „fecerunt. quas ineptius interpretati ſunt. Voces ſunt „fictae et compoſitae ex κλαίω, γέλως et ὁμιλία. *n'ayant „ſujet ni de pleurer, ni de rire, mais riant et pleurant „par compagnie.*“ *Br.* Haud aliter haec ſcripſit et explicuit Vir Doctus ap. *Huetium* p. 5. Ablativi κλαιωμιλίᾳ et γελοωμιλίᾳ arcte jungendi ſunt cum participiis συγκλαίων et γελῶν in v. 4. quibus interpoſitus v. 5. pro parentheſi habendus eſt. Non igitur putaverim cum cl. *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 38. conſtructionem laborare; multo minus ejus auctoritatem ſecutus corrigere velim: ἦ τί σοι, οὐ κλαυθμοῦ — nota interrogandi in fine poſita. *Grotium* vulgatam lectionem ſecutum eſſe miror: *Aſt ego tam Miliae rideo quam lacrymo.* Scholiaſt. in ed. Wech paroemiam hic ſuſpicabatur; *Brodaeus* de uxore *Lucillii* (*Ammiani*) agi putabat.

XXVI. Vat. Cod. p. 509. Plan. p. 52. St. 74. W. (Ἀββιανοῦ.) Mors omnes appetit eosque, alium alio

morbo affectum, in idem detrudit barathrum. — V. 1. ὡὼς *eruditur dies die. Horat.* II. Carm. XVIII. 15. ubi cl. *Mitscherl* inter alia similia et nostrum locum adscripsit. — V. 2. ὁ πορφύρεος. secundum *Homer.* Il. ε. 83. et π. 334. Pluribus facete dictis Homerica haec βῆσις locum fecit, quae collegit *Gataker.* in Misc. posthum. p. 847. — V. 3. Alios tabes, alios febris, alios tumor et aqua intercus abripit. De morte homines in medio cursu evertente agens Mercurius ap. *Lucian.* in Contempl. §. 17. T. III. p. 54. ἄγγελοι δὲ αὐτοῦ, ait, καὶ ὑπηρέται μάλα πολλοί, ὡς ὁρᾷς, ἡπίαλοι καὶ πυρετοὶ καὶ φθόαι, καὶ περιπνευμονίαι — : καὶ τούτων οὐδὲν ὅλως αὐτοὺς εἰσέρχεται, ἔστ' ἂν εὖ πράττωσιν. — et paulo post: νῦν δὲ ἐς αἰεὶ ἐλπίσαντες χρήσεσθαι τοῖς παροῦσιν. ἐπειδὰν ἐπιστὰς ὁ ὑπηρέτης καλῇ καὶ ἀπάγῃ, πεδήσας τῷ πυρετῷ ἢ τῇ φθόῃ, ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν ἀγωγήν, οὔποτε προσδοκήσαντες ἀποστασθήσεσθαι αὐτῶν.

XXVII. Cod. Vat. p. 534. Planud. p. 151. St. 220. W. Dum Niceten laudare videtur, ut musicum medicumque praestantissimum et alterum Apollinem, recte eum perstringit. Ἀπόλλων ὠτῶν nimirum is est, qui canendo ἀποκναίει τὰ ὦτα τῶν ἀκροατῶν, aegrotorum autem Ἀπόλλων, qui illos non curat, sed perdit. Respicitur, ut jam satis apparet, ad etymologiam nominis, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύναι derivati, cujus auctor fuisse videtur *Euripides* in Phaethonte ap. Schol. in Oic. v. 1397. Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὡς μ' ἀπώλεσας, Ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς καλεῖ βροτός. Conf. *Macrob.* Saturn. I. 17. — V. 1. ἀΐδων. Vat. Cod. et ᾠδῶν. Hoc, etiam in Planud. lectum, emendavit *Opsopoeus* et *Brodaeus*, quorum emendationem sequitur *Grotius.* — In argumentorum indice v. *Niceten* hoc distichon perperam interpretatus sum.

RUFINI EPIGRAMMATA.

¶. 390.] *I.* Vat. Cod. p. 90. „In antiquioribus „Planudeae codicibus Ep. hoc ultimum eſt libri VII. In „multis deeſt, et cum non repertum fuiſſet in eo, ex „quo Anthologia primum Florentiae excuſa eſt, diu „latuit.“ *Br.* Edidit *D. Heinſius* in Carm. Gr. p. 150. junctim cum Epigrammate *Gaetulici* I. p. 166. ut etiam *Reiskius* in Miſc. Lipſ. IX. p. 103. nr. 282. In duo carmina haec dividenda eſſe, ſponte vidit *Schneiderus* Peric. crit. p. 1. 2. ejusque conjecturam firmarunt cum Schedae Tryll. tum Cod. Laurent. in *Bandini* Catal. II. p. 103. In Vat. Cod. *Rufini* Ep. ſtatim poſt *Gaetulici* carmen ſequitur. Poëta ſe parabilem nullisque periculis obnoxium ancillarum amorem matronarum amoribus praeferre affirmat. In eodem argumento bona pars Satyrae II. *Horatii* in Lib. I. conſumitur, cujus hi verſus imprimis comparari merentur:

Deſine matronas ſectarier, unde laboris
Plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niveos viridesque lapillos —
Sit licet hoc Cerinthe tuum — tenerum eſt femur, aut crus
Rectius, atque etiam melius perſaepe rogatae.
Adde huc, quod mercem ſine fucis geſtat; aperte
Quod venale habet, oſtendit: nec, ſi quid honeſti eſt,
Factat habetque palam, quaerit quo turpia celet.

— V. 2. σπάταλα κλέμματα. *furta Veneris* (*Broukhuſ.* ad *Propert.* IV. 7. 15.), quae in matronis (ταῖς σοβαραῖς) magno ſumtu, in ancillis minimo conſtant. σπάταλον adjective; ut infra Ep. XXXVII. ταῦτα τὰ τῶν σπατάλων τέρματα παλλακίδων. — In ſequente comparatione colorem fortaſſe duxit ex *Stratonis* Ep. VI. — V. 3. σοβαρῶν. Sched. Tryll. ἐσπομένην σώματος, ſic Vat. Cod. non

ἔνδοξος, nec κινδύνων, ut *Reiskius* ſine cauſa emendabat. ἐσσμένη Cod. Flor. De meretrice decrepita *Macedon.* Ep. V. τὸ δ' αὐξοσέλινον ἐκεῖνο Ἐξέλιπε συνόδου μηκέτι γινομένης. *Charit.* L. II. p. 34. ἐρωτικὴν ποιησάμενοι τὴν πρώτην σύνοδον τοῦ γάμου. Periçula, quibus moechi ſe vitamque ſuam exponunt, eleganter deſcribit *Horatius* l. c. v. 39 – 45. et 127. ſqq. — V. 5. χάρις. *parabilem amo venerem facilemque. Illam, Poſt paulo, ſed pluris, ſi exierit vir: Gallis hanc, Philodemus ait: ſibi, quae neque magno Stet pretio, neque cunctetur cum eſt juſſa venire. Candida rectaque ſit; munda hactenus, ut neque longa Nec magis alba velit, quam det natura, videri. Horat.* l. c. v. 119. ſqq. — V. 6. δώροις ἐκ σπατάλοις. Vat. Cod. Quum in ap. Lipſ. ἐκπατάλοις legatur, *Reiskius* conjecit: δώροις ἐκπάγλοις. In marg. ap. Guy. et Ruhnk. haec leguntur: *Lego* ἐκ σπατάλης. *Supra* σπάταλος *adjectivum Lego hic:* δώροις ἐκ σπατάλοις ἄλγιζ *i. e. curis ex luxurioſis donis anxium i. e. immodicis.* In hac *Salmaſii* nota deſcribenda erratum eſſe videtur. δώροις ἐκ σπατάλης habet Cod. Medic. ap. Bandin. — V. 7. μιμοῦμαι. Idem argumentum pluribus exemplis ex antiquitate de heroum in ancillas amoribus allatis exornavit *Horat.* II. Carm. IV. 1 – 8. quae ex graeco poëta derivata eſſe vix eſt quod dubites.

II. Vat. Cod. p. 93. „Ediderunt hoc Epigr. Pierſon. „Veriſim. p. 98. et cl. Toup. Epiſt. crit. p. 70. Hic „emendandi impetigine ſeductus quaedam mutavit ſine „minima neceſſitate." *Br. Reisk.* Miſcell. Lipſ. T. IX. p. 107. nr. 285. *Schneider.* Per. crit. p. 3. In lavantes puellas ſcriptum eſſe hoc carmen exiſtimans *Toupius*, ab ejus ſenſu longe aberravit; enarrat enim trium puellarum de pygarum praeſtantia certamen; quale illud eſt, cujus mentionem fecerunt *Athen.* L. XII. p. 554. C. et *Alciphron* L. I. Ep. XXXIX. p. 188. Valde hujus carminis argumentum displicuit auctori lemmatis in Vat.

Cod. qui adſcripſit haec: εἰς πόρνας ἀναίσχυντον καὶ σαπρὸν καὶ ὅλον γέμον ἀναιδείας. — V. 1. αὐτῇ. Vat. C. — V. 2. »Cod. γυμνὴν ἀστεροπὴν μελέων. Hoc magis poëticum eſt, »quam γυμνῶν ἀστεροπὴν μελέων [ut *Toupius* corrigebat] »et quoad ſenſum nihil differt. Idem ſtatuendum de »λευκῇ εὐαφίῃ v. 4. Toupius reponit λευκὴ εὐαφέων. At »quod v. 5. διαινομένης pro διαιρομένης ſcribit, id plane con»tra ſententiam eſt. διαιρομένης, *quae crura divaricabat:* »ſic omnino eſſe debet. Non lavabantur meretrices »tres, quae judicium hoc ſubibant, in balneo non erant; »nec quod ſequitur κύματι καφῷ, de aqua intelligendum »eſt. Optimam ubique codicis ſcripturam repraeſen»tavi.« *Br.* In marg. ap. Liſſ. δείξεσθαι adſcriptum erat. — V. 3. Pro σφραγιζομένη *Reisk.* ut et metro, quod laborare putabat, et ſenſui ſuccurreret, σφαραγιζομένη corrigebat; poſtea, de errore admonitus, p. 439. ſq. tentabat καί β' ἣ μὲν — σφραγιζομένη γ. Λευκὴ — εὐβαφίῃ. Noviſſimum eſt ap. *Suidam*, qui hoc diſtichon protulit T. I. p. 470. γελασίνοις· γραμμαῖς ταῖς ἐκ τοῦ γελᾶν γινομέναις. unde id apte laudavit *Berglerus* ad *Alciphron.* l. c. qui unam ex certantibus puellis ſic loquentem facit: ἰδοὺ σχέπει τὸ χρῶμα ὡς ἀκριβές, ὡς ἀκήρατον, ὡς καθαρόν· τὸ πορφυρᾶ τῶν ἰσχίων ταυτί· τὴν ἐπὶ τοὺς μηροὺς ἔγκρισιν, τὸ μήτε ὑπέρογκον αὐτῷ, μήτε ἄσαρκον, τοὺς γελασίνους ἐπ' ἄκρων. De *gelaſinis* quaedam dedit *Raderus* ad *Martialis* verba, *nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.* L. VII. 22. p. 503. Appoſite ad noſtrum locum, has rugulas deſcribens, verbo σφραγίζεσθαι utitur *Lucian.* Amor. §. 14. T. V. p. 271. de Veneris Cnidiae femoribus: τῶν δὲ τοῖς ἰσχίοις ἐνεσφραγισμένων ἐξ ἑκατέρων τύπων, οὐκ ἂν εἴποι τις ὡς ἡδὺς ὁ γέλως, μηροῦ τε καὶ κνήμης, ἐπ' εὐθὺ τεταμένης ἄχρι ποδός, ἠκριβωμένοι ῥυθμοί. — V. 4. Qui ſe cod. ſcripturam ubique repraeſentare ait cl. editor, et hoc loco et in ſqq. apographi ſui lectiones expreſſit. Membr. enim habent: λευκὴ — εὐαφίην. et ſic *Suidae* codd. Pariſini,

cum ibi vulgetur λευκὴ — εὐθαφίην. Revocanda eſt membranarum lectio, quippe longe elegantior emendatione *Salmaſii*, quam ap. Ruhnk. et Guyeti exhibet. Prima pygarum λευκὴ οὖσα εἶχεν ἄνθος εὐαφίης, i. e. eximium quendam tumorem, tactui ſuaviſſimum. Menoeceum deſcribens *Philoſtrat.* I. Imag. IV. p. 768. eum fingit εὐαφέσι στέρνοις καὶ πλευραῖς, καὶ γλουτῷ συμμέτρῳ, ubi τὸ στέρνον εὐαφὲς de pectore *molliter tumente* explicandum eſſe, (ſecus ac voluit *Caſaubon.* ad *Athen.* L. II. 9. p. 99. 20.) apparet ex *Luciani* Amor. §. 53. T. V. p. 318. ubi paederaſtae ad pueri amplexum arrepentis artificia deſcribuntur: ἢ λαθραίως (hoc delendum videtur, ut gloſſema ſequ. vocabuli, ſive καὶ addendum.) ὑγρῶς ἡ δεξιὰ κατὰ κόλπου δῦσα, μαστοὺς βραχὺ τὴν φύσιν ὑπεροιδῶντας πιέζει. Eidem reſtituendam eſſe vocem εὐαφὴς ſuſpiceris in Amor. §. 26. p. 287. οἱ δὲ εὐαφεῖς μηροὶ θρίξιν ὡσπερεὶ βυκτῶντες. ubi vulgo minus apte εὐφυεῖς legitur. — Veriſſimum autem eſt ἀνθεῖν εὐαφίην, ubi nota vim transitivam, quae huic vocabulo, ut multis ſimilibus, ineſt. ζοῦλον ἀνθῶν πρῶτον Ep. in ſtat. athlet. XVIII. T. III. p. 21. — Pro ἀπὸ *Berglerus* mallet ἐπί. quod minime neceſſarium. ἀπὸ h. l. periphraſi inſervit, ut ſaepiſſime; in εὐαφίην ἀπὸ γλουτῶν ſi praepoſitio abeſſet, eam non deſiderares. Vide ad *Hybriae* Scol. T. I. P. I. p. 308. — V. 5. διαιρομένης. Verbi διαίρεσθαι uſum de iis, qui *varicitus ambulant* et crura valde aperiunt, illuſtravit *Caſaubon.* ad *Theophr.* Char. 3. p. 46. ed. *Fiſch.* — φοινίσσετο χιονέη σάρξ. Roſarum cum nive conjunctio paſſim occurrit in floridi coloris deſcriptione. Nihil huic loco magis appoſitum quam *Muſaei* v. 58. ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν, Ὡς βόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον. ubi vide veterum loca ab *Heinrichio* laudata p. 63. — V. 6. γαληνιόωσα ad puellae placidum vultum retulit *Reiskius*, cum de pygis unice agatur. Tertiae puellae pyga ſimilis tranquillo mari, quod lenibus ventis criſpatur. Huic

imagini multo aptior mihi videtur cod. ſcriptura χαράσσετο, quam quod *Salmaſio* in mentem venerat, ταράσσετο. Nec κούφῳ cum *Schneidero* legam. Imaginem illuſtrat ſimulque firmat vulgatam *Apoll. Rhod.* L. IV. 152. οἷον ὅτε βληχροῖσι κυλινδόμενον πελάγεσσι Κῦμα μέλαν κωφόν τε καὶ ἄβροχον. Huic imagini convenit verbum χαράσσειν, *ſulcare*, *ſignare*, *notare*, etiam lenitet impreſſis ſignis atque veſtigiis. De lanugine genas ſignante *Chriſtodor* in Ecphr. v. 212. οὐδὲ γὰρ ἦεν Ἀνθεῖ λαχνήεντι γενειάδος ἄκρα χαράξας. et v. 278. ἀπαλοῖς δὲ νεοτρεφέεσσιν ἰούλοις Οἶνοπος ἄκρα χάραξε γενειάδος. Cf. Ep. in ſtat. athl. XI. T. III. p. 19. Ut in his locis χαράσσειν verum eſt, ſic contra ap. *Pindarum* Ol. II. 113. ταράσσοντες recte ſe habet, neque, quod V. D. in mentem venit, cum χαράσσοντες permutari debet. — Ceterum ad rem facit inprimis *Alciphron* l. c. καὶ πρώτη Μυῤῥίνη τὸ ζώνιον λύσασα, βόμβυξ δ' ἦν τὸ χιτώνιον, δι' αὐτοῦ τρέμουσαν οἷόν τι μελίπηκτον γάλα τὴν ὀσφὺν ἐνεσάλευσεν. — V. 9. 10. Hoc diſtichon *Planudes* in Anthol. recepit p. 476. St. 619. W. ubi legitur: εἰ ταύτας ὁ κριτὴς ὁ θεῶν ἐθεάσατο κούρας. Eodem ordine verba exhibent membr. In apogr. Guy. et Ruhnk., verbis temere transpoſitis, ὁ θεῶν ὁ κριτής. Brunckiana lectio etiam in marg. ap. Lipſ. reperitur. Fortaſſe expreſſit *Rufinus* Ep. *Straton.* XLIX. 3. 4.

III. Vat. Cod. p. 93. Recepit in Anth. Planud. p. 476. St. 619. W. mutatis iis, quae eum transſcribere pudebat. Simile, ut in praecedente Ep., trium puellarum certamen deſcribitur, non autem de pygarum, ſed de anticae partis praeſtantia. Pro κρείσσονα μηρίόνην v. 2. Planudes dedit κάλλος ἀρειότερον, quo carminis feſtivitas perit. Verum non interpolavit tantum carmen, ſed, quod *Brunckium* fugit, inſigniter mutilavit. Nam poſt v. 4. membranae quatuor hos verſus inferunt:

Καὶ Ῥοδόπης μὲν ἔλαχε μέσος μηρῶν πολύτιμος
οἷα βόδων πολιῷ σχιζόμενος ζεφύρῳ.
τῆς δὲ Ῥοδοκλείης ὕαλῳ ἴσος, ὑγρομέτωπος,
οἷα καὶ ἐν νηῷ κρωτογλυφὲς ξόανον.

Deinde ſequitur diſtichon ex Ep. VI. 5. 6. male huc translatum. Hoc tam inſigne augmentum, quo ipſo tamen hoc carmen non integrum praeſtatur, primus exhibuit *Schneiderus* in Per. crit. p. 104. — V. 2. μηρίνην. Vide ad *Straton.* Ep. LXXXVI. et T. II. P. I. p. 17. — ¶. 391.] V. 4. γυμναὶ habet Cod. Vat. In Ed. Flor. et Ald. pr. οἵῃ. In lectt. Aldi οἵνῳ. Vulgata μούνῳ primum reperitur in Ald. 2. quam plurimae ſequutae ſunt. Revocanda membranarum lectio, diſtinctione mutata; licet *Planudis* emendatio minime inepta ſit. Sic *Ariſtaen.* L. I. Ep. II. p. 5. δύο κόραι μειδιάσαι καὶ μόνα γε τῇ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων. — νέκταρι λειπόμεναι. Hoc unum illis deerat, quod nondum nectare veſcebantur, ceterum deabus ſimillimae. Divinitatis honor a diis cum mortalibus communicatus, nectaris et ambroſiae convictu paſſim ſignificatur. *Appulej.* Metam. VI. p. 183. *Porrecto ambroſiae poculo, ſume, inquit, Pſyche, et immortalis eſto.* Vide *T. H.* ad *Lucian.* D. D. IV. fin. T. II. p. 209. ed. B. et ad *Horatii* L. III. 3. 11. *Quos inter Auguſtus recumbens Purpureo bibit ore nectar* – *Mitſcherlich.* T. II. p. 41. — Aliquid jejunitatis ineſſe verbis νέκταρι λειπόμενοι, ſentiens *Salmaſius* in not. Ap. Lennep. tentabat: νέκταρ ἀλειφόμενοι – quae elegans eſt et acuta ſuſpicio. — In iis, quae in membranis leguntur, primum ſcribe, mutato accentu, ῥοδῇ, *roſarium*, quod pro ῥόδον rei augendae cauſa poſitum eſt. Deinde πολιῷ ζεφύρῳ verum eſſe nequit. Fortaſſe prima ſyllaba deleta legendum:

λαίῳ σχιζόμενος ζεφύρῳ.

i. e. *placido*, πρηεῖ, μαλακῷ. ut ap. *Loll. Baſſ.* Ep. VI. *Dioscorid.* Ep. XII. Ep. ἀδεσπ. CCLIX. τὸ πνεῦμα χεῖται καὶ

καθεστηκὸς, est ap. *Aristoph.* Ran. 1033. Ceterum conf. elegantem *Himerii* locum Or. I. 19. p. 360. τὰς παρειὰς αἰδοῖ φοινίσσοντες πλέον ἢ τὰς τῶν ῥόδων ἡ φύσις κάλυκας, ὅταν ἡρινὰς ἄρτι ὑπὸ τῆς ἀκμῆς σχιζόμενας πετάλοις ἄκροις ἐρεύθωνται. Idem Ecl. XX. 4. τὸ ῥόδον — οἰκουρῆσαν τὸ πολὺ τῆς ἀκμῆς εἴσω τοῦ κάλυκος, ὑψὲ προυπτες καὶ σχίζεται. — V. 7. Rhodocleae μηρίνῃ vitro similis, quod ad laevitatem referendum est. Cf. ad *Straton.* Ep. LXXXVIII. quo pertinet etiam comparatio cum recente simulacro. — V. 10. αὐδὴ συνεστεφάνουν. Plan. αὐδὲς συν. Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 93. Edidit *Reisk.* in Miscell. Lipsi. T. IX. nr. 286. p. 110. Puellam sibi optat μήτε ὑπέρογκον μήτ' ἄσαρκον, ut *Alciphron* loquitur L. I. 39. p. 190. qualem describit *Appulej.* in Metam. L. II. init. *Sed et cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia, inenormis proceritas, succulenta gracilitas, rubor temperatus.* quae *Abresch.* in Addendis ad Aristaen. p. 115. apte comparavit ad *Alciphronis* locum, ibi ex Cod. prolatum: ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται, οὔτε κατάξηρος, οὔτε κατάσαρκος. Quam *regulam* vocat *Appulejus*, Polycleti est κανών, ut apparet ex loco simillimo *Luciani* de Saltat. §. 75. T. V. p. 165. Τὸ δὲ σῶμα κατὰ τὸν Πολυκλείτου κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. μήτε γὰρ ὑψηλὸς ἄγαν ἔστω, καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἐπιμήκης — οὔτε πολύσαρκος, ἀπίθανον γάρ, οὔτε λεπτὸς εἰς ὑπερβολήν, σκελετῶδες γὰρ τοῦτο καὶ νεκρικόν. *Pseudo-Gallus* sive *Maximianus* Eleg. I. 79. *Horrebam tenues, horrebam corpore pingues: Non mihi grata brevis, non mihi longa fuit. Cum media tantum dilexi ludere forma. Major enim mediis gratia rebus inest. — Quaerebam gracilem, sed quae non macra fuisset: Carnis ad officium carnea membra placens.*

V. Cod. Vat. p. 95. Edidit *Reiskius* in Misc. Lipsi. T. IX. p. 116. nr. 292. Poëta cum aliquando in Thaliae diu desideratos amplexus venisset, nervos sibi tor-

pere senſit, pigroque toro *crimen onusque* jacuit, ut *Ovidius* loquitur L. III. Am. VII. 4. Conf. *Straton.* Ep. X. et LVIII. — V. 3. μοι in Cod. omiſſum addidit *Reiskius.* — πέπλασαι quaedam Apogr. πέπλησαι a πελάω *At qualem vidi tantum tetigique puellam, Sec etiam tunica tangitur ipſa ſua. Ovid.* L. III. Amor. VIII. 39. — V. 4. ἔκλυτος, ſine viribus, languens. Hinc lux *Horatio* Epod. XII. 9. qui locus explicari debet de prurigine mulieris, quae prope cubantis viri, odio illius devoti, ſolutam naturam (ἔκλυτον αἰδοῖον) venerea rabie excitare conatur. — V. 5. ταλας. Vat. Cod.

VI. Cod. Vat. p. 97. Primum diſtichon protulit *Warton* ad *Theocrit.* T. II. p. 297. Integrum *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 124. nr. 301. et hinc *Toupius* in Epiſt. crit. p. 123. Lavans puella deſcribitur. — V. 1. χρύσεα pro *pulchris* ſimpliciter, ut in χρυσέη Ἀφροδίτη; quamvis h. l. λύγδινα vel ejusmodi epitheton fortaſſe aptius fuiſſet. χρωτὶ γαλακτοπαγεῖ, arcte cum χρύσεα jungenda, deſcriptionem continuant. γαλακτοπαγῆ ἄρνα tenellum puerum appellavit *Strato* Ep. XLVI. μαζοὶ γλαγόεντες, *Soſipater* ſive potius *Dioscorides* Ep. III. Cf. ad *Antip. Theſſ.* Ep. XXXII. T. II. P. I. p. 313. ſq. — V. 3. εἰλίσσοντο. Vat. Cod. — Hic verſus mihi ſincere ſcriptus non videtur. Vitium fortaſſe in ἀλλήλαις haeret. — V. 4. σαλευόμεναι. i. e. τρέμουσαι. *Vincis mollitie tremente plumas, Aut maſſam lactis modo alligati. Martial.* L. VIII. 64. Supra Ep. II. 6. πυγὴ – αὐτομάτη τευφιερῷ χρωτὶ σαλευομένη. — V. 5. ὑπὲρ οἱδ Vat. Cod. Laudat hoc diſtichon *Suidas* T. I. p. 907. cum interpretatione: περὶ αἰδοίου ἀνδρὸς ὁ λόγος. quod falſum eſſe et *Reiskius* vidit, et *Toupius* monuit. Ambigue *Euſtathius*, qui poſtremum verſum laudat ad Od. ε. p. 143. 18. εἰ δὲ καί τι μόριον σώματος Εὐρώτας λέγεται, ἔκλοι ὁ γράψας ἐλεγεῖον· τὸ οὐχ ἅλιν Εὐρώταν ἀ. ὅ. ἡ. De natura muliebri ſermo-

nem esse, dubitare noli. In nomine Εὐρώτας respicitur ad originem vocis, repetendae ab *εὐρύς*, quod de *laxis* usurpatur. Conf. *Menag.* ad *Diogen. Laert.* VI. 2. 6. *εὐρυτέρως ἔχειν* ambigue nequam, ut solet, *Aristoph.* Lysistr. v. 420. Haec igitur adduntur a poëta in vituperium puellae, ceterum formosae, sed a nimio Veneris usu *εὐρυτιώσης*. De Ulysse similiter, sed in laudem, ut de viro, auctor Ep. in Lusib. LXX. 17. *Hujus et Alcinoi mirata est filia membrum Frondenti ramo vix potuisse tegi.* Pudorem in amore commendans *Ovid.* II. A. A. 613. *Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur laeva semireducta manu.*

VII. Cod. Vat. p. 97. Edidit *Reiskius* in Miscell. Lipsi. IX. p. 125. nr. 302. sine latina interpretatione. De condace lusu agens v. 1—4. exhibuit *Salmasius* ad *Solin.* p. 726. A. ubi *κόνταχα* et *κόνδακα* nihil differre contendit. Aliter sentiebat idem, cum in marg. apogr. sui haec notaret: „*Fort. κόνταχα. κόνταξ est κόνταξ. genus* „*lusus, unde κοντοπαίκτης. Forte κατὰ νύκτα i. e. κατ' ὄαρ*“ Posterior conjectura in censum venire non meretur; sed *κόνταξ*, a *κόντος* derivandum, fortasse verum est. In hoc lusu palus ita jaciebatur, ut summo capite in terra humectata et emollita figeretur, idemque sic depactus alio deinde palo dejiciendus erat. In hoc lusu is, ut par est, vincebat, qui palum et rectius defixerat, et defixum citius everterat. Sic certe *Pollux* IX. 120. describit *τὸν κυνδαλισμόν*, quem a *κόνδακι* nihil discrepasse, verisimile est. *κύνδαλοι* enim paxilli sunt, sicut *κόντοι*. Cf. *Pollux* X. 188. et *Hesych.* in *κυνδάλη*. Hinc Epigrammati nostro aliquid lucis affulget. Ludit *Rufinus* in ambigua significatione vocis *κόνταξ*, quae *πάσσαλον* significat. Jam vero quid *πάσσαλος* sit apud nequiores illos, constat ex *Aristoph.* Eccl. v. 1012. *ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νοῦν Ἐλκεῖν ἀνατὶ λαβομένας τοῦ παττάλου.* cum quo cf. facetum locum in Eqq. 374. sqq. Quod autem in allegoria

perſiſtens noſter δώδεκά σοι βέβληκα ait, aliud dicit, aliud ſignificat: *Duodecies tibi palum defixi. ex eras toties figam vel etiam ſaepius*, quae amantis ſunt, qui ſe duodecim *numeros ſuſtinuiſſe* gloriatur. (*Ovid.* III. Amor. VII. 26. *Philodem.* Ep. XII.) — V. 2. γελᾶν ἐτόων. Cod. Vat. male *Reisk.* γελᾶν. Pro ἐτόων in marg. ap. Guyet. et R. ἰδόκουν tentatur. *Bernardus* in Epiſt. ad *Reisk.* p. 466. ἦδὺ γελᾶν ἐβόων, et praecedente verſu κέρδικα malebat; neutrum bene. — ¶. 392.] V. 4. ἐπιστάμενος. h. l. idem quod ἐπισταμένως, nec tamen cum hoc permutandum. In marg. ap. Guyet. et Ruhnk. ἱεσσάμενος conjicitur, allegoria peſſumdata. — V. 5. 6. male huic carmini adhaeſiſſe, ſuſpicabatur *Reiskius*, cui aſſentitur *Schneiderus* in Per. cr. p. 81. ubi duo priora diſticha exhibuit. Equidem ſic abſolutum eſſe carmen vix putaverim. Depravata videtur hujus diſtichi lectio, fortaſſe in pluribus vocibus. Nihil equidem definio, ſed contextus foret tolerabilis, ſi legeretur:

εἶδ' ἄγε καὶ νύκτως ἐσχομένην σε βαλῶ.

εἶδ' ἄγε ad incitandam orationem poëtae, opus aggredientis, minime ineptum. Vide inprimis *Valcken.* ad Callim. Eleg. p. 29 *Age. te vel noctu et in tenebris feriam, nec a ſcopo aberrabo.* Obverſabatur *Rufino Anthomedontis* Ep. I. ἐγὼ παίζων δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφην· Σὺ καὶ νύκτως, φίλτατε, παιδοτριβεῖς;

VIII. Cod. Vat. p. 97. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 126. nr. 303. duo priora diſticha; verſ. 5. ſeparatim p. 127. nr. 305. Junxit, quae jungenda erant, et v. 6. ex ſchedis Tryll. adjecit *Schneiderus* in Per. cr. p. 9. Membranae in contextu nonniſi quinque priores verſus habent; v. 6. in calce paginae legitur. Scriptum eſt in puellam, quamvis provectioris aetatis, tamen adhuc formoſam. Expreſſit *Platon.* Ep. VI. Comparandum *Agathiae* Ep. XX. *Pauli Silent.* Ep. VIII. — V. 1. ὁ πρόσθε. Vat. Cod. Delevit articulum *Salmaſius.* — ἐσβεσεν

Epigr. ἀδεσπ. XIX. Ἐκβέσθω Νικανδρος, ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροιῆς Ἄνθος. *Themiſtius* Or. XIII. p. 165. C. ὑπέρωθεν γε ἤδη τὸ κάλλος αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν οὐχ οἷός τε ἄγασθαι ἔτι τοῦ ἔρωτος, τὸ δὲ ἐκλάμψαν ξύθυς ἀπέσβη καὶ ἀπέπτη. ut haec probabiliter reſtituit *Pierſon.* ad *Moer.* p. 49. — V. 4. ἡ ῥόδον. Fateor, mihi haec, *papillarum pulchritudo ſive roſa.* in poëta vehementer frigida videri et jejuna. Elegantius ſcripſiſſet, et rei, de qua agitur, accommodatius:

οὐδὲ τὸ καλὸν
τῶν ἰλαρῶν μήλων ΗΡΙΝΟΝ ἐξέφυγεν.

idque reporendum judico. In ſimili argumento Ep. XIX. διαφθείρασθον habet, i. e. *vernantibus puellam papillis.* ἠρινὸν κάλλος ad *ver aetatis* referendum. *Petronius* c. CIX. *cecidere capilli Vernantesque comas triſtis abegit hiems. Martial.* L. II. 61. *vernant dubia lanugine malae. Maximian.* Eleg. I. 89. *niſi quae ſuffuſa rubore Vernarent propriis ora ſerena roſis.* — V. 5. ὦ — ϑεοείκελον κάλλος. Vat. Cod. ἄνθος, ex *Salmaſii* procul dubio emendatione, habet apogr. Guy. et R. Vera videtur emendatio, licet in ἄνθος et κατέφλεξε diverſi generis imagines jungantur; ſed in ejusmodi vocabulis, quorum metaphorica ſignificatio frequenti uſu fere obliterata fuit, tantam diligentiam ſequioris aetatis poëtae non praeſtabant. In eadem re metaphorae continuationem non magis obſervavit *Juvenal.* IX. 126. *Feſtinat enim decurrere velox Floſculus, anguſtae miſeraeque brevisſima vitae Portio.* — V. 6. „Duplex eſt in Cod. ultimi verſus ſcriptura. „Prior, quam exhibui; et haec altera:

„ἤνικα πρωτοβόλων λάμπει ἀπὸ βλεφάρων.

„Poſteriorem, quae a poëta eſſe videtur, praeferendam „duco, e Platonis Epigr. in Archeanaſſam, quod ſibi „imitandum propoſuit Rufinus.“ *Br.* Mihi neutrum a *Rufino* profectum eſſe videtur; idemque viſum ei, qui

Vat. Cod. ſcripſit, cum utrumque verſum in margine relinqueret.

IX. Vat. Cod. p. 98. *τοῦ αὐτοῦ* (*Rufini*), *οἱ δὲ Παλλαδᾶ Ἀλεξανδρέως.* Hujus potius eſſe crediderim, quam illius. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 578. *Reiske* in Miſc. Lipſ. p. 128. nr. 306. In Zenonis conjugem rixoſam, luſus grammaticus. Mulier Ἀνδρομάχη appellabatur, quaſi *perpetuas cum marito rixas exercens*; e parentibus quippe male ominati nominis prognata. Hanc ob cauſam marito poëta ſuadet, ut moechum uxori quaerat *Lyſimachum* qui huic domeſtico bello finem faciat. Similiter in *Lyſimachi* nomine luſit *Lucill.* Ep. CXIV. Ap. *Ariſtaenetum* L. II. 12. p. 90. Eubulides de conjugis moribus conqueſtus, ἔστι δέ, inquit, *καὶ τὸν τρόπον καὶ τοὔνομα Δεινομάχη.*

X. Vat. Cod. p. 98. *τοῦ αὐτοῦ.* (Poſt praecedens Ep. ſequitur; quare etiam hoc *Palladae* eſſe puto, cujus ingenium ſapit.) Edidit *Reiske* in Miſc. L. IX. p. 129. nr. 307. De vitae fructu mature percipiendo. — V. 1. *τρυφῆς.* Vat. Cod. quod emendavit *Salm.* *τρυφὴ βίος* dictum, ut *vita vinum* ap. *Petron.* c. XXXIV. ubi vide *Scheffer.* — V. 4. *οὐδενί.* Vat. Cod. quod conjectura aſſecutus eſt *Zenne* in Anim. in Anacr. p. 57. *οὐκέτι.* Ap. Lipſ. — *αὔριον. Martial.* L. I. Ep. XVI. 11. *Non eſt, credde mihi, ſapientis dicere, Vivam: Sera nimis vita eſt craſtina: vive hodie. Horat.* I. Carm. IX. 13. *Quid ſit futurum cras, fuge quaerere, et Quem fors dierum cumque dabit, lucro Adpone; nec dulces amores Sperne puer neque tu choreas.* ubi vide *Mitſcherl.* T. I. p. 109.

XI. Vat. Cod. p. 98. *καὶ τοῦτο δὲ τὸ ἐπίγραμμα Ῥουφίνου.* Edidit *Merrick* ad *Tryphiodor.* v. 454. p. 70. *Reisk.* in Miſc. L. IX. p. 130. nr. 308. Poëta Rhodocleam lavantem conſpicatus, Venerem eſſe putat, ejusque iram deprecatur. Deinde errorem agnoſcit. Cf. *Ariſtaenet.*

ner. L. I. Ep. VII. p. 19. — V. 1. ἡ om. Vat. — V. 2. κατ' αὐχενίους. Vat. λυσαμένη. ſolutis crinibus, ut Venus, quae ex undis ſurgens defluentes capillos manu premit. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep XLI. T. I. P. II. p. 101. et *Antip. Sidon.* Ep. XXXII. — *Merrick* cum λουσαμένη reperiſſet in Ap. ſuo, σμησαμένη conjecit ex *Callimachi* Lav. Pall. v. 32. — ¶. 393.] V. 3. ἱλήκοις, ut ἵλαθι et ἵλεως εἴης, deorum numen venerantis et placare conantis voces. Conf. *Spanhem.* ad *Callim.* p. 843. Tireſiae ſibi fatum timere ſe fingit, qui cum vidiſſet, quae mortalibus videre nefas, tenebris oculos ſuos obduci ſenſit, ὄμματα νὺξ ἔβαλε. *Callimach.* Lav. Pall. v. 82. Sic enim puniri ſolebant, qui deas nudas vidiſſent; quare aurei aevi innocentiam laudans *Propertius* L. III. 11. 38. *Pinus*, ait, *et incumbens latas circumdabat umbras, Nec fuerat nudas poena videre deas.* Epigr ἀδεσπ. CCXXXIII.

Ἦν τοπάρος φιλέεσκες, Ἄρες, σκοπιάζε Κυθήρην
ἐνθάδε λουομένην νάμασι φαιδροτάτοις.
δέρκεο νηχομένην· μὴ δείδιθι· οὐ γὰρ Ἀθήνην
παρθένον εἰσορόας, οἷά τε Τειρεσίας.

Conf. *Macedon.* Ep XXX. — Hujus diſtichi emendatior lectio debetur *Salmaſio.* In membrana ſic habetur: ἡμετέροισι Μ. μνήσης θ. ἰδοῦσα τ. Ut metri vitium tollerent, quidam ſcripſerunt μεμνήσῃς. — τύπον pro ipſa ſpecie, μορφῇ, poſitum. Sic *Diodor. Jun.* Ep. V. δείδια σὸν τε φυῆς ἐρατὸν τύπον. *Paul. Silent.* Ep. XXVII. γεραπτὸν ἔχω ψυχῇ σῆς τύπον ἀγλαΐης. μορφῆς τύπωμα dixit *Eurip.* in Phoen. 165. — V. 5. 6. εἶτα. quum mulier ſis, non dea. Quaedam apogr. ἐκδέδυκας legunt; ſed vera eſt membr. lectio.

XII. Vat. Cod. p. 99. Edidit *Reiſk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 131. nr. 309. Sententia ſimilis ei, quam expreſſit *Pallad.* Ep. VI. qui conjugem nonniſi in concubitu gratam, ceterum odioſam eſſe cenſebat. Sed ut nunc leguntur hi verſiculi, male inter ſe cohaerent. Vitium in v. 2. latere exiſtimans *Salmaſius*, in marg. ap. Guyet.

ſcripſit: φρονέσεκεν, ὅτι φρονοῦσι δηλαδὴ μετὰ τὴν συνουσίαν. Experientia edoctus hoc probe tenebat bonus *Salmaſius*, qui, alioqui ſatis iracundus et rixoſus, coram uxore ne muſſitare quidem audebat. φρονέσεκεν tamen verum non videtur. Mutilum eſſe locum ſuſpicor. Sententia ſic debebat procedere: Niſi major eſſet inter venereos amplexus voluptas, quam poſt illos, nemo diu cum mulieribus viveret; omnes enim mulieres poſt concubitum ingratae videntur.

XIII. Vat. Cod. p. 90. Plan. p. 477. St. 619. W. Veterum ſculptorum artem poëta deſiderat, quae Melitae pulcritudinem exprimat et effingat. Haec ex comico quodam expreſſa eſſe videntur, ut haec ap. *Plautum* in Poenul. V. IV. 101. *Tandem huic cupitum contigit. O Apella, o Zeuxis pictor, Cur numero eſtis mortui? hinc exemplum ut pingeretis. Nam alios pictores nihil morar hujusmodi tractare exempla. Philoſtrat.* Epiſt. LXV. p. 945. Φειδία καὶ Λύσιππε καὶ Πολύκλειτε, ὡς ταχέως ἐπαύσασθε· οὐ γὰρ ἂν πρὸ τούτου γε ἄγαλμα ἄλλο ἐποιήσατε. — V. 2. αἱ ταῖς. Vulgo. αὐταῖς ex membr. reſtituit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 551. τέχναι ſunt artis opera, quae illi *animaſſe* videbantur. Similia collegimus in Exercitt. crit. T. II. p. 19. — V. 6. ξόανον vulgo. In membr. eſt ξοάνων, quod *Salmaſius* emendavit.

XIV. Vat. Cod. p. 91. Plan. p. 476. St. 618. W. Poëta, qui olim puerorum amori indulſerat, ſe nunc, contra quam ſperaverat, in mulieres ferri fatetur. Cf. *Meleagr.* Ep. XLVIII. — V. 1. *Suidas* T. II. p. 379. Κρόταλος λεσβιακῶς. ἀντὶ τοῦ εὐγλωττος καὶ εὔστομος, ὡς τὰ κρόταλα. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι. καὶ νῦν καλοῦμαι θηλυμανὴς· ἡ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον. Diverſa in hac gloſſa commixta. Rectius ſcriptum *Rufini* verſum protulit idem in διακόων T. I. p. 609. Diſcus puerorum exercitium, κρόταλον mulierum παιδιά. Hinc κροτάλων θηλυμανεῖς ὀτόβους. Venerem decere ait *Antimachus* T. I. p. 167.

Notae *mulieres crotaliſtriae.* ἢ κροτάλοις ὀρχηστρίς *Satyr. Thmll.* Ep. VII. Semiviri Galli eodem inſtrumento utebantur. *Hephaeſt.* Enchir. p. 40. Γάλλαι μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες, αἷς ἔντεα κυταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα. — V. 3. ἀδόλου. Ab hominibus candidi et ſinceri animi τὸ ἄδολον ad faciem colorem non mentitam, nec fucatam, translatum eſt. *Herodot.* L. III. 22. p. 204. εἰπάντων δὲ τῶν Ἰχθυοφάγων τὴν ἀληθηίην περὶ τῆς πορφύρης καὶ τῆς βαφῆς, δοκέουσι μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἴφη εἶναι, δοκέει δὲ αὐτέων τὰ εἵματα. quae ab aliis expreſſa notavit *Weſſeling. Philoſtr.* Epiſt. XLI. p. 931. οὐ γὰρ κονιᾷς τὰ πρόσωπα, οὐδὲ ἐν ταῖς κηρίναις τέτταξιν γυναιξίν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀδόλοις καλαῖς. Ceterum conf. *Straton.* Ep. VI. 4. — γύψου χρίσματα dedit Plan. et Suid. qui partem hujus diſtichi laudat T. I. p. 798. in ἐπεισόδιον. Vat. Cod. χρώματα. — Gypſum pro creta videtur poſitum. Hac enim *inducta candorem quaerebant.* (*Ovid.* L. III. A. A. 199.) Vide *Mitſcherl.* ad *Horat.* Epod. XII. 11. p. 581. — ἐπεισόδιον. additamentum, formae interpolatio. *Crinagor.* Ep. VI. δαψιλῆ οἰνοπότῃσι γαστρὸς ἐπεισόδια. — V. 5. Quis hoc unquam putaſſet? *Delphini in ſylvis* de rebus incredibilibus fere paroemiace dicuntur poſt *Archilochum* fr. XVI. χρημάτων ἄελπτον οὐδὲν ἔστιν — μηδεὶς ἔν' ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω, Μηδ' ἵνα δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομὸν Εἰνάλιον. *Horat.* Art. Poët. v. 29. *Qui variare cupit rem prodigialiter unam, Delphinum ſylvis appingit, fluctibus aprum.*

XV. Vat. Cod. p. 99. Plan. p. 474. St. 616. W. Rhodocleam miſſa corona admonet, ne de pulcritudinis, cito defloreſcentis, munere ſuperbiat. Conf. Ep. *Platon.* IV. V. *Thymoclis* T. II. p. 259. ibique not. *M. Argentar.* Ep. XIV. *Ovidius* puellas hortans, ut tempore utantur, (L. III. A. A. 67.) *Hos ego,* inquit, *qui canent frutices violaria vidi: Hac mihi de ſpina grata corona data eſt. Propert.* II. El. XII. 51. *Ac veluti folia arentes*

liquere corollas, Quae passim calathis strata natare vides; Sic nobis, qui nunc magnum spiramus amorem, Forsitan includet crastina fata dies. ubi *Burm.* nostrum carmen comparavit, sicuti etiam ad Anthol. Lat. IV. 152. T. II. p. 109.:

Ac veluti formosa rosa, cum tempore prodit,
Arescit certe tempore deinde suo,
Sic tu coepisti primo formosa videri
Tempore, sed subito desinis esse meo.

— V. 1. ἄνθεσι καλοῖς est ex membr. Vat. pro vulgato ἄνθεσι πλέξας. — V. 2. ὑφ'. Vat. et Plan. — δρεψάμενος. Plan. — ¶. 394.] V. 4. ὑγρὸς. φιλομβρος νάρκισσος. *Meleag.* Ep. XCII. — V. 5. δὲ deest in Plan. et Vat. Supplevit *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 109. — μεγάλαυχος. *Strato* Ep. LXXIII. Εἰ κάλλει καυχᾷ, γίγνωσχ' ὅτι καὶ ῥόδον ἀνθεῖ. — V. 6. ἀνθεῖς. Vat. Cod.

XVI. Vat. Cod. p. 89. Ῥουφίνου εἰς Περδίκκην ἑταίραν. Planud. p. 477 St. 619. W. Ductum carmen ex *Straton.* Ep. XCVI. Idem fere sententiarum contextus ap. *Horat.* II. Carm. XI. 5. *Fugit retro Levis Juventas et Decor, arida Pellente lascivos amores Canitie facilemque Somnum – Cur non – rosa canos odorati capillos, Dum licet, Assyriaque nardo Potamus uncti?* — V. 1. Περδίκκη. Vat. Cod. a pr. man. et sic *Suidas* in πυκάζειν T. III. p. 238. — πυκασώμεθα. *Anacreon* Od. IV. ῥόδοις δὲ κρᾶτα πύκασον, et sic *Strato* l. c. — V. 2. ἀράμενοι. Vat. Cod. Majora pocula poscunt strenui potatores procedente convivio, vel in majoribus solemnitatibus. *Horat.* Epod. IX. 33. *Capaciores affer huc, puer, scyphos.* Vide *Lambinum* ad L. II. Serm. VIII. 35. — V. 3. εἶτα. *Tibull.* L. I. 1. 69. *Interea, dum fata sinunt, jungamus amores. Jam veniet tenebris mors adoperta caput. Jam subrepet iners aetas, nec amare decebit.*

XVII. Vat. Cod. p. 98. Plan. p. 474. St. 615. W. Simile est Ep. XXIV. — V. 2. εἰαρινῶν. Vat. — V. 3.

χεῖρας Ἀθήνης. Ut dubites, quo ſenſu accipiendae ſint *Minervae manus*, efficit Ep. XXIV. ubi iterum occurrunt, et quidem ita, ut peculiarem pulcritudinis partem ſignificare videantur. In noſtro autem loco pronius, de lanificio et Ἐργάνης *artibus* intelligere. Huic interpretationi et contextus favet, et *Propert.* L. III. 19. 7. *Eſt tibi forma potens, ſunt caſtae Palladis artes, Splendidaque a docto forma refulget avo.* — V. 4. Χάριτες τέσσαρες. Ductum ex *Callimach.* Ep. XVI. Conf. Ep. ἀδέσπ. LI. — In fine verſus φίλαι Vat. Cod. et vett. edd. plurimae.

XVIII. Vat. Cod. p. 99. Plan. p. 474. St. 616. W. Poëta vicini filiam, virginem ingenuam, quam vitiaverat, gravidam eſſe audiens, ſe ſumma conſilii inopia laborare ſignificat. — V. 1. Ἀφροδίτην vulgo et Vat. a pr. man. Ἀφροδίτη emendavit *Scaliger* in not. mſc. et *Huetius* p. 47. Illud potius ſequutum eſſe miror magnum *Grotium*, qui vertit: *Contiguas aedes habuit Venus altera nobis: Per quam non leviter mens furiata mea eſt.* — V. 2. ἔφλεξεν. Vat. Cod. — V. 3. πρὸς ἔπαιξε. Vat. προσπαίζειν dictum, ut Ep. XXXVIII. νῦν μοι προσπαίζεις – de puella virum variis illecebris, facete dictis praeſertim et jocis, pelliciente. *Lucian.* in Aſin. §. 11. παῦσαι προσπαίζων. — Mox vulgo legitur καὶ εἴποτε καιρὸς ἐτόλμα. Ἡρυθρία. quod aſſis non eſt. ἐτόλμων ex membr. Vat. probavit *Grotius: foret cum ſola rogavit.* Sed ſic tamen ſequens verbum pendet. Recte igitur *Br.* emendaſſe puto: καὶ εἴποτε καίρ' ἐτόλμων, Ἡρ. *ſi quando, quae ad finem ducerent, tentarem, Erubuit.* — τὸν πόνον. quid multa? amore tacta eſt. τοῦ πυρὸς αἰσθάνομαι, amoris flammam ſentiens quidam in Ep. ἀδέσπ. LXIV. πονεῖν, amoris aeſtu laborare. *Anacr.* Od. XL. 15. πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν, Ἔρως; ὅσους σὺ βάλλεις. Idem Od. III. 32. σὺ δὲ καρδίαν πονήσεις. (Cf. Interpp. Horat. I. Od. XVII. 19.) Quare non opus eſt, cum *Opſopoeo* πόθον legere. — V. 5. ἤνυσα. *Paul. Silent.* Ep. XII. τὸ λοιπὸν ἀνύσαιμεν ἔργον ἔρωτος.

XIX. Vat. Cod. p. 99. In Plan. p. 474. St. 616. W. ultimum diſtichon deeſt. In mulierem, olim formoſam, nunc annis deformem redditam. — V. 1. *σκεβόμασθος. durae ſtantesque papillae. Maximian.* Eleg. V. 27. — ¶. 395.] V. 5. *ἀλλοτρ. τρίχας. comam adſcititiam*, quam *ψυνήκην* vocabant. Vide *Lucian.* Dial. Mer. V. T. VIII. p. 21. XII. p. 255. ed. Bip. Reliqua in hoc verſu non ſic, ut *Br.* edidit, leguntur in membranis, ſed ſic: *καὶ ῥυτῶδες τὸ πρόσωπον. τὸ* lineae ſuperſcriptum. Fortaſſe haec a librario ſunt addita, ad verſum, jam antiquitus mutilum, explendum. Pronum quidem, *ῥυτῶδες* in *ῥυσσῶδες* mutare: ſed ſic quoque languidum exit hemiſtichium — V. 6. *πίθηκος.* Vetula *πίθηκος ἀνάπλεως ψιμμυθίου*, *Ariſtoph.* Eccleſ. v. 1064. Notatis ad *Lucill.* Ep. XXXV. T. II. P. II. p. 462. adde *Plautum* Mil. Glor. IV. 1, 42. *Pithecium haec eſt prae illa.* et *Simonid.* de Mulier. v. 71 — 73.

XX. Vat. Cod. p. 100. Plan. p. 475. St. 616. W. Amores poëta rogat, ne Meliſſiam, amorem diſſimulantem, urere deſinant, donec ſe victam fateatur. Expreſſum fortaſſe ex *Callimachi* Ep. XII. Cf. etiam *Aſclepiad.* Ep. X. — V. 1. *Μελισσιάς.* Vat. Cod. — *τὸ σῶμα κάηται.* Quamvis diſſimulet, totum tamen corpus amorem prodit. *Pſeudo-Gallus* ſive *Maximian.* El. III. 45. *Prodere non auſus carpebar vulnere muto, Sed ſtupor et macies vocis habebat opus.* Idem Eleg. IV. 28. *Nam ſubito inſiciens vultum pallorque ruborque Interdum certae vocis habebat opus.* — V. 2. *βελέων φαρέτρην.* Ep. *ἀδεσπ.* LVII. *εἰς ἐμὲ τὴν φαρέτραν ἐξεκένωσε κόρη.* Vide not. ad *Poſidippi* Ep I. T. II. P. I. p. 134. ad *Archiae* Ep. I. p. 250. — V. 3. „*καὶ βάσις ἑστατίουσα, καὶ ἄστατος ἄσθματος ὁρμή.* „Nihil in hoc verſu ſcripti libri variant; neminem tamen non offendet *ἄστατος*, cum ob praecedens *ἑστατίουσα*, tum quia hîc proprium non eſt. Reponi poſſet, *καὶ* „*ἄπνους ἄσθματος ὁρμή. ἄπνους* autem pro *ὀξύπνους.*“ *Br.*

Magis aures quam ſenſum offendi puto vocabulo ἄστατος, quod de reſpiratione, modo retenta, modo incitata explicari poteſt. Ducta imago a ventis ἀστάτοις, quae ad dubium animi ſtatum ſignificandum adhibetur ap. *Philon.* p. 54. A. σαλεύων καὶ κλονούμενος αἰεί, καὶ πνεύματος τρόπαν ἀστάτου διαφορούμενος. Si quis tamen ad ingratum ſonum vitandum mallet:

καὶ ἄκριτος ἄσθματος ὁρμή·

nec hoc, puto, ineptum foret. Suſpiria *crebra* et *vehementiora* ἄκριτα vocari poterant, ut μῦθοι ἄκριτοι, ἀναρίθμητοι. *Euſtath.* Il. p. 264. 20. ἄκριτα ἄχεα, πολλά. Idem p. 1469. 50. μύρια καὶ ἄκριτα junxit *Oppian.* Hal. I. 80. Eadem amantis ſigna componit *Appulej* in loco ſimillimo, Metam. VI. p. 395. ed. *Oud. Ab iſto vacillante et ſaepius titubante veſtigio, deque nimio pallore corporis, et aſſiduo ſpiritu, imo et ipſis marcentibus oculis tuis, amore nimio laboras.* Idem L. X. p. 631. *Pallor deformis, marcentes oculi, laſſa genua, quies turbida, et ſuſpiritus, cruciatus tarditate vehementior.* De Medea amante *Valer. Flacc.* VIII. 163. *non ullus tibi tum color, aegraque verba Errantesque genae,* (i. e. ἄστατον ὄμμα· temere nonnulli tentarunt.) *atque alieno gaudia vultu Semper erant. Horatius* Epod. XI. 9. *conviviorum et poenitet, In queis amantem et languor et ſilentium Arguit, et latere petitus imo ſpiritus.* — V. 4. κοῖλαι βλ. βάσεις. Sedes oculorum tumentes, ut illius ap. *Theocrit.* Eid. I. 38. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος ἀηδὲς κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι. cujus locutionis elegantiam multos, etiam *Rufinum*, ad imitandum invitaſſe docet *Ruhnken.* ad *Tim.* p. 169. κοίλους ὀφθαλμοὺς amantibus tribuit *Paul. Aegin.* L. III. 17. — V. 6. „τὴν ἀπιθῆ. In membranis prius fuerat τὴν ἀπαθῆ, quod „deterius non eſt.“ *Br.* Mihi autem poſterior lectio in hoc contextu ne ferenda quidem videtur. Ceterum hujus varietatis in ap. Gothano nullum veſtigium. — μίχεις. Ad veneficas *Propers.* L. I. 1. 21. *En agedum do-*

minae mentem convertite noſtrae, Et facite illa meo palleat ore magis.

XXI. Vat. Cod. p. 100. Plan. p. 475. St. 616. W. Conf. Ep. XXIX. Sulpicia ap. *Tibullum* L. IV. 5. 6. *Uror ego ante alias: juvat hoc, Cerinthe, quod uror, Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt. Mutuus adſit amor.* — V. 2. „ἢ σβέσον ἢ μετάθες. Sic recte Vat. membr. Pla„nudes perperam ἢ σάου. Adumbratum eſt e Polemonis „II. p. 184. Utrumque expreſſit Auſonius Ep. LXXIX. „LXXX.“ *Br.* Vide Animadv. T. II. P. II. p. 76. ubi alterum *Auſonii* Ep. laudatur. Alterum hoc eſt:

Aut reſtingue ignem, quo torreor, alma Dione;
Aut transire jube; vel face utrumque parem.

XXII. Vat. Cod. p. 100. ſq. Planud. p. 475. St. 617. W. De Rhodopes ſuperbia poëta conqueſtus, optat, ut approperante ſenectute mitior reddatur. Expreſſum ex *Straton.* Ep. XXVIII. — V. 1. ὑψοῦται, ὑψαυχενεῖ. Vide *T. H.* ad *Propert.* p. 702. — V. 2. ὀφρύσιν. cum ſupercilio quodam ſalutem reddit. ἀσπάζεσθαι idem, quod χαῖρε λέγειν. Vide *Spanhem.* ad *Ariſt.* Plut. v. 323. ſq. — V. 3. στεφάνους. lanua ap. *Propert.* I. El. XVI. 7. *Et mihi non deſunt turpes pendere corollae Semper, et excluſi ſigna jacere faces.* ubi *Burmannus* quaedam dedit de more amatorum januas coronandi. Cf. *Aſclepiad.* Ep. IV. et *Heyne* ad *Tibull.* I. El. II. 14. — V. 4. Haud ſcio, an verbis transpoſitis melius ſcribatur:

ἐγκαθεῖσα πατεῖ ἴχνεσι τοῖς σοβαροῖς.

— V. 5. Idem Cynthiae inſolentius ſe gerenti optat *Propert.* L. III. 23. 32. *At te celatis aetas gravis urgeat annis, Et veniat formae ruga ſiniſtra tuae. Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos, Et ſpecula rugas increpitante tibi.* — V. 6. κἂν. *ſaltem.* Vide *Locellam* ad *Xenoph. Epheſ.* p. 202. — ἡμεῖς ed. Steph. vitioſe.

XXIII. Vat. Cod. p. 101. Planud. p. 475. St. 617. W. Poëta ſe contra Amoris impetus ſatis fortem, eidem vero cum Baccho conjuncto imparem eſſe fatetur. Expreſſum ex *Poſidippi* Ep. II. — V. 1. λογισμὸς Amori perpetuo opponitur. Vide not. ad *Meleagri* Ep. LVI. T. I. P. I. p. 72. — V. 3. συνελεύσομαι. Plan. — V. 4. πρὸς δύο. Ad paroemiam reſpici putat *Scholiaſtes* Wechel.: μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, qua *Plato* paſſim utitur, eumque ſecutus *Liban.* de vita ſua p. 17. Δυοῖν γὰρ ἕνα οὐκ εἶναι κρατεῖν, οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα, τὴν παροιμίαν λέγειν. Non ſemper Herculis nomen additur. *Euripid.* ap. *Stob.* p. 79. Grot. τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον Δυοῖν ἐρίζειν. quod illuſtrat *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 256. Eodem fortaſſe reſpexit *Phaedrus* L. II. 6. 16. *tuta quae naturae fuerat munere, Impar duobus occidit triſti nece.* — Ceterum huc facit *Achill. Tat.* L. II. p. 69. Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βλαισοὶ θεοί, ψυχὴν κατασχόντες ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καλῶν αὐτὴν τῷ συνήθει πυρί, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων. quibus adde, quae notavi in Animadvv. T. I. P. I. p. 73. — V. 4. τί ποιεῖν. Flor. Ald. pr. Aſcenſ.

¶. 396.] *XXIV.* Vat. Cod. p. 101. Plan. p. 476. St. 618. W. Conf. Ep. XVII. — V. 1. τὰς χεῖρας Α. Ad *Servii* locum, qui digitos Minervae conſecratos dixit, hunc verſum admovit *Hadr. Junius* Animadv. IV. 12. in Theſ. crit. IV. p 416. Eundem et *Spanhemius* attigit de Minerva εὐπήχει agens ad *Callimach.* p. 610. Si aliunde conſtaret, Minervae manus pro eximie pulchris fuiſſe habitas, hoc certe loco de pulchritudine accipere malis quam de dexteritate et peritia. Mihi non liquet. — V. 3. εὐδαίμων. Haec ducta videntur ex loco celeberrimo *Sapphus* ap. *Longin.* Π. τ. ὑ. X. p. 42. quem expreſſit etiam *Lucian.* in Amor. §. 46. T. V. p. 308. ἀλλ' ἐμοὶ μέν, δαίμονες οὐράνιοι, βίος εἴη διηνεκὴς οὗτος, ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθέζεσθαι, καὶ πλησίον λαλοῦντος ἀκούειν. — V. 4. ἥδεος. Vat. Cod. — ἀθάνατος. Excitat *Burmann.*

h. l. ad *Propert.* L. II. 11. 9. *Quanta ego praeterita collegi gaudia nocte! Immortalis ero, si altera talis erit.* Cf. not. ad *Straton.* Ep. XIX. 6.

XXV. Vat. Cod. p. 89. „Hujus elegiae, quae mutila eſt, primum diſtichon in Planudea legitur ſub Rufini nomine p. 476. St. 618. W. Multis interjectis reliqua ibi leguntur p. 482. St. 626. W. absque auctoris nomine. Unum et idem carmen eſt, a Planude male divulſum.“ *Br.* Lemma eſt in Vat. εἰς Ἐλπίδα, εἴτε ἑταίραν τινὰ τὴν οὕτως καλουμένην ἐρωτικόν. Argumentum carminis his verbis concepit *Huetius* p. 48. „Puella ex voto ſecubabat ab amatore ſuo. Ait ille, ſe ejus deſiderium ferre non poſſe, ſed vel violaturum voti religionem, cui conſenſerat cum juramento, vel abiturum Epheſum, patriam ſuam, vale ipſi dicto. Si haec ſit nativa ſententia, legerim, εἰς δὲ σὲν ὅμμα ψεύσομαι, non πτήσομαι.“ Haec doctiſſimus praeſul, non improbabiliter, praeterquam quod πτήσομαι depravatum cenſet. Mutilum eſſe tertium diſtichon non puto, ſed depravatum, et ſine melioris cod. ope vix reſtituendum. Ex iis, quae intelligi poſſunt, hic ſenſus videtur emergere: Rufinus puellam, Elpida, neſcio qua de cauſa reliquerat in patria. Poſt breve tempus, cum deſiderium ejus non ferret, in patriam redire ſtatuit, ut puellae adſpectu iterum fruatur, et iterum iterumque ei vale dicat. — V. 2. εἰ χαίρειν. Similiter *Plautus* in Ahn. III. Sc. III. 1.:

Arg. Cur me retentas? Phil. Quia tui amans abeuntis egeo.

Arg. Vale. Ph. Aliquanto amplius valerem, si hic maneres.

Arg. Salve. Ph. Salvere me jubes, quoi tu abiens affers morbum.

— δύναται eſt in Plan. δύνατα Vat. Cod. — V. 3. οὔτε βαστάζω. *Tibull.* III. 2. 3. *Durus et ille fuit, qui tan-*

tum ferre dolorem, Vivere et erepta conjuge qui potuit. Non ego firmus in hoc, non haec patientia noſtro Ingenio; frangit fortia corda dolor. — μουνολεχῆ διαζυγίην. discidium, quod me cogit *deſerto jacere frigidum lecto*, ut *Ovidius* loquitur Epiſt. I. 7. — V. 5. δακρύοισι πεφυρμένος. *Strato* Ep. LXVIII. μυδαλέοντα πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ. — In exitu verſus membr. Vat. legunt ἢ ἐπιοχήσων, et ſic edd. vett. Flor. Ald. 1. 2. 3. In Aſcenſ. ἐπιοχῇ reperitur, quod Steph. recepit. *Brodaeus* corrigebat ἢ ἐπὶ Κρόισου, i. e. *Sardes*. Hoc ſenſum efficit ſatis bonum, neque tamen certa videri debet haec emendatio, cum etiam aliae ſuperſint emendandi viae Senſus in univerſum fuiſſe videtur: Nunquam non moeſtus et lacrymans per varias Aſiae regiones vagor; ſive: fruſtra lacrymarum et triſtitiae remedium ap. deos quaero. — V. 7. αὖριον. Jam ſubito poëta conſilium apud animum conſtituit, quo intolerabili huic deſiderio finem faciat: Age, cras me patria recipiet! — ἐς δὲ σὸν ὄμμα πτήσομαι. In tuum adſpectum advolabo. *Tibull.* I. III. 89. *Tunc veniam ſubito, nec quisquam nuntiet ante: Sed videar coelo miſſus adeſſe tibi.* — ἐπῶσθαι. Haec ſic accipienda videntur, ut ſupra dixi: iterum iterumque te valere jubebo. — Sic enim ſolent amantes ſe ipſos fallere, vanas ſaepenumero cauſas conſiliis ſuis praetexentes. Ante iter initum Rufinus Elpidi ſuae *longum* procul dubio *vale* dixerat; nunc in ipſo itinere, deſiderio ejus languens, viam remetiri ſtatuit, ut illud *vale* denuo repetat. — In eundem ſenſum haec accepit *Grotius*, qui totum carmen ſic vertit:

Spes mea, Rufinus tibi vivere dulciter optat,
Vivere ſi ſine me dulciter ipſa potes.
Juro tuos oculos, inſtar mihi numinis, ultra
Diſſidium lecti non queo ferre tui.
Semper eunt lacrymae: cupio perjurus haberi,
Cras niſi Dianae limina ſancta peto.

Patria me accipiet: citus ad tua limina curram,
Et repetam centum vocibus illud ave.

XXVI. Vat. Cod. p. 98. Plan. p. 474. St. 615. W. In Maeonidis puellae laudem, quam Minerva et Juno conſpicatae Venerem eſſe putabant. — V. 2. Μαιονίν. Vulgo. quod ex membr. emendatum. — V. 4. οὐ καλόν. Utraque dea, tali ſpecie viſa, ultro ſe victam fatetur. — In verbis οὐ καλὸν et περὶ καλλοσύνης acumen a poëta quaeſitum.

XXVII. Vat. Cod. p. 94. Planud. p. 478. St. 620. W. Mulierem formoſam, quam maritus nudam et male mulcatam domo ejecerat, conſolatur, ſalubri conſilio addito. Hoc quoque carmen, ut haud pauca iſtorum poëtarum, et ſophiſtarum epiſtolae quam plurimae, ex comoediae quadam ſcena ductum videtur. Conf. ad *Straton.* Ep. XXXV. 5. — V. 1. ἔδειρε. flagello cecidit. *Ariſtoph.* Ran. v. 631. πάντα τρόπον ἐν κλίμακι δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων, στρεβλῶν. ex quo loco, ut id obiter moneam, explicandus *Horat.* II. Epiſt. II. 15. ubi mango de puero venum proſtante: – *ſemel hic ceſſavit, et, ut fit, In ſcalis latuit metuens pendentis habenae.* In ſcalis flagellum pendebat, quia ſervi, poenas daturi, ſcalis alligabantur. — De marito in uxorem ſaeviente etiam *Agathias* Ep. XIV. μάστιξε βαδινῆς ἄψεα θηλυτέρης. — V. 2. ψυχὴν λιθίνην. *Tibull.* I. X. 59. *Ah lapis eſt ferrumque, ſuam quicunque puellam Verberat.* *Ovid.* III. Amor. VI. 59. *Ille habet et ſilices et vivum in pectore ferrum, Qui tenero lacrymas leusus in ore videt.* Cf. *Heynium* ad *Tibull.* I. 1. 64. *Impudicorum coetus fortem quemque et ſiliceum virum emollit.* *Seneca* de Ira L. III. 8. *Alciphron* L. II. 1. p. 204. οὐχ οὕτως εἰμὶ λιθίνη. *Phila* de Vita Moſ. T. II. p. 165. δίκην τὴν διὰ λίθων κατ' ἀνδρὸς λιθίνην καὶ ἀπόκροτον ψυχὴν ἔχοντος. *Themiſt.* Or. XXVI. p. 315. C. ὡς οὐδεμία μηχανὴ τὸν τῷ λόγῳ ὁμο-

παθοῦντα κεῖσθαι ἄνεω ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ αὐτοῦ βάθρου ἀκινητότερον. Sic haec ſcribenda videntur. — καὶ οὐκ ἔβλεπε. Iis, quae notavimus ad *Straton.* Ep. XXXI. adde *Achill. Tat.* L. III. p. 120. ἐπὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον πληγὴ κατηνέχθησαν· ὦ θεοί, δοκῶ, τυφλὸς Θέρσανδρος ἦν. L. VI. 21. p. 276. Therſander Leucippen, quae ſe pudicitiam intactam conſervaſſe affirmaverat, irridens, εὐνοῦχοι, inquit, σοὶ γεγόνασιν οἱ λῃσταί; φιλοσόφων ἦν τὸ πειρατήριον; οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς εἶχεν ὀφθαλμούς; — V. 4. τέκνον. Ad mulierem referri debet. Ne te, quaeſo, tantopere flagitii pudeat. Omnes idem faciunt, licet non omnes eadem patiantur. — ¶. 397.] V. 5. ὅταν ἐστὶν ἔσω. ὁ μοιχὸς ſcil. — κεῖνος. maritus. ὅτ' ἄν. Vat. Cod.

XXVIII. Vat. Cod. p. 94. Plan. p. 478. St. 621 W. Ejusdem fere cum praecedente argumenti. In exitu carminis mulierem in conjugis limine morantem et plorantem hortatur, ut lacrymas ſiſtat, aliumque ſibi commodiorem virum quaerat. — V. 1. ἐπ' ἄν. Vat. Cod. — ὡς ἀπὸ Πυθαγ. quaſi nunquam ipſe talia fecerit, quaſi germanus Pythagorae diſcipulus. Dictum, ut ap. *Martial.* L. IX. 47. *Sic quaſi Pythagorae loqueris ſucceſſor et haeres.* Pythagoras enim εὐδὲ πώποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν, οὔτε ἀφροδισιάζων, οὔτε μεθυσθείς. ap. *Suid.* T. III. p 234. Cf. *Diogen. Laërt.* L. VIII. 19. Praeſertim autem *Ruſini* aetate ii, qui ſe Pythagorae ſucceſſores et diſcipulos exiſtimari volebant, commercium cum mulieribus turpe putabant. *Porphyr.* de Abstin. IV. 20. — V. 3. καταδρώψεις eſt in Plan. κατὰ τρίψεις. Vat. Cod. Illud unice verum. *Perſes* Ep. VI. ἐλεεινὰ καταδρύψασα παρειάς. Vide not. ad *Mnaſalc.* Ep. XVII. T. I. P. I. p. 410. — V. 5. ἀκμάξω, τὰ δάκρυα ſcil. ut infra Ep. XXXIII. ἀποψήσασα τὸ δάκρυ. — χεύρησομεν. Vat. Cod. — V. 6. τὸν μηκέτι Vat. Cod. — Vel ſtolidum maritum, quem facile fallat mulier, vel talem ſignificat, qualem *Juvenalis* de-

ſcribit I. 56. *doctum ſpectare lacunar — et ad calicem vigilanti ſtertere naſo.* Cf. *Plutarch.* T. II. p. 760. A.

XXIX. Vat. Cod. p. 101. Plan. p. 476 St. 618. W. Plurimum ad ſenſum hujus diſtichi facit *Theophyl. Simoc.* Epiſt. XLIV. *οὐκ ἰσόῤῥοπον ἔχουσιν οἱ Ἔρωτες τὴν πλάστιγγα· ἄνισα τοῖς ἀνθρώποις ζυγοστατοῦσι τὰ δάκρυα· εἰ μὲν οὖν ἀδικοῦσι, θεοὶ μὴ κεκλήσθωσαν, εἰ δὲ τὴν προσηγορίαν οὐ ψεύδονται, ὀρθῶς δικαζέτωσαν.*

XXX. Vat. Cod. p. 90. Ῥουφίνου εἰς Εὐρώπην τὴν ἑταίραν. Planud. p. 477. St. 619. W. Hoc Epigramma cum nonnullis aliis, quae in Planudea ſequuntur, in apogr. Grotiano *Callimacho*, non *Rufino*, tribui, monuit *Burmannus* in Addend. ad Anth. Lat. T. II. p. 747. qui inſignis error, cujus origo facile patebit Planudeam inſpectantibus. — V. 1. *φίλαμα.* Vat. Cod. — *ἄχρι χείλεος.* *Lucian.* de Merc. cond. T. III. p. 224. ed. R. *οὐδὲ μέχρι φιλήματος ἄκρου μεταδιδόντες.* — V. 2. Hic verſus ex membr. Vat. emendatus eſt. *ἤδὺ κἂν* praebet etiam Flor. pr. Sed ſeqq. edd. *ἥδει* legunt. — *ψαύῃ.* vulgo. Caeterum haud ſcio, an melius legatur:

κἂν ψαύσῃ μοῦνον ἄκρου στόματος.

Eurip. Hecub. v. 242. *οὐ γὰρ ἄκρας παρείας ἔψαυσέ μου.* — V. 3. At ille non ſummis tantum labiis, ſed fortiter et ex animo oſculatur. „*ἀλλ' ἐρεισασα.* i. e. *ἐρείσασα.* Illud „recte habet Vat. Cod. hoc minus bene Flor. et Aldina „prior. Sic ſupra Lucillius Cil. *δανείσας* pro *δανείσας.* „Vide Heſychii Intrpp. ad *ἐρίσει* et *ἔρισμα.* Ineptiſſime „autem ceterae edd. *ἐρείσασα.*" *Br.* In Lectt. Aldi *ἐρείσασα* corrigitur, vitioſe pro *ἐρείσασα*, quod ſeqq. editores in errorem induxit. *ἐρείσαντα φιλεῖν* idem eſt, quod *προσφῦσαι φιλεῖν, ὥστε μόλις ἀναστῆσαι τὰ χείλη*, ap. *Lucian.* in Dial. Meretr. III. T. VIII. p. 207. *Oſculo adhaerere* dixit *Seneca* de Ira c. 24. *oſcula adfigere Lucret.* L. IV. 1075. Vide *Silentiar.* Ep. VII. — V. 4. *ἐξ ὀνύχων.* Similiter

Aſclepiad. Ep. XVII. ἀλλ' ὁ πόνος δύεται εἰς ὄνυχα. ubi vide.

XXXI. Vat. Cod. p. 102. Planud. p. 478. St. 621. W. Puellam monet, ut jam nunc venturae ſenectutis memor, mature ſe ipſi tradat. *Ovid.* L. III. A. A. 69. *Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem, Frigida deſerta nocte jacebis anus. — — Quam cito, me miſerum, laxantur corpora rugis Et perit in nitido qui fuit ore color.* — V. 1. Προδόκη (vide XVI. 1.) παρὰ κλαύσομαι. Vat. Cod. — V. 4. Senſus eſt, quem explicat *Lucian.* de Merc. Cond. §. 7. T. III. p. 224. εἶτ' ἔλαθον ἄμφω γηράσαντες, ἔξωροι γενόμενοι, καὶ οὗτος τοῦ ἔρωτος ἐκεῖνος τοῦ μεταδιδόναι.

XXXII. Vat. Cod. p. 91. Εἰς Προδίκην ἑταίρᾳ. Plan. p. 478. St. 622. W. Ad eandem Prodicam, jam anum et ab amantibus deſertam. Cf. *Macedon.* Ep. V. Simile huic Epigramma expreſſit *Auſonius* Ep. XIII. *Dicebam tibi, Galla, ſeneſcimus; effugit aetas. Utere rene tuo: caſta puella, anus es. Spreviſti, obrepſit non intellecta ſenectus, Nec revocare potes, qui periere, dies. Horat.* IV. Carm. XIII. 1. *Audivere, Lyce, Dî mea vota, Dî Audivere, Lyce, Fis anus.* — V. 1. οὐκ ἔλεγον. Sic fere *Ovid.* I. Amor. XIV. 1. *Dicebam, medicare tuos deſiſte capillos.* — Προδόκη etiam h. l. Vat. Cod. — V. 2. ἤξουσιν. Vat. Cod. et Plan. In Flor. tamen ἤξουσι. — αἱ διαλυσίφιλοι, rugae et cani puta, quibus amor fugatur, ſive vinculum amoris diſſolvitur, διαλύεται. *Bion* ap. *Stobaeum* LXIV. p. 410. Gesn. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης. Vide Animadv. T. II. P. II. p. 127. — §. 398.] V. 3. ῥυτίδες. Eadem conjungit *Ovid.* II. A. A. 117. *Et tibi jam cani venient, formoſa, capilli: Jam venient rugae, quae tibi corpus arent.* Corpus *rugis aratum* noſtro eſt ῥακώδες, quod praeclare illuſtravit *T. H.* ad *Ariſtoph.* Plut.

v. 1066. p. 395. et ad *Luciani* Timon. §. 32. Tom. I. p. 102. Rugoſum ventrem *ſciſſum* vocat *Martial.* L. XIV. 60. — V. 5. Ductus color, ex *Straton.* Ep. LXXI. μετέωρε. i. e. ὑπερήφανε. ut infra Ep. XXXVIII. 5. — κολακευτῶν. Vat. Cod. — V. 6. ὡς τάφον. Vetulas σορούς vocabant. *Ariſtoph.* Veſp. 1355. ποθεῖν ἐμὲν τ' ἔοικας ὡραίας σοροῦ. Epigr. ἀδεσπ. LXXXVII. ἔγχαλκος γεραιᾶς πλουσίᾳ ἐστὶ σορός. ubi plura vide. Ad hunc dicendi uſum reſpexit *Meleager* Ep. LXXVII. 10. ubi ἄνωθε fortaſſe defendi poterit ex comparatione *Ariſtophanis* Eccleſ. v. 1108. Ad noſtrum autem locum nihil accommodatius *Luciani* Tim. §. 5. T. I. p. 75. ἀλλ' ἤν που καὶ δόξῃ βαδίζων ἐντύχοιμι τινὶ αὐτῶν, ὥσπερ τινὰ στήλην παλαιοῦ νεκροῦ ὄπτιαν, ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀνατετραμμένην, παρέχονται, μηδὲ ἀναγνόντες. ad quem *Hemſterhuſius* noſtri loci non immemor fuit. ἔμψυχον τάφον ſenem vocat idem in Mort. Dial. VI. 2. T. II. p. 143. *Laberius* ap. *Macrob.* Sat. L. II. 7. *me vetuſtas amplexu annorum enecat. Sepulcri ſimilis nil niſi nomen retineo.* Cf. *Smicrines* de Archippa, Sophoclis ſenis amaſia, ap. *Athen.* XIII. p. 592. B.

XXXIII. Vat. Cod. p. 98. Plan. p. 478. St. 621. W. Lacrymis et miſera lamentatione cum poëta ſe Prodicam commoviſſe putaret, illa eum manibus ſuis domo ejecit. Mire *Opſopoeus*, harum mulierculariarum mores minus perſpectas habens, Prodicam amatorem prae amore ſive verecundia potius ejeciſſe autumat. Riſum poëta quaeſivit ex παραδόξῳ. — V. 6. ταῖς τρυφεραῖς χερσὶν ἡμᾶς. Planud. edd. omnes usque ad *Stephan.* cum quo Vat. Cod. conſpirat.

XXXIV. Vat. Cod. p. 91. Plan. p. 477. St. 620. W. Mutuum puellae amorem usque ad canos et cineres promittit. Conf. *Callimachi* Ep. XIII. 3. — V. 1. βοῶπι. Pro nomine proprio habuit auctor lemmatis in Vat. Cod. εἰς βοῶπιν ἐταίραν. Pro adjectivo *Grotius*, qui vertit: *Ampla*

Ampla oculis, tibi me famulum dedit ipſe Cupido. fortaſſe rectius. Ad puellae nomen tamen in ſeqq. argute reſpici exiſtimabat cl. *Mitſcherl.* ad *Horat.* II. Carm. V. 5. p. 396. — V. 2. ταῦρον. Unde hanc lectionem duxerit cl. editor, non indicavit; in Planud. enim et in Vat. membr. γαῦρον habetur. Elegans eſt et vera emendatio, cujuscunque ſit. Qui mutuo amore tenentur, eodem jugo alligati dicuntur, ut ap. *Theocrit.* Eid. XII. 15. ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ. Hinc allegoria, quam illuſtravit *Horatii* interpres modo laudatus ad L. II. Carm. V. 2 *nondum munia comparis Aequare, nec tauri ruentis In Venerem tolerare pondus.* — Mox fortaſſe melius et allegoriae aptius πόνον legeris pro πόθον, praeſertim cum illud quoque de amoris cruciatibus uſurpari ſoleat. Vide ad Ep. XIII. 4. — V. 3. αὐτοθελῆ. ἰθελόδουλον. — V. 4. πικρήν. ita me tibi in ſervitutem trado, ut nunquam libertatem, moleſtam mihi et acerbam, appeturus ſim. — V. 5. φίλης ſincerum non puto. Promittat poëta licet integram et intemeratam fidem, quae usque ad ſenectutem et *canos* duret; num idem, quaeſo, *canos* laude afficiet? Non puto, ſed ſcribendum:

ἄχρι, φίλη, πολιῆς καὶ γήρεος.

Ceterum idem optat *Tibull.* III. 3. 7. – *tecum ut longae ſociarem gaudia vitae, Inque tuo caderet noſtra ſenecta ſinu. Propert.* II. 19. 19. *At me non aetas mutabit tota Sibyllae, Non labor Alcidae non niger ille dies.* et v. 45. *At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus, Sive ego Tithonus, ſive ego Neſtor ero.* Cf. *Macedonii* Ep. I. — »ὄμμα βάλοι. Deſumtum hoc e veteri poëta, cujus diſti»chon profert *Suidas* in Παλαμήδης T. III. p. 6. a Bent»lejo ſic emendatum:

»εἴη μοι βίοτος πανεπάκοιος· ὄμμα δὲ βάλλοι
»μήποτ' ἐφ' ἡμετέραις ἐλπίσι βασκανίη.«

Br. Apud *Suidam* haec ſic leguntur: ὄμμα β. δὲ μ. ἐφημέραις ἐ. β. φησί τις τῶν παλαιῶν. Haec verba Lexicographi,

quae ad *Rufinum* noſtrum vix referri poſſunt, efficiunt, ut *Brunckii* ſententiam probem prae ea, quam *Schneiderus* indicavit in Bibl. phil. T. IV. p. 88. et in not. mſc. Putans enim vir doctiſſimus, *Suidam* ipſius *Rufini* verba laudare, lacunam eſſe poſt γήραος ſtatuit, totumque locum ſic concinnandum eſſe judicavit:

ἄχρι φίλης πολιῆς καὶ γήραος . . . . . .
. . . . . .
εἴη μοι βίοτος πανεπάρκιος· ὄμμα δὲ βάλλοι
μήποτ' ἐφ' ἡμετέρῃ Ἐλπίδι βασκανίη.

agi enim de Elpide puella, cujus Ep. XXV. facta eſt mentio. — ἐλπίδες, ſi vera eſt lectio, ſpes eſt futurae felicitatis in puellae amore percipiendae; hanc ne invidorum *faſcinantes oculi* deterant et imminuant, poëta optat. Superſtitionem veterum de faſcino plures explicuerunt. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 62. et *D. Herald.* ad *Martial.* VI. 29. p 123. ſq.

XXXV. Vat. Cod. p. 94. Plan. p. 486. St. 631. W. Priorem verſum protulit *Suidas* in δοσίπυγος T. I. p. 625. in ἀφέλεια p. 393. et in μαῦ T. II. p. 566. In tribus his locis τὴν ἀφελῆ interpretatur τὴν ἀπόνηρον καὶ δοσίπυγον. Ad ſenſum conf. *Automedons.* Ep. II. et *Straton.* Ep. XLII. et ibi notata. Similia collegit *Tollius* ad *Auſonium* Ep. XXXIX. *Hanc volo, quae non vult, illam, quae vult, ego nolo. Vincere vult animos, non ſatiare Venus. Oblatas ſperno illecebras, detrecto negatas, Nec ſatiare animum, nec cruciare volo.*

XXXVI. Vat. Cod. p. 95. Plan. p. 486. St. 631. W. In formoſam mulierem, cujus ſe nec canos, paſſim ſuccreſcentes, averſari ait. Cf. *Macedon.* Ep. I. 7. 8. — V. 1. ὑαλόεσσα. Vide ad *Straton.* LXXXVIII. — V. 3. δειρὴ λυγδινίη. *Laevis cervix* ap. *Propert.* III. 15. 31. *Varro* ap. *Nonium* in *Regilla veſtis: Collum procerum, fictum laevi marmore.* — τὰ λύγδινα κώνια μαστῶν. *Philo-*

dem. Ep. XVIII. ubi vide not. et ad *Posidipp.* Ep. VII. T. II. P. I. p. 139. — ¶. 399.] V. 5. πλοκαμοῖσι. Plan. — ἀκανθας. Vat. Cod. Notanda metaphora de canis. Est enim vocis ἀκάνθης usus in omnibus rebus, quae, ut minus gratae, animum pungunt et sollicitant. De partibus corporis minus formosis Auctor Ep. ἀδεσπ XX. γυμνὴν Ἀντιφίλου ζητῶν χάριν, ὡς ἐπ' ἀκάνθαις Εὑρήσεις βοδέαν φυομένην κάλυκα. — V. 6. καλάμη. Conf. ad *Asclepiad.* Ep. I. 4. T. I. P. II. p. 22.

XXXVII. Vat. Cod. p. 92. Plan. p. 482. St. 626. W. In meretricem, anum factam et pauperem. — V. 1. ποῦ σαι. Comparat haec novissimus *Horatii* interpres ad L. IV. Od. XIII. 17. *Quo fugit Venus? heu, quove color? decens Quo motus? —* περίοπτα κάλλεα. conspicua et omnibus admirabilis pulchritudo. περίβλεπτον κάλλος, περίβλεπτος βίος etc. similiter dicuntur. Nolim itaque corruptelae suspicionem movere cum *G. Wakefield*, qui in Sylv. crit. T. III. p. 138. περίαπτα tentat. — φαντασίη de *specie* simpliciter accipiendum, respectu habito ad inconstantiam pulcritudinis; nam quae celeriter existunt, celeriter evanescunt species, proprie φαντασίαι vocantur. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 765. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 344. — V. 3. γαῦρα φρονήματα *elatus et superbus animus. Suidas* φρόνημα. ἔπαρσις. *Schol. Thucyd.* L. V. 43. φρονήματι φιλονεικῶν ἐναντιοῦτο. ὄγκῳ. ἐπάρσει. διανοίᾳ ἐπηρμένῃ. Nihil hic muto; sed si codex offerret:

καὶ γαῦρα φρυάγματα —

id lubens amplecterer. Hoc enim de inani superbia fere solemne. Noster Epigr. I. σοβαρόν τε φρύαγμα. De puella jam senescente *Agathias* Ep. XX. μίμνει καὶ τὸ φρύαγμα τὸ παιδικόν. Idem Ep. LXV. de magistratu, a fastigio, in quo collocatus fuerat, dejecto: ἦ βά γε ποῦ τὸ φρύαγμα τὸ τηλίκον; Puerum de imminente aetate admonens *Meleager* Ep. XXII. τὰ δ' ὀρθὸν μὴ γαῦρα φρυάσσευ. τύφον· καὶ

φρύαγμα junxit *Ariſtaenet.* II. 12. et *Aelian.* II. A. H. 10. ὀφρύας et φρύαγμα *Arrian.* in *Epictet.* L. III. 26. ἐγὼ μὲν οὐδὲ ζῆν ἤθελον, εἰ διὰ Φιλημίωνα ἔδει ζῆσαι, τῆς ὀφρύος αὐτοῦ καὶ δουλικοῦ φρυάγματος ἀνασχόμενος. — *μέγας αὐχήν. ſublata ſecundis colla*, ut *Claudian.* loquitur II. in Rufin. 447. *tollens vacuum plus nimio Gloria verticem. Horat.* I. Carm. XVII. 15. ubi multa ſimilia collegit *Mitſcherl.* et ad L. III. 16. 19. quibus adde *Philoſtrat.* Vit. Apollon. VII. p. 303. πλοῦτος τὸν αὐχένα ἴστησι. Cf. Anim. T. II. P. II. p. 346. — V. 4. ταρσῶν. De pedibus accipio cum *Grotio: Et circum niveos aurea vincla pedes.* Vide *Fiſcher.* ad *Anacr.* VII. p. 38. XII. p. 54. Pedes autem et crura aureis armillis et catellis ornaſſe mulieres, in vulgus notum. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* Ep. XXI. 7. T. II. P. I. p. 29. ſq. Aliter haec accepit cl. *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 138. et T. V. p. 112. cui non aſſentio. — V. 5. Quae in vetula, ab amantibus deſerta, animadvertit noſter, eadem fere deliciis ſuis imprecatur *Tibull.* I. El. IX. 13. *Jam mihi perſolvet poenas pulvisque decorem Detrahet et ventis horrida facta coma. Uretur facies, urentur ſole capilli; Deteret invalidos et via longa pedes.* — ψαφαρή. ſqualida. ψαφαρόν. ξηρόν. αὐχμηρόν. καθειμένης. ἀλαφρόν. *Heſych.* De Ulyſſe ſub mendici ſpecie Trojae verſante Auctor Rheſi v. 715. βίον τ' ἐπαιτῶν, εἶτ' ἀγύρτης τις λάτρις, Ψαφαρόχρουν κάρα πουλυπινές τ' ἔχων. — „κόμη τ' ἐπὶ ποσσὶ βραχεῖα. Sic Vat. „Cod. κόμη hic poſitum pro κομιδῇ " *Br.* Temere haec poſuit cl editor. Primum in Vat. Cod. non eſt ἐπὶ ποσσί, ſed παρὰ ποσσί. quod ſic interpretatur *Salmaſ.* in not. ined. κόμη, quae olim erat παρὰ ποσσί, nunc eſt βραχεῖα. Hoc ſenſum habet bonum, ſed durum eſt et praecipue propter omiſſam copulam vix tolerabile. Vulgatam tuetur clar. *Wakefield*, ἐπὶ πᾶσι *ſuper omnibus* explicans; ut accepit etiam *Grotius*: *calvaſtra ſuperque.* Hoc, quamvis paulo jejunius, Vaticanae tamen lectioni praetulerim.

Fortaſſe recondita quaedam lectio latet. — V. 6. σπατυλᾶν. Vide ad Ep. I. 2.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 92. Duplici lemmate inſtructum: Εἰς μειράκιον. et: Εἰς κόρην γηράσασαν καὶ τοῖς ἐρασταῖς ὑποκαταβαίνουσαν. Exoleto melius convenire quam meretrici, judicat *Brunck.* In Plan. p. 483. St. 627. W. ἄδηλον eſt. Quaedam in hoc Epigr. expreſſa ſunt ex *Aſclepiad.* Ep. I. — V. 1. νῦν μοι. Conf. *Straton.* Ep. XXVIII. — τὸ πρόσωπον ἁπ. Comparavit hoc carmen *Wakefield.* in Sylv. crit. T. II. p. 10. ad Matth. VI. 16. μὴ γίνεσθαι ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. — V. 2. λειότερον. De puero agi, ex hoc praeſertim vocabulo, et ex iis, quae proximo diſticho de coma abraſa dicuntur, probabile fit. λεῖος de pueris proprium, quorum *genas* nondum *barba obumbrat.* Vide *Straton.* Ep. XI. — V. 3. προσπαίζεις. Vide ad Ep. XVIII. 3. — ἠφάνισας. Vide ad *Straton.* Ep. LIV. De crinibus abſciſſis h. l. accipio. Ephebi enim comam, quam pueri nutriverant, tondere ſolebant. Paulo diverſo ſenſu τὰς τρίχας ἀφανίζειν dixit *Aelian.* VII. Var. Hiſt. 20. γέρων ἤδη ὢν — καὶ διὰ ταῦτα τὴν τρίχα πολιὰν οὖσαν ἐπιεῖτο βαφῇ ἀφανίζειν. — V. 4. αὐχέσι πλαζ. Ad *Ligurinum Horat.* IV. Carm. X. 3. *quum — quae nunc humeris involitant, deciderint comae.* Idem in deſcriptione formoſi pueri III. Carm. XX. 13. *Fertur et leni recreare vento Sparſum odoratis humerum capillis.* quibuscum comparandus *Archilochus* ap. *Syneſium* in Calvitii Encom. p. 75. B. ἡ δὲ οἱ κόμη Ὦμους κατασκιάζει καὶ μετάφρενα. Plurimum huc facit *Theocrit.* Eid. V. 90. κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποίμενα λεῖος ὑπάντων Ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παῤ αὐχένα εἶλεν ἔθειρα. qui locus tuetur etiam v. 5. vulgatam συνάντα, quam impugnabat *Wakefield.* qui συναύδα mallet. Quanto fortius *Rufinus*, qui puero *tantum diverſo ab illo* ne obviam quidem velit fieri, ejus adſpectum, tanquam portenti cujusdam et monſtri, aver-

ſatus. — μετέωρος. Cf. Ep. XXXII. 5. — V. 6. ἀντὶ βόδου. Ep. ἀδέσπ. XXXIX. τὸ βόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθῃ, ζητῶν εὑρήσεις οὐ βόδον, ἀλλὰ βάτον. *Ariſtaen.* L. II. I. p. 72. οὐ δεῖ τηρεῖν ὀπώραν· δίδου τοῖς σοῖς ὀπωρώναις τὴν ὥραν τρυγᾶν· μετ' ὀλίγον γὰρ ἔσῃ γεράνδρυον. Similia congeſſit *Abreſch.* in Lectt. p. 188.

ANDRONICI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 233. Poſterius diſtichon laudat *Suidas* in νεοδηγεῖ T. II. p. 608. ubi *Kuſterus* integrum Ep. ex Cod. edidit. *Reisk.* Anth. p. 75. nr. 571. Uterque eas formas repraeſentarunt, quas Cod. habet, qui non ſatis conſtanter communes cum doricis miſcuit. — V. 2. φίλα eſt in membr. neque id temere mutandum. — V. 3. νεοδηγεῖ. Vat. Cod. et Suid. νεοδᾶγι emendatum ex Ep. *Sappbus* T. I. p. 55. quod *Andronicus* expreſſit:

ἅς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοδᾶγι σιδάρῳ
ἄλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

— V. 4. κεφαλῆς Vat. Cod.

PHILOSTRATI EPIGRAMMA.

¶. 400.] Planud. p. 312. St. 452. W. In Philoſtrati Operibus p. 950. Dubites, ſtatuamne vulnerati Telephi deſcribat poëta, an pictam imaginem. Quum tamen in fine carminis Achivi commemorentur, qui Telephi, quamvis vulnere debilitati, adſpectu perterriti ad naves confugiant, *Heynius* in Commentatt. T. X. p. 95. totam hiſtoriam in tabula expreſſam fuiſſe exiſtimare malit. Fabulam de Telepho docte perſequitur *Meziriac* ad

Ovidii Epiſt. T. I. p. 233. Eſt de eo Epigr. Anthol. Lat. L. I. nr. XCIX. ubi legendum videtur:

Mox precibus flexi Pelidae robore ſarta,
Injecto membris pulvere, plaga coit.

Horatius I. Epiſt. III. 31. *an male ſarta Gratia nequiequam coit et reſcinditur.* — V. 2. αἱμάξας. timendum Graecorum exercitum cruentavit. Fortaſſe ex *Pindaro* Iſthm. VIII. 107. ὃ καὶ Μύσιον ἀμπελόεν Αἵμαξε Τηλέφου μέλανι βαίνων φόνῳ παδίον. De Telephi, Achaeos fugantis, virtute idem Ol. IX. 110. ἀλκᾶντας Δαναοὺς τρέψας ἁλίαισι πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλε. — V. 3. ἰκέρας. Omnes Aldinae. — V. 5. ὀλοὸν βάρος. *grave vulnus* in latere alens, doloribus oppreſſus, quibus τήκεται, animi deliquium patitur. Proxima mihi videntur obſcuriſſima: ἐμψύχῳ σαρκὶ συνελκόμενος, *tractus* ſive *ſe ipſum trahens cum viva carne.* *Heynius* vertit: Exitioſum onus (haſtam) corpori infixum habens, cum eo in terram tractus deficit, tanquam animam agens, corpore adhuc vita animato. *Grotius* autem ſic:

Nunc femore occultans ſaevi tormenta doloris
Moeret, et attrahitur vulnere tota coro.

quae manifeſto falſa ſunt. ἐμψύχῳ σαρκὶ eſt pro ἔμψυχος. Quamvis exſtinctus videtur, vivit tamen, et vivus trahitur. Finge tibi Telephum in tabula a ſuis defenſum et, ne in Graecorum manus veniat, extra tela retractum.

ZELOTI EPIGRAMMATA.

I. II. In Vat. Cod. duo haec carmina juxta leguntur p. 363. prius cum lemmate: Ζηλώτου, οἱ δὲ Βάσσου. alterum ἄδηλον. in marg. τοῦ αὐτοῦ. In Planud. p. 78. St. 113. W. uni *Zeloto* tribuuntur. In utroque pinus loqui-

tur, venti impetu fracta, deinde, infausto omine, navi adhibita. Conf. *Cyllenii* Ep. II. T. II. p. 282. Ep. ἀδέσπ. CCCLXXXIII – CCCLXXXV. — Argutum hoc, κλῶνα ναυηγόν, arborem, quae ante navigationem naufragium (in terra) fecit. De translata hac vocis ναυηγὸς significatione diximus ad *Posidippum* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. Ibi notatis adde *Valcken.* ad *Ammon.* p. 159. et ad *Herodotum* p. 624. 60.

CARPHYLIDIS EPIGRAMMATA.

¶. 401.] *I.* Vat. Cod. p. 365. Καρφυλλίδους. Καρφυλλίδου inscribitur in Plan. p. 38. St. 56. W. Historia de piscatore, qui naufragi caput, quod hamo ex undis extraxerat, sepeliens thesaurum invenerat. — V. 1. ἰχθύς. Vat. Cod. ἰχθῦς voluit. Inepte poëta lusit in σύριγξι ἀγκίστρου et κρᾶτα λιποτριχία. — V. 3. τὸν om. Vat. Cod. νέκυς ὁ λειώματος, cadaver, cujus major pars perierat. — ἐξ ἀσιδήρου χειρός, manibus, non ligone, parvam fossam excavans. Pro ἐπισκάπτων haud scio an melius legatur:

ὀπὴν σκάπτων.

Piscatorem enim illum non solum exiguum pulveris munus reperto capiti tribuisse – quod esset ἐπισκάπτειν, *pulverem injicere* – sed in fossa illud posuisse, res ipsa docet. ὀπὴν de sepulcri fossa usurpavit *Posidippus* Ep. XVII. ἤλᾳ' ὑπὸ κοῖλον ὀπήν. — V. 5. δικαίως. Vat. Cod. male. — Praemia pietatem manere, multi veterum dixerunt, quorum loca, si libet, vide ap. *Rittersbus.* ad *Oppian.* Hal. L. II. 642.

II. Vat. Cod. p. 245. Εἴς τινα ἐν εὐδαιμονίᾳ πολλῇ τελευτήσαντα. Καρφυλλίδου. Plan. p. 192. St. 279. W. ubi auctoris nomen uno λ Καρφυλίδου scribitur. Apte Ορφε-

poeus cum hoc carmine contulit ea, quae de Q. Metelli felicitate narrat *Valer. Max.* VII. 1. 1. cum quo comparandus *Vellejus Paterc.* L. I. 11. 6. ubi vide cl. *Krauſe.* Quamvis multa in *Carphylidis* Epigrammate cum iis, quae de Metello feruntur, conſpirant, minime tamen in hunc virum compoſitum videri debet. Is, quem C. celebrat, tres filios reliquerat, Metellus quatuor, omnes ſummis honoribus functos. Hoc poëta non omiſiſſet. — V. 1. *μὴ μέμψῃ.* ne fatum meum *queraris*, (vide *Lennep.* de verbo *μέμφεσθαι* in Etymol. p. 548.) nihil enim, ne moriens quidem, paſſus ſum, quod lacrymis dignum eſſet. — *θρήνων. Hyperid.* ap. *Stobaeum* T. CXXIV. p. 615. *οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασιν.* Simili colore *Ennius* ap. *Ciceron.* Tuſc. Diſp. I. 15. *Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu Faxit. Cur? volito vivu' per ora virûm.* — V. 7. *κατὰ σπείσαντες.* Vat. Cod. Hi me, juſtis peractis, ad piorum loca miſerunt, ubi dulcem illum defunctorum dormirem ſomnum.

PHILONIS DISTICHON.

Vat. Cod. p. 566. *Φίλωνος.* Ibidem ſequitur diſtichon, cui initium, *Αἱ τείχες ἦν σιγᾷς*, auctoris nomine non appoſito, unde factum, ut in Planud. p. 21. St. 33. W. cum *Philonis* verſibus jungeretur. Vide ad *Luciani* Ep. VIII. T. II. P. II. p. 415. — Pro *αἱ γὰρ ἅτες νοῦ*, malim equidem:

εἰ γὰρ ἄτες νοῦ.

ZENOBII GRAMMATICI DISTICHON,

¶. 402.] Vat. Cod. p. 476. Plan. p. 368. St. 507. W. In Victoris Grammatici imaginem. τὸν σκοπὸν ἔχω. finem, quem volui, assecutus sum. Victorem enim pingens, hominem artis suae peritissimum, ipsam Grammaticam sibi repraesentasse videbatur ille. τὸν σκοπὸν *Toupius* Em. ad *Suid.* p. 425. per τόπον interpretatur; cui non assentior. Ceterum *Victor*, in cujus laudem haec sunt composita, fortasse est *Sulpicius Victor*, cujus *Institutiones oratoriae* adhuc supersunt.

EUPITHII ATHENIENSIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 389. Plan. p. 23. St. 35. W. Lemma ap. *Brunckium*, τοῦ στίξαντος τὴν καθόλου, est ex Vat. membr. στίζειν dicuntur grammatici libros, in quibus singulis vocibus accentus et spiritus adpingebant, verbaque interpunctione distinguebant, docente *Villoisonio* in Prolegg. ad Homer. p. IX. sq. Jam tibi Eupithium finge, labore in τῇ καθόλου peracto, opus suum admirantem. — Plures sunt antiquitatis libri, τῆς καθόλου titulo inscripti, inter eos autem unus, quem h. l. unice intelligendum puto, illis nimirum temporibus celeberrimus, Herodiani ἡ καθόλου sive καθολικὴ προσῳδία. Hic liber in canones descriptus erat, sive certe canones praefixos habuit, ut apparet ex ejus Epitome, quae in Bibliotheca Oxonienſi asservatur, hoc titulo: Κανόνες τῆς καθολικῆς προσῳδίας τοῦ σοφωτάτου Ἡρωδιανοῦ, οὓς περιέτεμε Θεοδόσιος. Laudat hanc Epitomen *Kusterus* ad *Suid.* T. II. p. 78. ubi plura de

hoc opere disputat. Eundem librum in compendium redegerunt etiam Aristodemus et Arcadius, de quibus vide *Villoison.* Prolegg. Homer. p. XI. sq. qui de Herodiano etiam egit p. XXXI. Hinc intelligitur *canonum* mentio in v. 1. Epigrammatis nostri. Ejusmodi autem librum notis grammaticis instruere, satis operosum fuisse, sponte intelligitur. Et vides, ut *Eupithius*, hoc labore ad finem perducto, quasi respiret! — V. 1. κανόνων vitiose impressum in ed. Lips. pro κανόνων. — V. 2. ξυσμάων ἄς λεπτὸς τάδ' ἔχ. sic Vat. Cod. — ξυσμαὶ non sunt rasurae h. l. sed tenues notae, calami acumine membranae quasi insculptae. ξύσαι. χαράξαι. ἐπιγράψαι. *Hesych.* Idem: γράψαι. ξύσαι. χαράξαι. ἀμύξαι. — V. 4. τῆς καθόλου. Lusum verborum facete, ut solet, expressit *Grotius:*

Dorsum, oculos, humeros, nervos, cerebrumque fatisco!
Ac tota totum corpus ab arte dolet.

OENOMAI DISTICHON.

Vat. Cod. p. 479. Εἰς Ἔρωτα ἐν κανκίῳ γεγλυμμένον. Idem lemma in Plan. p. 351. St. 490. W. καύκιον est *patella. Glossae: cauca. patera.* Illustravit hoc vocabulum *Salmas.* ad Script. H. Aug. T. II. p. 382. Apte hoc distichon *Harduinus* admovit Plinianis L. XXXIII. 2. p. 600. *Didicit homo naturam provocare. Auxere et vitiorum irritamenta. In poculis libidines caelare juvit, ac per obscoenitates bibere.* Conf. *Rufini* Ep. XXIII.

JULIANI CAESARIS EPIGRAMMATA.

¶. 403.] *I.* Vat Cod. p. 419. ſq. Planud. p. 83. St. 121. W. In cereviſiam, vini nomen temere ſibi arrogantem, invehitur. Cum triplici verſione hoc Ep. laudatur ap. *Meibomium* de Cereviſia c. XXV. in *Gronov.* Theſ. T. IX. p. 609. De οἴνῳ κριθίνῳ, *vino hordeaceo*, veterum loca aliquot collegit *Trillerus* in Obſſ. crit. p. 197. Quid inter hanc potionem et zythum interſit, disputavit *Hadrianus Junius* Anim. II. 12. — V. 1. τίς, πόθεν εἶς. Solemnis ap. *Homerum* formula, qua peregre advenientes nomen et patriam interrogantur, a recentioribus ad contemtus ſignificationem paſſim detorquetur, monente *Lennepio* ad *Phalar.* Epiſt. XXXV. p. 128. 57. — τὸν ἀληθέα, cujus tu tibi nomen temere arrogas. — V. 3. σὺ δὲ τράγου. ἀπόζειν ὥσπερ ὁ τράγος *Lucian.* Dial. Mar. I. 5. T. II. p. 93. quod etiam τραγίζειν dicitur; quam vocem illuſtravit *Brodaeus* Miſcell. V. 22. Cf. *Lucillii* Ep. LXXXIX. — ἦ ῥά νό σε κ. Vat. Cod. Ceterum Oſiridi hoc tribuit *Diodor. Sic.* L. I. p. 24. 3. quem narrat τὸν κοινὸν βίον τοῖς ἡμερωτάτοις κάρποις εὐεργετῆσαι· εἰ δέ τις χώρα τὸ φυτὸν τῆς ἀμπέλου μὴ προσδέχοιτο, διδάξαι τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας τε καὶ δυνάμεως. *Dion Academicus* ap. *Athen.* L. I. p. 34. B. Aegyptios φιλοίνους καὶ φιλοπότας appellat, εὑρεθῆναί τε παρ' αὐτοῖς βοήθημα, ὥστε τοὺς διὰ πενίαν ἀποχοῦντας οἴνου τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γενόμενον πίνειν. — V. 6. πυρογενῆ, *e frumento natum*, non, ut illum, πυριγενῆ et πυριεπτον (*Orpheus* Hym. XLIV.), *e flammis genitum.* Minus recte hunc locum interpretatus eſt *Caſaubonus* ad *Strabon.* XIII. p. 932. D. ubi Geographus Βάκχον πυριγενῆ attigit; et *Diodor. Sic.* L. IV. p. 250. 97. Contra *Grotium*, ut erat perſpicax harum venerum exiſtimator,

poëtae acumen non fugit, quin id praeclare imitatus eſt, vertens:

Hinc Cerealis eras meliori jure vocandus,
Non ſatus ex Semela matre, ſed ex ſimila.

— V. 6. „καὶ βρόμου, οὐ βρόμιον. Sic vetus membr. cujus „lectionem illuſtrat *Salmaſius* in Plin. p. 154. G.“ *Br.* In Goth. apogr. eſt βρόμον, ut vulgo legitur. Nec aliter *Julianum* ſcripſiſſe puto. Nam βρόμος non ſolum eſt *avena ſativa*, (βρόμος, βοτάνη ὁμοία εἴτῳ, μὴ ἔχουσα γόνατα. — καὶ σπέρμα λεπτῆς κριθῆς. *Heſych.*) quo ſenſu hac vocabulum in noſtro loco accipiendum putabat *Salmaſius*, (qui βρόμου non ex Cod., ſed ex conjectura protulit.) ſed etiam *gravis odor*, ut τράγος, quam vocabuli ſignificationem idem illuſtrat, *Juliani* immemor, in Plin. p. 255. Hinc βρομώδες, *brumoſum*, quicquid in guſtu diu vehementerque halat, graveolens, odore peregrino, acri et viroſo moleſtum; quae *Reineſii* verba ſunt in Var. Lect. L. III. 12. p. 435. Cf. *Albertum* ad *Heſych.* T. I. p. 769. 12.

II. Vat. Cod. p. 418. Plan. p. 118. St. 171. W. Elegans deſcriptio organi pneumatici, quod ex fiſtulis aëneis conſtabat, quae vento, ex folle immiſſo, ſonum reddebant. Vix diverſum hoc inſtrumentum fuit ab eo, quod hodie eximie organum vocatur. Cum *Juliano* conſpirat *Theodoretus* Orat. III. de Provid. Ὀργάνῳ γὰρ τὸ στόμα ἔοικεν ἀπὸ χαλκῶν συγκειμένῳ καλάμων καὶ ὑπ' ἀκαπῶν ἐκφυσουμένῳ καὶ κινουμένῳ ὑπὸ τῶν τοῦ τεχνίτου δακτύλων, καὶ ἀποτελοῦντι τὴν ἐναρμόνιον ἐκείνην ἠχώ. Inſtrumento haud abſimili antiquiſſimis temporibus utebantur Hebraei, quod deſcripſit *Marpurg* in Hiſtor. Muſic. p. 33. Diverſum fuit organum hydraulicum, cujus multi mentionem fecerunt. Cf. *Barthium* ad *Claudian.* de Coſ. Fl. Mallii Theod. 315. et *Iſaac. Voſſ.* de viribus rhythmi p. 99. ſq. — V. 1. δονάκων. tibiae aëneae junctim po-

ſitae, ita ut calamorum ſpeciem gerant. — V. 3. ὑφ' ἡμετέροισιν. non humano ſpiritu inflantur, ut tibiae tubaeve, ſed vento, quem folles taurini emittunt. Haec eſt ταυρείη σπήλυγξ, follis, in quo ventus ſervatur, ſicuti antro quodam Aeoli. — Pro ἀπὸ Cod. Vat. et Plan. ὑπὸ τ. exhibent. — νέρθεν. ventus ille ab inferiore parte in tibias intrat. — V. 6. ἀνὴρ ἀγέρωχος. *peritum* vertit *Gesner.* in Chreſt. Plin. p. 404. minus recte. Eſt *vir audax*, qui, alter Cadmus ſive Iaſon, portentoſam hanc aeneorum calamorum meſſem tractare audeat. — V. 7. κανόνας συμφε. αὐλ. regulas ſingulis tibiis reſpondentes (*Taſten*). — V. 8. οἱ δέ. κανόνες puta. Subſilientes illae regulae ſuavem cantum efficiunt et quodammodo elidunt.

T. III. p. 332.] *III.* Ex Cod. Bibl. regiae hoc Epigr. protulit *Salmaſ.* in Plin. p. 726. D. E. cum lemmate: Ἰουλιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς εἰς κοντοκαλυτην. Agitur de praeſtigiatorum quadam arte, quam deſcribit *Chryſoſtomus* in loco appoſitiſſimo: τί ἄν τις εἴκοι περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ κοντὸν ἐπὶ μετώπου βαστάζοντες, καθάπερ δένδρον ἐρριζωμένον ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἀκίνητον διατηροῦσιν, ὥστε παιδία μικρὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου πηλαίων ἀλλήλοις. Hinc lux aenigmati. τὸ δένδρον eſt contus, quem homo in fronte gerit; hujus arboris viva et loquens *radix* eſt homo; *fructus*, καρποί, item viventes, ſunt pueri in ſumma pertica collocati. Contus cum in fronte erigitur, puerisque oneratur, φυτεύεται μιᾷ ἐν ὥρᾳ, omnia ſimul et ſubito naſcuntur, eadem ſimul auferuntur, τρυγᾶται, radicitus, dum praeſtigiator ille perticam de fronte demit. Superſunt verba δυσκτόρων μέσον, quae *Salmaſius* ſic interpretatur: Reliquae, quae vere ſunt arbores, in mediis campis naſcuntur, haec intra aedes ipſas erigitur. Haec vera putet, qui voluerit; mihi inepta videntur. Pertica in fronte, inter oculos et tem-

pora erigitur. Tale quid *Julianum* in mente habuiſſe, nullus dubito. Jam vide, an τὰ ἀνάκτορα *aures* eſſe poſſint, quaſi *ſancti* capitis *receſſus*, in quibus optima quaeque deponuntur.

LIBANII EPIGRAMMA.

¶. 404.] Vat. Cod. p. 326. Λιβανίου. Sine auctoris nomine hoc diſtichon profert *Zoſimus* L. III. 34. p. 274. ed. *Reitem.* qui *Juliani* tumulo hoc diſtichon inſculptum eſſe prodit. In Anthol. Plan. p. 219. St. 319. W. *Juliano* ipſi inepte tribuitur. Poſterior verſus *Homeri* eſt Il. γ. 279. Hoc uno verſu ſervato, cetera aliter profert *Zonaras* L. XIII. 13.:

Κόδνῳ ἐπ' ἀργυρόεντι ἀπ' Εὐφράταο ῥοάων
Περσίδος ἐκ γαίης ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
Κινήσας στρατιήν, τόδ' Ἰουλιανὸς λάχε σῆμα·
Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθός, κρατερός τ' αἰχμητής.

Iisdem verbis *Cedrenus*. Cf. *Banduri* Antiqq. Conſtant. T. II. p. 814.

THEMISTII EPIGRAMMA.

„Epigramma hoc Anthologiae libri Palladae tri„buunt, cujus aetas congruit. Nam cum ultra LXXII. „aetatis annum carmina ſcripſerit, inter quae unum in „Hypatiam, anno 362. quo praefectus urbis fuit The„miſtius ſub Juliano, etiam hoc ſcribere potuit. Sed „probabilius eſt ipſius eſſe Themiſtii, ad cujus oratio„nem XVIII. vide Harduini notam p. 488.“ *Br.* In Vat. Cod. hoc lemma additur p. 546. Εἰς τινα φιλόσοφον

γενόμενον ὕπαρχον πόλεως ἐπὶ Βαλεντινιάνου καὶ Βάλεντος. Παλλαδᾶ. Planud. p. 188. St. 274. W. εἰς Θεμίστιον τὸν φιλόσοφον. Infigni varietate Edit. Aldina operum *Themiſtii*: Θεμιστίου στίχοι εἰς ἑαυτὸν, ὅτε ὕπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανός. *Themiſtium* ſub Juliano praefectum urbi fuiſſe, teſtatur etiam *Suidas* in Θεμίστιος T. II. p. 171. Saepius enim eodem munere functus eſt. Vide *Harleſium* ad *Fabr.* Bibl gr. T. VI. p. 793. Quod ad auctorem carminis attinet, non ſatis cauſae eſſe video, cur contra Cod. Vat. et Planudeae fidem *Palladae* abjudicetur, cujus ingenium redolet. Vide tamen *Muretum* in Not. ad Senecae Epiſt. LXVIII T. III p. 60. ed. *Ruhnk.* quem nimis magnifice de hoc carmine exiſtimare cenſeo, et *Petavium* ad *Themiſtii* Or. XVIII. p. 488. — V. 1. ἄντυγος οὐρανίης. Vat. Cod. et Plan. Altiorem philoſophi dignitatem dignitati magiſtratus anteponi apparet. Similis eſt antitheſis in *Themiſtii* Orat. XXXI. p. 353. C. D. ἐμοὶ τῶν ἐπαργύρων ὀχημάτων, καὶ τῶν μεγαλοφώνων κηρύκων ὑψηλοτέρα ἀρχὴ ἡ ἀπὸ τῶν λόγων, ἣν οὔτε δοῦναι βασιλεῦσίν ἐστιν, οὔτε ἀφελέσθαι. ubi de carpento argenteo quaedam notavit *J. Harduinus* p. 547. fuſius *D. Heraldus* ad *Martial.* p. 75. Argenteae carrucae mentio induxerat *Opſopoeum*, ut *Themiſtium* avaritiae inſimulari putaret; cujus errorem aperuit *Salmaſius* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 552. — Ceterum οὐρανίης ἐκπρεπέος ex Cod. dedit *Bandinus*, qui hoc Ep. protulit in Catal. Bibl. Laurent. T. II. p. 575. — V. 3. ἤσθά ποτε κρείσσων, αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χ. Plan. et Vat. Cod. Vitioſius *Bandin.* ἤσθά ποτε κρ. νῦν δ' ἐγένου πολὺ χ. Noſtram lectionem, quam vulgata longe elegantiorem eſſe ſponte apparet, *Themiſtii* Codd. ſervarunt. — V. 4. ἄνω κατέβης. De ſapientis otio disputans *Seneca* Ep. LXVIII. *Praeterea cum ſapienti rempublicam ipſo dignam dedimus, id eſt, mundum, non eſt extra rempublicam, etiamſi ſeceſſerit. Imo, fortaſſe relicto uno angulo in majora atque ampliora trans-*

transit, et coelo impositus (ἄντυγος αἰθερίης ὑπερήμενος), *intelligit, cum sellam aut tribunal adscenderat, quam humili loco sederat.*

PANTELEI EPIGRAMMA.

Legitur post Appendicem Anth. Stephani et Wechel. ex *Stobaei* Flor. T. VII. p. 91. Gesn. 5 . Grot. Fingitur unus Persarum, qui in proelio Marathonio pugnabant, verba facere ad regem incredibilemque Graecorum fortitudinem laudare. — V. 3. „Scr. τί μ' ἔπεμψας. Male „in Florilegio Grot. μ' ἔπεμπας." *Br.* — V. 4. Haec referenda sunt ad Callimachum, Athenienſem, quem in memorabili illa pugna, multis licet undique confixum haſtis et interemtum, tamen veſtigio nixum ſtetiſſe. Sophiſtarum jactantia tradit. De eo *Herodotus* L. VI. p. 491. Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος. Reliqua adjeciſſe videtur *Pseudo-Plutarchus*, ex cujus parallelis minoribus et haec ſumſit *Stobaeus*, et multa alia fabuloſa fluxerunt. Vide *Valcken.* ad *Herod.* l. c. p. 492. De eodem heroë *Polemo* Orat. I. p. 2. ἔμενεν ἐν τῷ τῆς στάσεως σχήματι, καὶ ἐδόκει ἑστάναι πεσεῖν μὴ δυνάμενος. *Himerius* Orat. II. 20. p. 400. fortaſſe reſpectu ad *Pentelei* verſus habito: ἐμάχοντο δὲ οὐχ οἱ ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὧν προσαφήρητο τὸν βίον ἡ μάχη. Callimachum et Cynegirum in Poecile pictos commemorat idem Or. X. 2. p. 564. ibique Callimachum in tabula quoque πολεμοῦντι μᾶλλον ἐοικέναι ait ἢ τεθνεῶτι. Utrique Polyzelum addidit *Maxim. Tyr.* Diſſ. V. 9. p. 81. ed. R. τὴν Κυνεγείρου χεῖρα καὶ τὴν Πολυζήλου συμφορὰν καὶ τὰ Καλλιμάχου τραύματα. In illa autem de Callimacho fabula obverſabatur Sophiſtis miraculum de Caeneo Elateïo, de quo *Ovidius* Metam. XII. 496. *Tela retusa cadunt; manet imperfossus ab omni*

Inque cruentatus Caeneus Elateïus ictu. Fecerat attonitos nova res. Heu! dedecus ingens! Monychus exclamat: populus ſuperamur ab uno. (μοῦνος ἀνὴρ σύλησεν ὅλον στρατόν.) *Apollon. Rhod.* L. I. 59.:

Καινέα γὰρ ζωὸν περ ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἷος ἀπ' ἄλλων
ἤλασ' ἀριστεύων· οἱ δ' ἔμπαλιν ὀρμηθέντες
οὔτε μιν ἀγκλίναι προτέρω σθένον, οὔτε δαΐξαι·
ἀλλ' ἄῤῥηκτος, ἄκαμπτος ἐδύσατο νειόθι γαίης,
θεινόμενος στιβαρῇσι καταΐσσουσιν ἐλάτῃσι.

THEONIS ALEXANDRINI CARMINA.

Duo hujus poëtae carmina infra leguntur T. III. p. 4. (T. III. p. 225. ed. Lipſ.) hoc loco inſerenda; quod facere neglexerunt typographi.

¶. 405.] *I.* Vat. Cod. p. 364. Plan. p. 72. St. 105. W. De ſcuto, dominum ſuum non in pugna tantum, verum etiam in undis ſervante. Vide *Dioclis* Ep. III. *Zoſimi* Ep. IV. — V. 1. „In Planudeae codd. ἀντιπάλων „ἐπίκρανος perperam pro ἐπιήρανος, quod cum non ad„vertiſſet primus editor, γε addidit ad fulciendum me„trum. Vat. membr. recte ἐπιήρανος. Nihil frequentius „permutatione literarum η et κ. Sic ſupra in Antip. „Theſſal. XV. ex ἄρητον factum ἄρκτον, quod cum verſus „modulo non magis conveniret, quam hîc ἐπίκρανος, ut „hîc γε, ſic illic ἐς inſertum.“ *Br.* — V. 2. κῦμα μόθου. Fortaſſe ductum ex *Tyrtaeo* El. III. 22. σπουδῇ τ' ἔσχεθε κῦμα μάχης. ubi ſimilia collegit *Klotzius* p. 85. ſq. — V. 4. ἁλιφθορίη. cum nautae in undis perirent. *Heſych.* ἁλιφθερῶσαι· ἀφανίσαι. ἀπολέσαι. Quod verbum generaliori ſenſu pro *peſſumdare Sophronem* uſurpaſſe docuit *G. Koen.*

ad *Gregor.* p. 158. ἀλιφθόρους *piratas* vocat *Leonid Tar.* Ep. LXXXII. λῃστὰ καὶ ἀλιφθόροι.

II. Vat. Cod. p. 250. „Diſtichi hujus feſtivam ver„ſionem [*Leichii*, qui primus hoc diſtichon edidit in Se„pulcr. p. 20.] ridendam propinavit illuſtriſſimus Dor„villius ad Charit. p. 251. In Cod. ſcriptum: μύρεθ' „ὑπὲρ κρυερσῦ [κρυερσῖο] μυρομένη σε τάφου, manifeſta cor„ruptela. Emendabat Salmaſius: κείρεθ' ὑπὲρ κρυέρσῦ „[κενεσῦ in marg. ap. Guy. et Ruhnk]. Veriſſimum eſt „κοπτομένη, *plangens*, proprium in tali luctu et uſitatiſſi„mum verbum. Dicitur autem mater μύρεσθαι κωφὰ i. e. „κωφῶς. *inanes*: *inauditos fundere fletus*, quia ad cenotaphium flebat" *Br.* — V. 1. Ἀλκυόσιν μέλεις. de naufrago, quem halcyones plangere videntur; ut *Leonid. Tar.* LXXIV. ubi vide not. T. I. P. II. p. 129. et LXXXII. — Pro κωφά, quae membranarum eſt lectio, ap. Guy. et Ruhnk. κοῦφα praebet; male. — V. 2. ὑπὲρ κρυερσῖο μυρομένη σε (δὲ Leich.) τάφου. Vat. Cod. De veritate lectionis Brunckianae dubitare licet. Lenaei cadaver in undis periiſſe, intelligitur ex verbis Ἀλκυόσιν, Λ. μέλεις τάχα; nec opus erat eandem rem denuo indigitare verbis κενεσῦ τάφου; quamvis per ſe ſatis elegans lectio, ut ap. *Quint. Smyrn.* L. IX. 477. ἀμφὶ δὲ μήτηρ Πολλὰ κινυρομένη κενεῇ ἐπαΰτει τύμβῳ. Sed κρυερσῦ τάφου bene ſe habet. *Heſych.* κρυερόν. — ἐλεεινόν. οἰκτρόν. δεινόν. χαλεπόν. Nec haec lectio offenſioni fuit acutiſſimo *van Eldick* in Suſpic. p. 31. corrigenti: μύρεθ' ὑπὲρ κρυερσῦ μυρία δή σε τάφου. Niſi δή ad explendum verſum additum obſtaret, μυρία μύρετο unice verum putarem. Sic enim loquuntur poëtae epigrammatarii et alii. Epigr. ἀδέσπ. DCCXIV. μυρί' ἀποφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε χυθεῖσα — Μύρατο Καλλιόπα. *Antip. Sidon.* Ep. XCIX. μυρία τοι, Πτολέμαιε, πατὴρ, ἔτι μυρία μάτηρ — χἰσατο πλοκάμους. *Quintus Sm.* L. I. 299. — μυρομένη, μάλα μυρία δάκρυα χεύει. *Parthen.* Erotic. c. II. p. 367. κλαῖεν ἀηδονίδων ἀδινώτερον, αἵτ' ἐνὶ βήσσῃ Σιδονίῃ

κούρῳ πέρι μυρία αἰάζουσιν. ut hos verſus emendavit *Ruhnk.* in Epiſt. crit. II. p. 135. His igitur exemplis ſubſtructa *Eldickii* emendatio ſeſe tueri poſſet, niſi δὴ minus opportunum videretur. Quare equidem unius literae levi mutatione corrigo:

καφὰ δὲ μήτηρ
μύρεθ', ὑπὲρ κρυεροῦ ΔΥΡΟΜΕΝΗ σε τάφου.

Heſych. δύρεσθαι. ὀδύρεσθαι. κλαίειν. θρηνεῖν. Hanc poëticam formam *Euripidi* reſtituit *Musgravius* in Hecub. v. 740. Etiam *Etymol. M.* δύρεσθαι. ἀντὶ τοῦ ὀδύρεσθαι. Voci δυρομένη cum aliquis ο praefixiſſet, vel ſuperſcripſiſſet, vulgaris formae indicandae cauſa, hinc orta lectio κρυεροιοδυρομένη, poſtea etiam magis depravata.

T. III. p. 4. Edit. Lipſ. T. III. p. 225.] *III.* Hujus carminis v. 7. ſeparatim legitur ſub *Theonis* nomine in Planud. p. 125. St. 179. W. cum lemmate: μονόστιχον εἰς τὴν ἑβδομάδα. Integrum in Append. p. 494. St. 3. W. In *Stobaei* Ecl. Phyſ. p. 135. ed. *Gr.* Quum illum verſum ſingularem *Br.* exhibuiſſet in Anal. T. II. p. 405., haec in Lect. p. 219. notavit: „Integrum carmen, ex „quo deſumtus hic verſus, edidit primum Aldus in „appendice primae quam vulgavit editionis Anthologiae, „e MS. cod. ubi auctoris nomen non repererat. Planudi „hoc debemus, quod ſciamus id carmen Theonis eſſe. „Repoſitum eſt infra T. III. p. 4. In poſterum autem „verſus hic, cui monachus titulum fecit, tanquam ſi „ſolus per ſe epigramma conſtitueret, ſeorſim legendus „non erit. Sic e Nicandri Theriacis v. 741. excerpſit, „et in libri I. caput εἰς Ὄφεις, tanquam abſolutum Epi„gramma retulit; quem verſum, ut Theognidis diſticha „duo, et alia quaedam conſulto omiſi. Hic Theonis ver„ſus etiam omittendus erat, ſed Planudis furtum ſerius „deprehendi.“ *Br.* Hoc quoque loco juſto iniquius de Planude exiſtimat cl. editor. Nam non hic primus hunc

verſum ex integro *Theonis* carmine excerpſit, ſed eum ſic ſcriptum invenit in Anth. Cephalae (Vat. Cod. p. 442.) eodem lemmate inſtructum verbisque eodem ordine poſitis: Ζεὺς, Ἄρης, Παφίη, Μήνη, Κρόνος, Ἥλιος, Ἑρμῆς. quo ordine haec nomina ponuntur etiam ap. *Manethon.* L. V. 34. quare mihi quidem non tam certum videtur, ut *Brunckio*, totum hoc carmen (quod exhibuit etiam *J. Gronov.* ad *Manethon.* L. I. p. 266. ſq.) *Theonis* eſſe.— Quae in eo de planetarum vi et virtute in rebus humanis traduntur, fuſius perſecuti ſunt *Manilius*, *Manetho*, alii. Hos adeat, ſi quis res ipſas cognoſcere cupiat. — V. 1. οὐδὲν vitioſe Wechel. οὐδὸν antiquiores, quod reponendum eſſe ſponte vidit *Huetius*, qui comparat βηλὸν θεσπέσιον *Homeri*, et *Catull.* LXVIII. 115. *Pluribus ut coeli tereretur janua Divis.* — V. 3. νυκτιφαὴς. Vulg. — στυγνὸς Κρ. Vide ad *Lucillii* Ep. LI. — V. 4. παστοφόρος. Cf. ad *Philipp.* Ep. LIV. 3. T. II. P. II. p. 186. — V. 6. ἔλαχον. His contigit, ut humanum genus regerent. Doctam et elegantem lectionem ἔλαχον unde ſumſerit, non indicavit cl. editor. Vulgo enim ἐλάουσι legitur; *Huetius* ἔλασαν corrigebat. — V. 8. οὔνεκ' ἀπ'. Vulgo. — V. 10. Ζεὺς δή. Vulgo. — V. 13. γελᾷ. *tibi rident aequora ponti, Placatumque nitet diffuſo lumine coelum. Lucret.* L. I. 8.

IV. „Auctoris nomine vulgo caret. At dubio locus „non eſt, quin Theonis Alexandrini ſit, cujus extant „commentaria in Ptolemaei magnam conſtructionem, „cum Ptolemaeo ſimul edita Baſileae 1538. typis Jo. „Walderi, cura Simonis Grynaei, cujus in gratiam exem„plar unicum in membranis impreſſum fuit, quod biblio„theca mea poſſidet.“ *Br.* in Lect. p. 237. Hi quoque verſus leguntur in Append. Plan. p. 494. St. *3. W. — Ptolemaeus propter opera aſtronomica laudatur, quibus editis ad immortalium deorum naturam acceſſerit. — V. 1. 2. Quamvis in terra adhuc moratus et mortalitatis

legibus obnoxius. — V. 3. Idem fere ſententiarum contextus in *Manilii* L. I. 13.:

jam nunc juvat ire per altum
Aëra et immenſo ſpatiantem vivere coelo,
Signaque et adverſos ſignorum noſcere curſus.
Quod ſolum noviſſe parum eſt: impenſius ipſa
Scire juvat magni penitus praecordia mundi:
Quaque regat terrena ſuis animalia ſignis
Cernere.

— V. 3. ἄστρων ἀνάγκην. leges, quibus ſtellae moventur. *Manetho* L. IV. init. οὐρανίων ἄστρων ἀτρεπτοὺς πλάστιγγος ἀνάγκης. Reſpicit poëta opus Ptolemaei longe nobiliſſimum, τὴν μεγάλην σύνταξιν τῆς ἀστρονομίας, in quo de motibus ſiderum et univerſae ſphaerae coeleſtis ratione egit. — V. 5. συμπέρασμα. Opus ſignificat, cui titulus τετράβιβλος σύνταξις μαθηματική, de apoteleſmatibus et aſtrorum judiciis. — V. 7. γηΐου. Vulgo. — V. 11. πόνοισι κάθαρας. Vulgo. His coeleſtibus laboribus mentem quodammodo purgaſti et carnem reliquiſti, et ex terrena caligine coenoque in ſuperiores regiones evolaſti. — ἐκτὸς σαρκός. σὰρξ pro *corpore*, cum contemtu quodam, reſpectu ſcilicet habito ad divinam animae naturam, etiam a bonis ſcriptoribus uſurpatum eſſe, docet *Gataker.* de St. N. Inſtr. c. X. p. 66. ſq. — Animam coeleſtium rerum contemplationem purgare, dixit etiam *Antonin. Phil.* L. VII. 47. περισκοπεῖν ἄστρων δρόμους, ὥσπερ συμπεριθέοντα — ἀποκαθαίρουσι γὰρ αἱ τούτων φαντασίαι τὸν βόρον τοῦ χαμαὶ βίου. — ἀχλύς, tenebris et caligini ſimilis terrenarum rerum conditio. *Seneca* Epiſt. LXXIX. *Tunc animus noſter habebit, quod gratuletur ſibi, cum emiſſus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui viſu clara proſpexerit, ſed totum diem admiſerit.* — V. 12. τελέσεις, res fatales, futuro aevo perficiendas praedixiſti.

PALLADAE ALEXANDRINI EPIGRAMMATA.

¶. 406.] *I.* Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 423. St. 558. W. Pamphilium, puella, Iſidi capillos dedicat. Num fortaſſe ſacerdos Iſidis facta? Has enim crines deae depoſuiſſe, tradidit *Plutarch.* T. II. p. 352. Apud Troezenios puellae nupturae comam dedicabant Hippolyto, ſecundum *Lucian.* de Dea Syr. §. 60. T. IX. p. 131. *Pauſan.* II. 32. p. 186. — V. 1. χρυσέου ἀναθ. Similiter *Philoſtratus* Epiſt. XXVI. p. 925. ὡς γὰρ χρυσὸς ἀνάθημα καὶ ἄργυρος, οὕτω καὶ τρίχες. — V. 3. γέννυται. Vat. Cod. et Plan. edd. vett. usque ad Aſcenſ. — V. 4. τὴν Λυδὸς Κρ. ἔπεμπε. Vulgo. Eodem ſenſu, ſed elegantius membr. ἐκ Λυδῶν Κρ. quam locutionem illuſtrat *G. Wakefield* in Delect. Trag. T. II. p. 166. Reſpicitur inprimis donum τῶν χρυσέων πλίνθων, a Croeſo Delphos miſſum, de quibus vid. *T. H.* ad *Lucian.* Contempl. §. 12. T. III. p. 390. Ex antiquiore poëta haec expreſſa eſſe, ſuſpiceris ex *Horatio* L. II. Carm. XII. 21. ubi ſimiliter: *Num tu, quae tenuit dives Achaemenes, Aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes, Permutare velis crine Licymniae, Plenas aut Arabum domos?* ubi cl. *Mitſcherlich.* noſtrum carmen comparavit. — Pro ἔπεμψε Vat. Cod. ἔπεμπε.

II. Vat. Cod. p. 151. Plan. ibid. Ultimum diſtichon excitat *Suidas* in λιπαροκρήδεμνος T. II. p. 558. Novaculam, qua Pamphilii crines detonſi erant, ab ipſis Gratiis cuſam eſſe narrat. — V. 1. πλοκαμίδας. Vat. Cod. De longis capillis hac voce utitur *Theocrit.* Eid. XIII. 7. τῷ χαρίεντος Ἔρωτα, τῷ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος. — V. 5. Reſpicit *Homer.* Il. Σ. 382. ubi cum Thetis Vulcani intraſſet officinam, τὴν ἴδε προμολοῦσα Χάρις λιπαροκρήδεμνος Καλή, τὴν ὤπυια περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις. Ceterum hac *Pal-*

ladae fictione nihil ineptius, qua novaculam, quia venuſtae puellae crines totonderat, ipſam venuſtam fingit.

III. Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 466. St. 607. W. Integrum eſt carmen, quamvis aſteriscis a *Brunckio* notatum, qui in Lect. nihil de lacuna monuit. Nec in membranis editisve ullum lacunae indicium. Quod autem nomen meretricis, cujus pulcritudo per comparationem cum heroinis antiquitatis illuſtratur, in his verſibus non comparet, hoc ad mutilationis ſuſpicionem non ſufficit. — V. 1. νῦν καταγιγνώσκω. Male hoc vertit *Opſopoeus:* Nunc damno et Jovem. Senſus eſt: Jam et Jovem amare deſiiſſe intelligo. *Propert.* L. II. 2. 56. *Cur haec in terris facies humana moratur? Jupiter, ignoro priſtina furta tua.* Cf. *Leonidae Alex.* Ep. I. — V. 2. ἴυγκα. Vat. Cod. — V. 3. οὐ τῆς Δ. περὶ κάλλος. Plan. et Vat. Cod. In Ed. pr. tamen οὔτε Δ. quod ſine metri periculo recipi poterat. At περὶ κάλλος retineri debebat. De Galli puella ſimiliter *Propert.* L. I. XIII. 29. *Nec mirum, cum ſit Jove digna, et proxima Ledae, Et Ledae partu, gratior una tribus. Illa ſit Inachiis et blandior heroinis, Illa ſuis verbis cogat amare Jovem.* — V. 5. Fortaſſe tamen non, quia ἀνέρωτος, *ab amore alienus*, eſt, ſed quia meretrices averſatur, ab iſta puella abstinuit; nam eum moechum eſſe, et regum filias vitiare ſolitum novi.

¶. 407.] *IV.* Cod. Vat. p. 515. Plan. p. 175. St. 255. W. Se non curare appropinquantem canitiem, ſed conviviorum hilaritate moleſtas curas abigere. Expreſſum ex *Anacr.* Od. XI. — V. 1. λέγουσαι, *jubentes.* quam verbi λέγειν ſignificationem illuſtravit *Perizon.* ad *Aelian.* XIV. 38. p. 302. ed. Lipſ. Haud aliter εἰπεῖν ponitur. Vide *Gataker.* de St. N. T. c. XXVIII. p. 136. — λείψανον ἡλικίης. reliquias florentis aetatis, comas nigricantes praecipue. — V. 3. » Vat. Cod. φέρω τρίχας.

»Scripſerat forte: ἀλλ' ἐγὼ εἴτε φέρω λευκὰς τρίχας, εἴτε μελαίνας.« *Br.* Sic *Anacr.* l. c. ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν, Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον, οὐκ οἶδα. Similiter *Plaut.* in Mercat. II. 2. 34. *Ly. Tune capite cano amas, ſenex nequiſſime? De. Seu canum, ſeu iſtuc rutilum, ſive atrum eſt, amo.*— V. 4. βιότου. *Anacreon* l. c. πρέπει τὰ τεθνὰ παίζειν, Ὅσῳ πέλας τὰ μοῖρης. — V. 5. μόροις. Vat. Cod. Simillimus ſententiarum contextus ap. *Horat.* II. Carm. XI. 14. roſa *Canos odorati capillos, Dum licet, Aſſyriaque nardo Potamus uncti. Diſſipat Evius Curas edaces.* φροντίδας κρυαλέας. Idem I. Carm. XVIII. 3. *Siccis omnia nam dura propoſuit: neque Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.*

V. Cod. Vat. p. 497. Planud. p. 109. St. 160. W. omiſſis duobus diſtichis, quae *Br.* Lect. p. 220. ex apogr. *Salmaſii* exhibuit, nos in ed. Lipſ. ipſi Epigrammati ſubjecimus. Adſcripſerat *Salmaſius: Quos verſus omiſit Planudes propter mendas, quas alibi tollimus.* Sed has emendationes aut invidit poſteris, aut nondum in promtu habebat, cum haec ſcriberet. Totidem verſibus, quot ap. *Planudem*, hoc carmen legitur ap. *Stobaeum* T. V. p. 64. Gesn. 41. Grot. Nullum ap. mulieres caſtitatis ſignum eſſe ſatis certum, neque deformitatem, neque ſeveritatem, neque aetatem. — V. 2. ἐμπαιζομένοις. viris, quibus uxores illudunt, quos decipiunt. — V. 5. Sunt quaedam, quae pulcritudine ſua confiſae, nullis muneribus corrumpantur. — V. 7. Vulgatum ὀπλιζομένας in marg. *Stobaei* emendavit *Gesnerus*; ὀπνιομένας etiam *Scaligero* in mentem venit in not. mſc. idque recepit et in verſione ſecutus eſt *Grotius*, vertens: *Sunt et deformes, quibus inſatiata libido eſt.* Hanc lectionem probavit *J. Pierſon.* ad *Moer.* p. 278. ubi verbi ὀπυίεσθαι pro συγγίνεσθαι uſum multis illuſtravit. — V. 9. εἴ τις' συνάγει ὀφρύας. triſtis et ſevera. — V. 11. τρόπος ἐχέγγυος. nec hic certus et non fallax caſtitatis *mos* eſt. Hîc ſi pro τρόπος Codex offerret

τύπος

hanc lectionem lubens amplecterer. — V. 15 – 18. Haec ex Cod. Vat. accesserunt. Prius distichon, quamvis foede corruptum, satis certa tamen emendatione mihi restituere posse videor, scribens:

ἡλικίᾳ τοίνυν διακρίνετε· ἀλλ' Ἀφροδίτης
οἴστρων εἰρήνην οὔτε τὸ γῆρας ἄγει.

Aetate igitur castam a lasciva distinguamus; ut vetulam ad castitatem, juvenem ad lasciviam proniorem putemus. Hoc criterio posito, se ipsum revocat: At nulla aetas, ne senectus quidem, vulnerum, quae Venus facit, immunis est; nullam aetatem quiescere patitur. — εἰρήνην ἄγειν recte me scripsisse puto. Sic dicitur ἄγειν ἡσυχίαν, ἐκεχειρίαν et similia; et hoc ipsum ap. *Lucian.* Abdic. §. 6. T. III. p. 8. εἰρήνην ἄγει ἡ νόσος. Idem Icaromen. §. 21. T. VII. p. 31. οὕτω γὰρ ἂν εἰρήνην ἄγοιμι. Tale quid de amore dicit *Plutarch.* ap. *Stob.* T. LXII. p. 403. 30. ἀψάμενος δὲ τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐν γηρῶσιν ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός. — Sequentis distichi sensum perspectum habeo, verba, quae reponenda sint, non item. Cum haec omnia, *Palladas* dicere videtur, fallacia sint, superest, ut in jurejurando mulieris acquiescamus. Post jusjurandum autem quaeras licet deos, qui injuriam tibi illatam curae habeant eamque ulciscantur. Hoc idem est, ac si dixerit: At impune illis pejerare licebit: dii enim perjuria non curant. Huic sensui ut verba poëtae adaptes, vide, an legi possit:

ὅρκοις λοιπὸν καί τι πεποίθαμεν· ἀλλὰ μεθ' ὅρκου
ζητεῖν ἐστὶ θεοὺς δώδεκα καινοτρόπους.

deos novi moris, meliores illis antiquis duodecim diis, quos *amantium perjuria ridere* dixerunt poëtae. Nam haec *ridet – Venus ipsa, rident Simplices Nymphae, ferus et Cupido*, secundum *Horat.* II. Carm. VIII. 13. Simul

respicitur ad deorum furta et adulteria, unde eos moecharum poenas nihil curare probabile fit.

VI. Cod. Vat. p. 560. Plan. p. 139. St. 202. W. Expressum est hoc distichon ex choliambis *Hipponactis* ap. *Stobaeum* T. LXVI. p. 420. Gesn. 279. Gr. Δύ' ἡμέρη γυναικός εἰσιν ἥδισται· Ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν. Unde etiam ducta quaedam in Ep. *Automedont.* X. — V. 1. χόλος. *Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens, Dulce de labris loquuntur, corde vivunt noxio.* Anthol. Lat. T. I. p. 574. — δύω. *Steph.* sed omnes edd. vett. δύο.

¶. 408.] *VII.* Cod. Vat. p. 547. *Palladae* vindicavit, quod ἄδηλον est in Plan. p. 131. St. 189. W. Insulsum carmen in mulierem nescio quam, quae divitum spe nuptiarum ex alia in aliam urbem commigrabat. — V. 1. εἰς Vat. Cod. — V. 2. Συρίαν. Ibid.

VIII. Vat. Cod. p. 545. Plan. p. 141. St. 204. W. — ὁ τὴν γυν. δυσμ. δυστυχῶν. cui accidit, ut deformem mulierem duceret, quae mala fortuna est scilicet. — V. 2. λύχνον. Vat. Cod. — σκότος βλέπει. Argutatur poëta in hac locutione, quae de coecis, in tenebris versantibus, usurpatur, primum ap. *Sophocl.* Oed. T. 427. deinde ap. alios. Vide *Valckenar.* ad Phoeniss. 380. p. 136.

IX. Vat. Cod. p. 383. Εἰς τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Ἀνδρομάχην. Plan. p. 22. St. 34. W. Grammaticus se duplici malo laborare conqueritur, et arte, quam profiteatur, et uxore, quam duxerit. Simile carmen *Ausonii* CXXXVII.:

Arma virumque docens, atque arma virumque peritus,
Non duxi uxorem, sed magis arma domum.
Namque dies totos, totasque ex ordine noctes
Litibus oppugnat meque meumque larem.
Atque ut perpetuis dotata a Marte duellis,
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.

Jamque repugnanti dedam me: ut denique victum
Jurget ob hoc ſolum, jurgia quod fugiam.

— V. 1. μῆνίν τ' οὐλομένην. Plan. τ' metri fulciendi cauſa inſertum eſt, ſatis inepte. Vide *Br.* not. ad *Lucillii* Ep. XIV. — V. 2. μήνιδος. etiam ars grammatica me ab ira initium cogit facere. Primis Iliadis verbis uti ſolent Epigrammatarii ad deſignandam profeſſionem grammaticam. Cf. *Lucian.* Ep. XII. XXIV. *Lucill.* Ep. XXVIII. et *Fabric.* ad *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. 6. p. 244. Hinc Graecos libenter audire narrationes malorum ſuorum dicit *Themiſtius* Or. XXII. p. 264. D. ἀφξαμένους ἀπὸ τῆς μήνιδος τῆς Ἀχιλλέως, ὡς ταύτην οὖσαν ἱκανὴν παιδεῦσαι. — V. 3. πολύμηνος et τριχόλωτον. Vat. Cod. — ἀνάγκη de malo urgente, de tormentis etc. explicuit *Weſſeling.* ad *Diodor.* L. III. 14. — V. 4. γυναικός. Vat. Cod. μαχίμης. ut *Euripid.* in Oedipo ap. *Stob.* p. 431. 42. ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή. Matrimonium pacis et tranquillitatis plenum εὐνὰς ἀπολέμους appellat idem Medea v. 644. De Clodia Metelli conjuge *Cicero* II. ad Attic. Ep. I. *Ea enim eſt ſeditioſa: ea cum viro bellum gerit.* Suadam et Gratias adeſſe debere conjugibus docet *Plutarch.* T. II. p. 138. D. ἵνα πεισθέντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων ἃ βούλονται, μὴ μαχόμενοι, μηδὲ φιλονεικοῦντες.

X. Vat. Cod. p. 383. Plan. p. 24. St. 37. W. Quum Prometheus Jove invito ignem hominibus attuliſſet, Jupiter, ne tantum munus impune ferrent, mulieres iis dedit, igne longe infeſtiores. Ducta ſunt haec ex *Heſiodi* Θ. καὶ Η. v. 55. ubi haec ſunt Jovis ad Prometheum verba: Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας; Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι. Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν, ᾧ κεν ἅπαντες Τέρπωνται. quibus dictis, Vulcanum mulierem fingere jubet, quam mortalibus dono mittat. Eandem fabulam reſpexit *Euripides*, mulierum oſor, in Hippol. καλυπτ. ap. *Clemens.*

Alex. Strom. p. 622. et *Stob.* T. LXXI. p. 432. 29. ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἐκβλαστοῦμεν γυναῖκες καὶ πολὺ δυσμαχώτερον. quae ex lyricis petita videntur, nec in jambos redigi debebant a *Grotio* p. 309. Ejusdem poëtae sunt haec ap. *Stob.* T. LXXI. p. 431. 21.:

Δεινὴ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσία,
δεινοὶ δὲ ποταμοί, καὶ πυρὸς θερμαὶ πνοαί,
δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία·
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν.

et in Andromache v. 268. δεινὸν δ' ἑρπετῶν μὲν ἀγρίων Ἄκη βροτοῖς θεῶν ἐγκαταστῆσαί τινα· Ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς πεφαιτέρω, Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω. — V. 3. Ordo verborum est: καὶ πῦρ μὲν δή —. — V. 4. πάντοθ' mallet *Br.* ex quavis materia accensum.

XI. Vat. Cod. p. 383. Anth. Plan. p. 23. St. 36. W. Omnem mulierem mariti sui tranquillitati adversari, Jovis exemplo docet. — V. 1. ὀργή. *Clemens Alex.* Paedag. L. II. p. 186. 37. Ὀργὴ δὲ μεγάλη γυνὴ μέθυσος· οἱονεὶ χόλος θεοῦ οἰνομάχλη γυνή. — V. 3. His versibus circumscribuntur ea, quae pressius deguntur ap. *Hesiodum* Ἔ. καὶ Ἡ. v. 704. de prava muliere: τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ βίγιον ἄλλο Δειπνολόχης· ἥτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα Λύει ἄτερ δαλοῦ καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θήκεν. — Pro ἠδὲ Vat. Cod. vitiose ἠέ. — V. 5. ἀμέρμενον Vat. Cod. a pr. man. — V. 6. βίψεν. Nisi *Palladas* Vulcani casum cum poena Junoni a Jove inflicta perperam confudit, eum sic scripsisse vix putaverim. Nec sequentia, ἠέρι καὶ νεφέλῃσι μετήορον, cum lectione βίψεν satis conspirant. Respexit P. verba Jovis ad Junonem Il. XV. 16. ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ἐξόθεν — σὺ δ' αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν ἐκρέμω. Quare vide, an scribendum sit:

πολλάκι γοῦν αὐτὴν ἧψεν ἀπ' ἀθανάτων —

alligavit eam ad deorum sedem. ἀπ' ἀθανάτων, ἕδους scil. sive εἶκεν; qua omissione nihil vulgarius. *Valer. Flacc.*

L. II. 84. *Jupiter — Junonem volucri ſuspendit Olympo Horrendum chaos oſtendens, poenasque barathri.* — ¶. 409.] V. 10. χρυσέῳ δαπέδῳ, intra aurea deorum tecta. Ex Il. Δ. 2.

XII. Vat. Cod. p. 283. Plan. p. 24. St. 37. W. Omnem mulierem, caſtam non minus atque impudicam, viris pernicioſam eſſe, ex Homero docet. Similiter ex veteri hiſtoria contra mulieres disputat Clinias ap. *Achillam Tat.* L. I. c. 8. p. 21. ſqq. — V. 5. Ἰλιὰς non ipſum carmen h. l., ſed argumentum Iliadis, pugnas illas et caedes, Helenae cauſa commiſſas, ſignificare videtur. Omnia illa mala, P. ait, quae in Iliade narrantur, Helenae cauſa ſuſcepta ſunt; procorum autem in Odyſſea caedes Penelopae debetur. *Plutarch.* T. II. p. 140. F. φιλόπλουτος ἡ Ἑλένη, φιλήδονος ὁ Πάρις· φρόνιμος Ὀδυσσεύς, σώφρων ἡ Πηνελόπη. διὰ τοῦτο μακάριος γάμος ὁ τούτων καὶ ζηλωτός· ὁ δ' ἐκείνων, Ἰλιάδα κακῶν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησε. — V. 6. Ὀδυσσεια Πηνελόπις. Vat. Cod. a pr. m.

XIII. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 24. St. 37. W. Omnes viros uxoribus ſuis parere contendit; alios modo ſeveriori, alios mitiori dominationi ſubjectos eſſe. — V. 1. κομπάζεις. Vat. Cod. — V. 2. οὐ γάρ. nec tu unus humanitatis legibus non obnoxius es; quare te quoque commovebunt blanditiae, rixae, minae, et quae reliqua ſunt mulierum artificia. *Euſtath.* ad Odyſſ. χ. 290. τὸ ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρης εἶναί τινα, οὐ μόνον ἀρχαιογονίαν παλαιοτάτην σημαίνει, ἀλλὰ καὶ ἦθος ἀτέραμνον. Hoc tamen ſenſu illam locutionem a ſerioribus poëtis demum uſurpatam eſſe, docet idem ad Od. τ. p. 687. 49. reſpiciens *Theocrit.* Eid. IV. 7. — V. 3. φησίν. Vat. Cod. et vett. edd. poſt Aldum. *Stephanus* revocavit lect. ed. pr. Flor. — V. 4. εἰ πάντες. Vat. Plan. Cod. Gudian. Rectiſſime cl. editor ἢ emendavit, quamvis nihil monens. — V. 5. οὐ σανδαλίῳ τύπτομαι. Vetus Epigr. in virum γυναικοκρατούμε-

νον, in Anth. Lat. T. I. p. 618. *Cur tua femineo caedun-tur tempora* (ſic lege ex Sched. Salm.) *ſocco, Infamique manu barbula vulſa cadet.* quod excitavit *Caſaubon.* ad *Perſii* Sat. V. 169. Paraſitus ap. *Terentium* Eunuch. V. 7. 4. *Utinam commitigari tibi videam ſandalio caput.* quod ex dramate ſatyrico, ubi Hercules ap. Omphalen ſerviens exhibebatur, petitum eſſe, dubitari nequit. Vide *Gataker.* in Miſc. Adv. II. 19. p. 374. — οὐδ' — μύσαντα φέρειν. nec ad conjugis flagitia mihi connivere opus eſt. Cf. not. ad *Rufini* Ep. XXVIII. 6. — V. 7. δουλεύειν. Servitutem matrimonium appellat ille mulierum oſor ap. *Achill. Tat.* L. I. 8. p. 23. *Juvenal.* Sat. VI. 43. *Stulta maritali jam porrigit ora capiſtro.*

XIV. Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 137. St. 199. W. Conqueritur, quod artem exercens minime quaeſtuoſam, rixoſae praeterea uxori obedire debeat. Cf. Ep. IX. — V. 2. „Vat. Cod. καὶ γαμετῆς ἀδίκου. quod verum „videtur, ob quandam alliterationis ſpeciem in ἐπέρου „et ἀδίκου.“ *Br.* Vulgata lectio fortaſſe fluxit ex Ep. IX. τέχνης γραμματικῆς καὶ γαμετῆς μαχίμης. ubi vide not. — V. 4. καὶ omiſſum in Vat. Cod. Planudes fortaſſe de ſuo addidit. Melius legas:

τὴν οὖν γραμματικὴν νῦν μόλις ἐξέφυγον.

— V. 5. τῆς ἀνδρομάχης. Pro mulieris nomine acceperunt veteres Intrpp. etiam *Grotius*, qui vertit: *Non et ab Andromacha potui discedere;* fortaſſe etiam auctor lemmatis Ep. IX. huc reſpiciens: οἷς τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἀνδρομάχην. quamvis h. l. pro adjectivo habere licet. Et hanc *Palladae* mentem fuiſſe, veriſimile eſt, cui haud ſcio an obverſatum ſit Ep. *Rufini* IX. ubi vide not. — V. 6. χάρτης. De tabulis obſignatis et pacto matrimoniali interpretatur *Brodaeus* et *Stephanus* in Theſ. Gr. L. T. IV. p. 402. B. — νόμος Αὐσόνιος. Ad Conſtantini legem (in Cod. Theodoſ. L. III. tit. 16.) videtur reſpici, qua veti-

tum erat, ne quis uxorem repudiaret, niſi moecha eſſet, vel venefica, vel lena. Vide *Selden.* in Uxor. Ebraic. c. 28. in Opp. p. 830.

¶. 410.] *XV.* Cod. Vat. p. 552. *Palladae* tribuit, quod ἄδηλον eſt in Plan. p. 142. St. 206. W. In Pantagathum Paphlagonem, quem ſe nunquam videre ait, quin obliviſcatur conſilii de Epigrammatis in poſterum non amplius ſcribendis ſaepius capti. — V. 4. στέρξω. Vat. Cod. et vett. editt. plurimae. στέξω habet Ald. ſec. ed. Nic. Sabienſ. et Stephan. quae veriſſima eſt lectio. — νόσον. *inſanabile — ſcribendi cacoëthes. Juvenal.* VII. Sat. 51. *Morbum* carminum ſcribendorum ſtudium appellat *Ovidius* L. II. Triſt. v. 16. — οὐ δύναμαι. Vat. Cod.

XVI. Vat. Cod. p. 496. Plan. p. 87. St. 128. W. Coenando et bibendo luctum ſedandum eſſe, ex Homero docet. Reſpicitur Il. τ. 225. ubi Ulyſſes Achillem hortatur, ne milites, ante corpora curata, in proelium educat: γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς. et Il. ω. 601. ubi haec ſunt Achillis ad Priamum verba: νῦν δὲ μνησώμεθα δόρπου· Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου, Τῇπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο.

XVII. Vat. Cod. p. 498. Planud. p. 87. St. 128. W. Defunctos, mortis timore ſolutos, plorandos non eſſe. — V. 2. τοῦτο. τὸ μὴ προσδοκᾶν τὸν θ. ſive τὸ μὴ ἀνιᾶσθαι τῇ προσδοκίᾳ τοῦ θανάτου. — V. 3. ἀπεχόμενον. Vat. Cod. Ad ſententiam facit *Epictet.* in Enchir. c. 10. ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα· οἷον θάνατος οὐδὲν δεινόν — ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινὸν ἐκεῖνο, τὸ δεινόν ἐστι. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 109. E.

XVIII. Vat. Cod. p. 441. Plan. p. 145. St. 211. W. ubi legitur: τὴν πήραν τ. α. ἀποσφίγξας. quod nemo interpp. explicare potuit. Quum in membr. legatur: τὴν λιπα-

λιπαρὰν τὴν αὐτὸς ἐπισφάξας α. *Salmaſius* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 831. τὴν λατάραν emendavit, intactam relinquens vulgatam, et, ut mihi videtur, veriorem lectionem ἀπεσφίγξας. Ventriculus conſutus deſcribitur, quem carnibus minutatim ſectis fartum appellabant *iſicium*, σιτεύσιμον. Unde lemma in Vat. Παλλαδᾶ εἰς τὸ σιτεύσιμον. et in marg. Wechel. εἴς τινα πέμψαντα αὐτῷ σιτεύσιμα. Conf. *Athen.* L. IX. p. 376. D. et *Caſaubon.* p. 651. quosque laudat, ad carmen de *Anſere farto Burmannus* Anth. Lat. V. 153. et 154. T. II. p. 446. et 447. In illa autem λαπάρῃ, quam *Palladas* ab amico dono acceperat, non fartum, ſed ventum invenit.

XIX. Vat. Cod. p. 441. Planud. l. c. Etiam hoc in avem, vento pro farto inflatam. — V. 2. πόντου ἐπικλείων. Vat. Cod. — ἤτει μέγα. Vat. Quantivis pretii hoc munus erat, cum Ulyſſem a tempeſtatibus tutum praeſtaret. — V. 3. Vulgo ἀνέμων πλέον ἴτρον. In Vat. eſt ἀνεμώλιον ἤτορ. quod probavit magnus *Grotius:*

Aeolus at meus hic, vento cui, credo, tumet cor,
Ventorum tumidam dat mihi largus avem.

Mihi quoque haec lectio, codicis auctoritate munita, praeſtantior videtur ea, quam *Salmaſius* protulit loco ſupra laudato, ἀνεμώλιον ἤτρον, i. e. λαπάρην, (vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 136.) quod cum ſequentibus compoſitum tautologicum eſt. — ¶. 411.] V. 5. Pro καὶ πνεύματα corrigebam ναὶ πν. Idem notavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. Gravius ulcus latere ſuſpicatus *Caſaubonus* tentabat: κοὐκ ὄρνεα πέμπεις.

XX. Vat. Cod. p. 559. *Palladae* inſcribit, quod *Agathiae* nomen gerit in Plan. p. 156. St. 227. W. Senſus hujus carminis obſcurior. Ad coenam invitato poëtae avis eaque macilenta apponitur, quam, dum comedit, a quatuor vulturibus ipſe comeditur. Hos τέσσαρας αἰγυπιοὺς *Brodaeus* ſatis inepte de quatuor af-

fectibus interpretatur, alii de voracibus convivis, quod probabilius. Quatuor illi voraciſſimi homines omnia, quae appoſita erant, et tantum non ipſos convivas reliquos devoraverant. *Vulturii* ap. Latinos vocantur rapaces. Vide *Taubmann.* ad *Plautum* Trinum. I. 2. 63. χείρα ἰκτίνου κρατιστέρην furi tribuit *Automedon* Ep. VIII. ubi vid. — V. 3. καὶ τὸν μέν. Ex *Homeri* Od. λ. 577. γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένοι ὄπτας ἔκειρον.

XXI. Vat. Cod. p 421. *Palladae* tribuit, cujus inepto ingenio dignillimum eſſe judicat *Dorville* ad *Charit.* p. 174. In Plan. p. 178. St. 260. W. ἄδηλον eſt. Tantali mala parva fuiſſe docet prae iis, quae ipſe in convivio perpeſſus ſit, ubi ξηροφαγίαν (*Clemens Alex.* Paed L. II. p. 179. 5.) tolerans, minimum portionis ad ſaſſos cibos acceperit. — V. 1. ὕπερθε. Vat. Cod. — V. 2. αὐτῶν. Vat. — V. 3. Sed fac, illos fructus comederit, hi tantam ſitim excitare non poterant. Spectantur hoc quoque loco Homerica in Od. λ. 578. δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατακρήθεν χέε καρπόν, Ὄγχνας καὶ ῥοιάς, καὶ μηλέας ἀγλαόκαρπους, Συκάς τε γλυκερὰς καὶ ἐλαίας τηλεθοώσας. — V. 5. βαρβίβλους. Vat. Cod. Deinde μῆλα τιλήκον, et in marg. γρ. τι λῆκον ἀφ' ἄνθρασι ν. — V. 7. κεκλιμένοι. ut Ep XX. 1. In Vat. Cod. κεκλινένοι. — V. 8. χέννιον. ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον παριχευόμενον καὶ εἶδος ἰχθύος. *Heſychius.* Numerabatur inter vulgares aves, docente *Caſaubono* ad *Athen.* L. IX. c. XI. p. 674. Adi etiam *Bochartum* in Hieroz. T. II. p. 107. et *Schneiderum* ad *Aelian.* H. A p. 226. — χηνὸς ἁλιστὰ λίπη. *anſeris ſalſam pinguedinem.* Idem ἁλιστὰ et ἁλίπαστα. Hoc tamen magis obvium. Vide *Athen.* L. XIV. p. 658. A. — V. 9. ὄρνια καὶ μόσχια. Ed. pr. Seqq. edd. μόσχεια. In Vat. membr. eſt ὄρβια καὶ μόσχια. Priorem vocem in ἄρνια pro ἄρνεια, ſcilic. κρέατα, mutandam cenſebat *Bernard* ad *Theoph. Non.* c. 227. T. II. p. 210. Aliud quid in ὄρβια videtur latere. — μίαν, ſcil. κύλικα.

XXII. „Poſt Lucillii Ep. CXVII. ſequitur hoc in „membr. ſine auctoris nomine. Margini exemplaris „Wechelianae adſcripſit Salmaſius, addita hac nota: „*Suſpicor eſſe Palladae.* Hoc judicium ſecutus ſum. Qua„re inter Lucianea retulerit noviſſimus editor, ipſe dixe„rit.“ *Br.* Falſum eſt, quod cl. editor dixit, in membranis Vat. (p. 563.) hoc carmen ſine auctoris nomine proſtare, quod *Salmaſius* cum forte omiſiſſet, fruſtra deinde ex conjectura ſupplere conatus eſt. *Luciano* in membr. diſerte tribuitur, et tutius erat *Dorvillium* ſequi, a quo *Reizius* inedita *Luciani* Epigr. accepit, quam divinationem *Salmaſii.* — Vini vappae munus, ab amico quodam acceptum, ſibi in poſterum deprecatur poëta. Vide not. ad *Lucill.* Ep. CXVII. — V. 1. ἐμοὶ in Vat. Cod. omiſſum ſupplevit *Salmaſ.* in apogr. Guy. et Ruhnk. idque aſſenſu ſuo probavit *Dorvillius.*

XXIII. Bis exſtat in Vat. Cod. p. 441. et 549. utroque loco cum lemmate: εἴς τινα πέμψαντα αὐτῷ ἰσχάδας. Idem eſt in Plan. p. 145. St. 210. W. Sed primum Matho ille, quem *Palladas* hoc Ep. tangit, non miſerat, ſed appoſuerat aliquid; deinde non ficos, ſed aridos ſalſosque cibos comedendos appoſuerat, quales porcellis ficubus ſaginandis objici ſolent. Magni aeſtimabatur caro ſuilla et inprimis jecur porcorum, qui aridis ficubus caricisve ſaginati erant. Commemorat *Pollux* L. VI. 49. ὕπατα σεσυκασμένα. ὕπατα ὑῶν σεσυκοτραγηκότων. *Ariſtoph.* Acharn. v. 805. ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων τοῖς χοιριδίοισιν. Hinc ejusmodi jecur συκωτόν. Quaedam huc facientia attigit *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 743. F. Jecur conſtat ad inſolitam amplitudinem augeri, dum arido pabulo objecto porci frequentius potare coguntur. Jam vides, cur ξηροὶ et διψαλέοι appellentur ejusmodi χοῖροι, qui perpetua ſiti cruciantur; hoc enim eſt ξηρός, quod qui de carne macilenta et exſucca interpretantur, errant.

Lucian. Tim. §. 18. T. I. p. 88. ἄποτοι καὶ ἄγευστοι, καὶ ξηροὶ τὸ στόμα. In insula Cypro autem porci frequentes pascebantur et saginabantur in Veneris honorem, cui hac victima litabant. Hinc *Antiphanes* ap. *Athen.* L. III. p. 95. F. Venerem in Cypro adeo porcis delectari, ὥστε σκαταφαγεῖν ἀπεῖρξε τὸ ζῶον, τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν – ubi, quod sues a stercore et luto prohiberi dicuntur, ad ficuum pastum et saginationem referendum videtur. — In Vat. Cod. loco pr. σηκαζομένων legitur, (quod quamvis sensum habet, vulgatae tamen praeferri non potest. In Ald. pr. et Ascens. σηκίζομένων, unde verbum nihili σηκίζεσθαι in quaedam Lexica venit.) Deinde προὔθηκας loco altero. — V. 2. γυψαλέων. Vat. Cod. loco pr. quod *Salmasius* in not. msc. se alibi explicaturum esse promittit. Utinam vir doctissimus datam fidem exsolvisset, explicato vocabulo, quod, nisi depravatum, certe obscurissimum est: διψαλέων contra, ut legitur in Plan. et in Vat. Cod. loco sec. optimum et expeditum sensum habet. Ceterum *Jos. Scaliger* in msc. not. emendavit: ξηρῷ, δαψιλέῳ, (διψαλέῳ scripsit V. Doctissimus) Κυπρόθεν ἐρχομένῳ quod ut non rejiciendum, ita nec insigniter probandum est. — ¶. 412.] V. 3. σηκωθέντα. Ald. pr. et Ascens. — μαθών. Vat. Cod. utroque loco, et Plan. nec urgentem emendationis necessitatem video. ἐμὲ σηκωθέντα μαθών, probe me saginatum videns. — Mox σβέσον ἐκ δίψης dure dictum, pro σβέσον τὴν ἐμοῦ δίψαν. Post sitim (ἐκ δίψης), quam mihi concitasti, Cyprium mihi laticem affunde, eoque sitim restingue. — Κυπρίω, respectu ad porcos Κυπρόθεν ἐρχομένους habito.

XXIV. Vat. Cod. p. 515. Planud. p. 175. St. 256. W. „Pentametrum, qui in Planudea legitur, „ῥηγνυμένας καθαραῖς εὐῦδάλοις φιάλαις, non agnoscit Vat. „Cod. qui illius loco hunc, quem dedi, meliorem habet.“ *Br.* Versum a cl. editore h. l. adscriptum habet

Ed. Flor. pr. Ald. pr. et Aſcenſ. In lect. autem Aldus exhibet hunc:

αἶψα δ' ἀναθεμαίνων ψυχομένην κραδίην.

quem recepit Ald. 2. 3. et Ed. Nic. Sabienſ.

XXV. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 88. St. 129. W. in capite εἰς πατρίδα. qui inſignis error, cum non de patriae, ſed de *enchyti*, quod placentae genus eſt, amore agatur. τοῦ ἐγχύτου mentio ap. *Athenae.* L. XIV. p. 647. D. ἐκ τυροῦ δέ φησι γίνεσθαι πλακούντιόν τι τάδε· ἔγχυτος, σκιβάλιτης, σουβίτιλλος. Conf. *Jungermann.* ad *Polluc.* VI. 77. et *Pierſon.* ad *Moer.* p. 84. — V. 1. Poſt γλύκιον inſeruit Planud. γ' ad metrum fulciendum, quod ejusmodi fulcro non indiget. γῆς πατρίδος emendabat *Joſ. Scaliger* in not. mſc. et *Huetius* p. 11. In fine verſus et membr. et Plan. Ὁμηρος, quod *Br.* tacite in Ὀδυσσεὺς mutavit. In hac emendatione ſibi praeeuntem habuit *Grotium*, qui totum ſic vertit:

Dulcius ut patria nihil eſt, cum dixit Ulyſſes,
Enchyta Circeae non habuere dapes.
Cerneret ex illis vel ſolum ſurgere fumum,
Penelopas poſſet flere jubere decem.

Spectatur autem locus in Od. illuſtris L. IX. 34.:

Ὣς δ' αὕτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Ἀλαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι.
ἀλλ' ἐμὲν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον·
ὃς οὐδὲν γλυκίον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων.

— V. 2. Memorabili gloſſae cum contextu confuſione legitur in Lect. Aldin. pr. Κίρκης εἶδος ἔγχυτον γρ. ubi mirare ſtuporem ejus, qui Aldin. 2. curavit, et hanc lectionem in textum immittere non dubitavit. ἔγχυτον omnes edd. vett. etiam Vat. Cod. — V. 3. Etiam h. l. παρῳδεῖ *Palladas*. Quae de fumo de patriae ſolo exſilien-te *Homerus*, haec de enchyti nidore *Palladas* dixit. Re-

ſpicitur Od. α. 57. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι Ἦς γαίης θανέειν ἱμείρετο. — V. 4. Πηνελόπας. Vat. et Plan. Πηνελόπαις emendaverunt *Brodaeus* et *Stephan.* Mihi non ſatis tutum videtur, Palladae et aliorum iſtiusmodi farinae hominum orationem ad optimae aetatis normam exigere et emendare. Equidem latinismum (cf. *Horat.* I. Serm. X. 91.) in *Palladae* ſcriptis facile tulerim.

XXVI. Vat. Cod. p. 443. Plan. p. 60. St. §7. W. Stomacho laborans *Palladas* conditum ſibi parari poſtulat. Conditum vinum eſt cum aromatibus facco percolatum: alii mulſum ſ. οἰνόμελι eſſe credunt. Vide *Foeſium* in Oec. Hipp. v. κονδῖτον, et *Salmaſium* ad *Simplic.* p. 21. ubi noſtrum carmen laudatur. De duobus conditi generibus diſputat *Meibom* de Cereviſ. vett. c. X. in *Gronov.* Theſ. IX. p. 572. ſq. Faſtidio laborantibus οἶνον δίδου παλαιὸν πίνειν καὶ κονδῖτον καὶ ὑδρόγαρον. *Theophanis Noni* verba ſunt c. CLVI. p. 12. Ap. recentiores medicos ſaepe commemoratur. — V. 4. βαμβακώτατος ὤν. Vat. Cod. et Plan. quod tacite mutavit *Br.* praeter neceſſitatem. — V. 5. σκεύασον μοι οὖν μοι τ. Vat. Cod. — V. 6. χρῄζει Vat. Cod.

XXVII. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 186. St. 272. W. ubi ſine auctoris nomine proſtat. Ad avarum magnificum, qui convivis ſuis vaſa argentea ſplendidiſſima, ſed parum cibi apponebat. Cf. *Lucill.* Ep. XXVI. XXVII. — V. 1. Ne me invita tanquam teſtem famelicorum diſcorum tuorum, quos nonniſi peſſimis cibis imples. ἐπίστεφα, virum puta laudis cupidum, qualis ille eſt ap. *Lucian.* de Merc. Cond. §. 18. T. III. p. 237. qui novo convivae ἅπαντα ἐπιδείξασθαι τὰ αὑτοῦ βούλεται. — V. 2. »βρωτόν. Sic praeter Vat. Cod. duo etiam Planudeae. Ionica haec ſubſtantivorum forma, ſaepe a librariis obliterata, de qua inferius agam.« *Br.* Hanc formam

(vulgo βρωτὴν legitur) multis exemplis illuſtrat *Rubnk.* Epiſt crit. p. 132. et *Valcken.* ad *Herodot.* p. 42. — κολοκυνθιὰς idem quod κολοκυνθὶς, cujus amarus guſtus in proverbium abiit. — V. 3. „Libri οὐ τρωγομένην. i. e. „οὐ τρωκτήν. quod ferri poteſt.“ *Br.* — V. 4. In vulgata offendens *Huetius* p. 20. conjecit φορτίζων τοὺς κενεοὺς πίνακας. quod ingenioſum. Nec tamen vulgatam temere mutaverim: λιμῷ κρητ. τοὺς μελ. πιν. miſeras illas divitias, orbes ſcil. argenteos, cibo, ipſis quodammodo debito, defraudas, fame illos, non cibo, inſtruens. *Heſych.* κρητίζειν. ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾶν· ἔταττον δὲ τὴν λέξιν ἀπὸ τοῦ τοὺς Κρῆτας ψεύστας εἶναι. Hinc κρητισμῷ χρήσασθαι, *fallaciis uti.* Vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. 8. p. 32. *Schottum* ad *Zenob.* IV. 62. *Plutarch* in Vit. Aemil. T. I. p. 267. F. κρητίζων πρὸς Κρῆτας. Similiter dicebatur χιλιχίζειν καὶ αἰγυπτιάζειν. τὸ πονηρεύεσθαι. ap. *Euſtath.* ad Il. ι. p. 637. 21. quod addendum ad ea, quae de Aegyptiorum dolis monuit *Valcken.* ad Adon. v. 47. — V. 5. „ἀργαλέην. mallem ἀργυρέην. Sic omnino ſcriben„dum videtur.“ *Br.* In eandem emendationem incidit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. Nihil verius. Voca tibi ad oſtentationem illam (non ῥητορικήν, ſed) ἀργυρέην, vaſorum tuorum, convivas, quibus jejunium impoſitum eſt. — V. 6. θαυμάσσῃ Plan. edd. et θαυμάσῃ. In Vat. Cod. eſt θαυμάζῃ. Huic proximum erat θαυμάζου, quae *Bruncki* emendatio videtur. Nihil enim lectores monuit. — ἄσημον argentum opponitur τῷ ἐκσήμῳ, non cuſum, quod in vaſis et diſcis eſt, ei, quod in numis habetur, *purum*, quod Latini appellant, *caelato.* Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 700. F. et p. 761. C. — κοῦφον. nullis cibis oneratum.

¶. 413.] *XXVIII.* Vat. Cod. p. 561. Plan. p. 185. St. 270. W. *Stob.* T. X. p. 127. 41. Gesn. 75. Grot. „Operarum errore in Stephani editione titulus eſt τοῦ „αὐτοῦ, i. e. *Macedonii*, cujus Epigramma praecedit: in

»omnibus aliis titulus eſt Παλλαδᾶ, excepta tamen Weche»liana, quae Stephanianae mendas omnes, multis inſuper »additis, habet.« *Br.* τρώγειν pro *edere* ſimpliciter videtur poſitum. Eos veterum, qui ſobrietati ſtuderent, ſemel tantum per diem cibum ſumſiſſe, nota res eſt. Salamini autem convivae domi denuo coenabant, cum apud illum famem potius quam cibos reperiſſent.

XXIX. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 177. St. 258. W. ubi v. 5. τέρπεο καὶ σκίρτα ex frigida Planudis emendatione legitur. — V. 3. τοῦτο. *Martial.* VIII. 7. *Cras vives; hodie jam vivere, Poſtume, ſerum eſt. Ille ſapit, quisquis, Poſtume, vixit heri.* — Hoc eſt τὸν ἐφημέριον βίον ἔλκειν. *Carpe diem, quam minimum credula poſtero. Horat.* I. Carm. XI. 8. *Dona praeſentis cape laetus horae.* Idem L. III. Carm. VIII. 27. — V. 6. τἄλλα. *Eurip.* Alceſt. 791. εὔφραινε σαυτόν, πῖνε· τὸν καθ' ἡμέραν βίον λογίζου σόν· τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης. quem locum noſter manifeſte expreſſit. Similia collegit, noſtri etiam memor, *Mitſcherlich.* ad *Horat.* I. Carm. IX. 9. p. 108.

XXX. Vat. Cod. p. 561. ad *Palladam* retulit. In Plan. p. 139. St. 201. W. ἄδηλον eſt. De aſino grammatici male nutrito. — V. 2. Infauſtum Saturni ſidus beſtiarum quoque natales temperat. *Lucill.* Ep. XLIII. ὠροθέτει σε Κρόνος. Hoc verbum ὠροθετεῖν hic adſcripſit *Caſaubon.* in not. mſc. ſive interpretamenti loco, ſive quod ſic etiam hoc in loco emendandum putaret. Prius veriſimilius. — V. 3. ἴσχε. Vat. Cod. — V. 4. ἀλαβαρχείη. ex figuli taberna in grammatici domum venditus,] infeſti ſideris vim expertus eſt aſinus. — V. 5. καυθήλια. Vat. Cod. et Plan. quod cum καυθήλιε commutandum eſſe praeclare vidit *Grotius*, qui hoc diſtichon mira felicitate reddidit:

Reſtat, aſelle, feras, quod ſors jubet: omnia curtant
Grammatici: dicunt, es, quoque, non comedo.

Ut Grammatici non κριθήν, ſed truncata voce κρῖ dicunt, tu quoque non plenam hordei menſuram, ſed deminutam accipies. κρῖ paſſim ap. *Homerum* obvium. Vide *Heſych.* v. — Tacite hujus diſtichi ſcripturam immutavit cl. editor. Vulgo enim legitur: γραμματικῶς γὰρ οὐδὲ τέλος. Sic etiam Vat. Cod. ubi praeterea κριθῇ. — Quid *Caſaubonus* h. l. emendaverit, haud facile cognoſci poteſt ex ſchedis, ubi omnia confuſa. Videtur tamen legiſſe τλ. φέρειν λιμὸν — γραμματικοῖς, et ſequ. verſ. τελέως. In his quaedam cum Brunckianis conſpirant. τλῇ φέρειν λιμόν, ut non ineptum, ita nec neceſſarium eſt.

XXXI. Vat. Cod. p. 495. ſine auctoris nomine. Sed ſequitur Ep. CXXII. cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. In Plan. p. 63. St. 91. W. diſerte tribuitur *Palladae.* Luſus in vocibus ſimilibus δόμνε et δόμενοι. Quem elegantem jocum exiſtimat *Rittershuſ.* ad *Oppian.* Cyneg. L. I. 4. p. 3. is mihi videtur longe frigidiſſimus. Sed in talibus diverſa eſſe ſolent hominum judicia. — V. 2. λάβοι. Vat. Cod.

XXXII. Vat. Cod. p. 550. Planud. ibid. Monet amicum, ut ſibi ab adulatoribus, una tantum litera a corvis diverſis, caveat. Sumſit hoc *Palladas* ab Antiſthene, qui ap. *Stob.* T. XIV. p. 149. 40. αἱρετώτερον εἶναι, ait, εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν ἢ εἰς κόλακας· οἱ μὲν γὰρ ἀποθανόντος τὸ σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται. Idem dictum ejusdem familiae philoſopho Diogeni tribuit *Athen.* L. VI. p. 254. C. Neſcio quis ap. *Stobaeum* l. c. ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν τρεφομένων ὑπ' αὐτοῦ κυνῶν ἀπέθανεν· οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας καταλόουσι. ubi fortaſſe κατέδουσι legendum. Noſter Ep. CXLV. πάντα φαγοῦσα βίον. *Homer.* Od. ι. 160. βίοτον νήποινον ἔδουσιν Ἀνέρος. *Incertus* ap. *Stob.* p. 481. Grot. Οὐδεὶς τὰ πατρῷά πω γέρων κατεδήδοκε. *Analixas* vermibus comparat adulatores ap. *Athen.* l. c. verſibus leviter corrigendis: φησὶ γοῦν ὁ Ἀναξίλας·

Ἔνιοι κόλακές εἰσι τῶν ἐχόντων οὐσίας
ἀκώλυτες· εἰς οὗ. ἄκακον ἀνθρώπου τρόπον
εἰ δὲ τις ἕκαστος ἐσθίεται καθήμενος.

ubi vide an corrigendum ſit: Ἀναξίλας ἐν Νεοτ. (i. e. ἐν Νεοττίδι) Οἱ κόλακες. — In eadem *Athenaei* pagina *Diphili* de adulatoribus fragmentum in ſenarios digerere conatus *Caſaubonus*, operam perdidit. Sunt enim tetrametri, ſic levi negotio refingendi:

ὁ γὰρ κόλαξ
τὸν στρατηγὸν, καὶ δυνάστην καὶ φίλους καὶ τὰς πόλεις
ἀνατρέπει, λόγῳ κακούργῳ μικρὸν ἡδύνας χρόνον.
νῦν δὲ καὶ καχεξία τις ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους,
αἱ κρίσεις θ' ἡμῶν νοσοῦσι, καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.

— V. 1. κόλακάς τε διεστῷ Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Comparandus inprimis *Ariſtoph.* Veſp. 45. ſqq. — V. 2. οὐκοῦν ταὐτό. Plan. Etiam hoc ex membr. emendatum eſt et ex tribus Plan. codd. — βωμολόχος. paraſitans et ſcurrans adulator. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 65. et *Pierſon.* ad *Moer.* p. 105.

¶. 414.] *XXXIII.* Vat. Cod. p. 506. „Titulus in „Vat. Cod. Ῥάρου. Adnotavit Salmaſius: *Quis ille Rharus „ſit, neſcio. Forte* Ῥιαεῦ. *Sed Palladae potius tribuendum „videtur.*“ *Br.* Huic inſcribitur in Plan. p. 63. St. 92. W. Apertas inimicitias ſimulatae amicitiae praeferendas eſſe. Comparaverunt haec Intrpp. ad *Lucian.* de Calumn. §. 24. T. VIII. p. 52. καὶ ὅλως ἐχθρὸν μὲν οὐδεὶς ἂν τολμήσειε διαβάλλειν· ἄπιστος γὰρ αὐτοῖς ἡ κατηγορία, πρόδηλον ἔχουσα τὴν αἰτίαν· τοῖς δοκοῦσι δὲ μάλιστα φίλοις ἐπιχειροῦσι. *Theognis* v. 1169. Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι, Κύρνε· φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.

XXXIV. Vat. Cod p. 561. Παλλαδᾶ. In Planud. p. 64. St. 92. W. auctoris nomine caret.

XXXV. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 103. St. 152. W. In parricidas Jovis exemplo tutos. Verisimile eſt, *Palla-*

dam ejusmodi facinoris, ubi quis *parentis – impia manu Senile guttur fregerat*, exemplum ante oculos habuisse. — V. 1. „Inepte legebatur: εἰ τοὺς ἀνδροφόνους „contra Epigrammatis sensum; quod et vidit Vinc. „Opsopoeus, ut ex ejus versione patet.“ *Br.* — V. 2. τοῦ Διός. Jovis hoc munus, qui ipse patrem interemisset, si mortalis esset. *Lactant.* Instit. I. c. X. *Quid horum omnium pater Jupiter – nonne a prima sua pueritia impius ac paene parricida deprehenditur?* Solent autem veteres in flagitiorum suorum excusationem deorum exempla praetexere; ut ille ap. *Terentium*, et Byblis incestum fratris amorem fovens ap *Ovidium* Metam. IX. 496. sqq. et v. 554. *sequimur magnorum exempla deorum.* — V. 5. Τιτῆσι, jota subscripto, vulgo; a quo errore sibi cavit Vat. Cod.

XXXVI. Vat. Cod. p. 422. Καὶ τοῦτο Παλλαδᾶ. ἄδηλον. In Plan. p. 103. St. 152. W. ἄδηλον. Bonos vexationibus omnium, etiam infirmissimorum, obnoxios esse docet; cum contra malis ne potentes quidem noccant. — V. 1. κἂν ὗς δάκοι. Vat. Cod. Hoc ab Aldo in Cod. repertum et in Lectt. positum admisit Ald. 2. 3. Nic. Sabiens. μῦς revocavit Stephan. ex Badii ed. idque assensu suo comprobaverunt *Jos. Scaliger* in msc. not. et *Grotius* in versione. Hinc *Erasmus: Virum improbum vel mus mordeat.* ὗν et μῦν in alio quoque proverbio confusa docet *Lennep.* ad Phalar. p. 121. Simile est, et nonnisi nomine bestiae diversum, proverbium: κἂν αἶξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. *Diogen.* V. 87. Ceterum ap. *Palladam* sive ὗς legas, sive μῦς, alterutra lectio et in v. 1. et in v. 3. servanda videtur; ut est in Vat. Cod. et in Stephani Planudea. Proverbium erroris arguit poëta: Vel murem (sive suem) malum virum mordere dicunt; quod falsissimum. Sic potius dicendum: Vel mus (s. sus) bonum virum mordeat; malum autem ne draco quidem. — V. 2. πρηνῆ. Vat. — V. 3. ὗς. Idem.

¶ 415.] *XXXVII.* Vat. Cod. p. 442. Plan. p. 54. St. 77. W. „Non bene congruit lemma. Factum mihi „videtur in editum infantem cum utroque sexu, et sta„tim post mortuum: sic recte dicitur *παιδίον ἀρσενικόν, „θηλυκόν, οὐδέτερον.*“ *Br.* Huic sententiae nonnihil patrocinatur Ep. in Hermaphroditum in Anth. Lat. T. I. p. 621. *Pes haesit ramis, caput incidit amne; talique Femina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.* Fortasse tamen poëta nihil aliud quaesivit quam jocum *ἐκ τοῦ παραδόξου*, in cujus gratiam *τὸ οὐδέτερον* inopinato addidit. Hujus generis est id, quod in *Rufum* Grammaticum fecit *Auson.* Ep. XLIX.:

Rufus vocatus rhetor olim ad nuptias,
Celebri ut fit convivio,
Grammaticae ut artis se peritum ostenderet,
Haec vota dixit nuptiis:
Et masculini et feminini gignite,
Generisque neutri filios.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 561. Plan. p. 65. St. 93. W. (*ἄδηλον* in Ed. Flor. et Ald. pr.) Expressum ex Ep. *ἀδεσπ.* CCXVII. in Justitiam, Victoriam non hilari, ut plerumque, sed tristi vultu conspicatus quidam, tristitiae causam ab ea requirit: cui interroganti respondet, se dolere, quod Patricio sit tradita. Carminis argumentum non satis expeditum, nec de quo Patricio, quave victoria, illi perperam adjudicata, agatur, satis constat. Notus quidem homo hujus nominis, qui vaticinandi artem professus, interfectus est a Valentiniano anno post Chr. 374. narrante *Zosimo* L. IV. 15. *Ammiano Marc.* XXIX. 1. Cf. *Suidam* in *Πατρίκιος*. Fuit etiam alius Patricius, quaestor, Constantinopoli anno p. Chr. 390. Vide *Fabric.* Bibl. gr. T. XII. p. 357. — V. 3. Colligit *Brodaeus* ex his verbis, Patricium pauperem aliquem in judicio oppressisse. Quod vix verum. Ille potius victo-

riam de hoſtibus, ab alio partam, ſibi arrogaſſe videri poſſit. Fortaſſe etiam de re minoris momenti, de victoria in ludis Circenſibus, agitur, qui quam cupide et ambitioſe a Conſtantinopolitanis ſpectari ſint ſoliti, neminem fugit. Hanc interpretationem reliqnis veriorem puto. — V. 6. Victoriam ille, ut nauta ventum, rapuit.

XXXIX. Vat. Cod. p. 536. *Palladae* vindicat. In Planud. p. 142. St. 205. W. ἄδηλον eſt. In Maurum rhetorem. Cf. Ep. *Ammiani* V. — V. 2. »χείλεσι λι»τραίοις. *labiis libralibus.* Sic recte Vat. membr. Sine »ſenſu antea legebatur τριτταίοις.« *Br.* — Idem tamen Cod. male ἰόντα. — φόνον. Graviter dictum de ſono vocis importuno et auditores tantum non enecante. Male haec accepit *Brodaeus.* Maurus cum declamabat, τῶν ὠτῶν erat Ἀπόλλων, ut Nicetes ille ap. *Ammian.* Ep. XXVII. Panlo diverſa ratione *enecare* alios dicuntur, qui crebro eadem dicendo moleſti ſunt; ut ap. *Terent.* III. Eunuch. V. 6. — φόνον tamen pro depravato habebat *Caſaubonus*, τόκον in ſchedis corrigens; et *Joſ. Scaliger* quoque tentavit aliquid; ſed φοβάς, ut in ap. Goettingenſi habetur, verum eſſe nequit. Mihi in vulgata acquieſcendum videtur, quae ſenſum habet bonum, et alliterationem efficit, a *Pallada* non uno loco ſtudioſe quaeſitam.

XL. Vat. Cod. p. 555. Etiam hoc Ep. ἄδηλον eſt in Anthol. Plan. p. 142. St. 206. W. Scriptum in deformes Hermiones cujusdam liberos. Ut ex cycni cum Leda concubitu pulchra liberorum ſoboles enata eſt, ſic probabile eſt, Hermionen, Hermolyci filiam, cum corvo rem habuiſſe, cum tam foedos liberos pepererit. Quia mulier illa Hermolyci filia erat, ejus filios, ab avi nomine, vocatos, Ἑρμοπιθηκιάδας, quaſi *ſimias Hermolyci nepotes*, eorum *gregem* autem Ἑρμαγέλην eandem ob cauſam appellat. In poſteriore vocabulo ſimul reſpicitur illa umbrarum et larvarum turba, quam Mercurius ψυ-

χοπομπὸς ad inferos deducere ſolet. — δαιμονίων. Vide ad *Ammiani* Ep. V. 2. — Comparationem deformium cum ſimiis illuſtratam dedimus ad *Lucill.* Ep. XXXV. et *Ruſin.* XIX. 6.

XLI. Vat. Cod. p. 383. Plan. p. 22. St. 34. W. Ex cod. protulit *Bandini* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 297. Artem grammaticam, ut famis et inopiae cauſam, vituperat. Cf. Ep. IX. — V. 2. οὐλομένης. Reſpicitur ad initium verſus 2. Iliadis. — V. 3. δὲ om. Vat. Cod. — V. 4. ὀλέσει. Vat. Cod. — ¶. 416.] V. 5. πρὶν in marg. Wechel. male per ἕως explicatur. Quia Agamemnon olim Briſeïda, Paris Helenam rapuit, i. e. propter bella ab Homero decantata, ego mendicus fio. — V. 6. δ' iterum omittit Vat. Cod.

XLII. Vat. Cod. p. 384. Plan. p. 22. St. 35. W. Cauſam, cur Grammatici tantis cum malis conflictentur, poëta a quinque prioribus Iliadis verſibus, male ominatis, repetit. Hos autem ἀρχὴν γραμματικῆς vocat, quia Grammaticae docendae initium ab Iliade ſolebat fieri. — V. 2. πρῶτος, στίχος ſcil. — V. 3. πάλιν om. Vat. Cod. — V. 7. μετὰ πέντε κατ. poſt quinque tam infauſta omina. Alliteratio eſt in πέντε et πένθος. — V. 8. πτώσεις. Etiam in hoc *caſuum* technico vocabulo malum eſt omen. Iterum in hoc vocabulo ludit Ep. XLIV. ἠδὲ καὶ αὐτὰς Πτώσεις γραμματικῆς, πτῶσιν ἔχων πενίης.

XLIII. Vat. Cod. p. 384. Plan. p. 22. St. 34. W. Libris ſuis venditis Grammaticae valedicit, ad aliam artem transiturus. — V. 1. τὰ πολύστονα β. libri, non ipſi ſolum Grammatico, ſed etiam pueris docendis multas aerumnas et dolores creantes. — V. 2. τέχνας. Vat. Cod. — V. 3. λόγοι. De arte oratoria accepit *Opſopoeus*, ad quam *Palladas*, Grammatica relicta, transierit; ejusque interpretationem amplexus eſt *Grotius*, qui etiam hoc loco verborum luſum egregie imitatus eſt:

Cyrrha vale atque Helicon, nam malo dicere cauſas,
Quam mortis cauſam dicere Grammaticam.

Sed quamvis tanti viri adſenſu probatae explicationi quominus accedam, prohibet poſtremus verſus, qui longe diverſam interpretationem poſtulat. λόγοι ſunt *literae* in univerſum, et h. l. ſynonymice cum *Grammatica* arte ponuntur. συντάττομαι ὑμῖν autem nova valedicendi formula: Valete Muſae, valete literae, quae me ad famem et miſeram mortem abripiunt. Hunc autem verbi συντάσσεσθαι uſum, quo *valedicere* ſignificat, poſt *Valeſium* attigit *L. Kuſterus* ad *Suidam* in συντακτικὸς T. III. p. 408. fuſius illuſtravit *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 151. — In hoc autem verbo et ſq. σύνταξις alliteratio in oculos incurrit: literis συντάττεται, *vale dicit*, quia ἡ σύνταξις, *Grammatica*, ipſum ad reſtim adigit.

XLIV. Vat. Cod. p. 384. primum diſtichon exhibet, p. 440. integrum carmen. Plan. p. 22. St. 35. W. Idem argumentum iterum, ſed longe ineptius tractat. — V. 1. Καλλιμ. καὶ Πίνδαρον. Hos ut difficiles, et propterea Grammaticis inprimis caros poëtas de pluribus nominat. Ille etiam quaſi turelaris hujusmodi hominum videbatur deus. Cf *Antiphan.* Ep. V. 4. — V. 2. πτῶσιν ut Ep. XLII. 8. — V. 3. Dorotheus ſalarium, quod mihi praeſtare ſolebat dare deſiit. — Ludit *Palladas* in ambigua ſignificatione vocabuli σύνταξις, quod praeter eam, quam pueri norunt, aliam habet, minus notam quam *Suidas* indicat T. III. p. 409. ἔλεγε δὲ καὶ τοὺς (ſic lege pro ἑκάστους cum *Valcken.* ad *Herodot.* p. 153.) φόρους συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα. Apud ſeriores potiſſimum *ſalarii* notionem induebat; ut ap. *Appian.* in Syr. p. 87. ὁ περιώνυμος ἰατρὸς Ἐρασίστρατος ἐπὶ μεγίστοις συντάξεσι Σελεύκῳ συνών, quem locum laudat, de voce σύνταξις docte disputans, *Lennep.* ad *Phalar.* p. 306. ſq. — V. 4. Hunc verſum omittit Cod. ap.

Bandin. p. 99. editio pr. Flor. Ald. 1. 2. Junt. Primum, ni fallor, reperitur in Ald. 3. et ap. Nicol. Sab. In membr. Vat. autem plane aliter legitur:

πρεσβείην κατ' ἐμοῦ τὴν ἀσεβῆ τελέσας.

quem verſum a *Planude* omiſſum, et male ſuppletum, futurus Anthologiae editor in locum ſuum reſtituet. πρεσβεία, quam Dorotheus *Palladae* miſit, nuntius fuiſſe videtur, quo illum dimiſit; hanc ἀσεβῆ vocat, ut diſcipuli parum pii in magiſtrum peccatum, ſimul reſpectu ad Δωροθέου nomen habito, quod alia ſperari jubebat. — Jam ſe ad alium, eumque melioris nominis virum, Theophilum convertit, rogatque, ut ne eum inopia perire patiatur. Vulgo θεῷ φίλε legitur, quod expreſſit *Grotius*; nec aliter Vat. Cod. ubi etiam μοι πρόστηθι legitur. — V. 6. συνδέσμῳ πενίης. paupertatis *copula* (et vinculis) implicitum et conſtrictum. Alluſio ad συνδέσμους Grammaticorum.

XLV. Vat. Cod. p. 504. Plan. p. 23. St. 35. W. — V. 1. »λίτραν ἐτῶν. i. e. LXXII. annos. Totidem enim »aurei cudebantur e libra, Palladae aevo, qui ſub pri»mis chriſtianis imperatoribus vixit.« *Br.* — βουλευτής. Senator ad inferos deſcendo. Ad ſenatorium igitur honorem, in municipio fortaſſe aut colonia, (vide *Caſaubon.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 9.) *Palladas* adſpiraſſe videtur; ſed fruſtra. Ad Orcum autem remittuntur, quos ſpes per vitam feſellit. Laudat *Brodaeus Plutarchi* locum: τὴν δ' Ἰσοκράτους διατριβὴν ἐπισκώπτων γηρᾷν φησὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητάς, ὡς ἐν ᾅδου χρησομένους ταῖς τέχναις καὶ δίκας ἐροῦντας. Simile eſt Theocriteum Eid. I. 62. τὰν γὰρ ἀοιδὰν Θὔτι πα εἰς ἀΐδαν γε τὸν ἐκλελάθοντα φυλαξεῖς.

¶. 417.] *XLVI.* Vat. Cod. p. 384. »Quartum »diſtichon orae exemplaris Wechelianae adſcripſit Sal»maſius: duo reliqua protulit libro de modo uſurar. »p. 65. Tria tantum prima in Planudea leguntur.« *Br.*

Plan.

Plan. p. 23. St. 35. W. Haec quaſi pro inſcriptione ludi Grammatici habenda: Hic docent, quibus Serapis iraſcitur, miſeri Grammatici. κεχόλωται Vat. Cod. *Serapis* pro ſummo numine ponitur. Cf. *Tacit.* Hiſt. IV. 84. et *Palladae* Ep. CXXXIX. Formulam de miſeris, quibus *Dii irati ſunt*, ſatis illuſtravit *Lambinus* ad *Horat.* II. Serm. III. 8. et *D. Heinſius* ad *Heſiodi* Ε. καὶ Η. 236. — V. 2. κατὰ μῆνα. Quovis menſe igitur pactum magiſtris ſolvebatur ſalarium, quod ex *Horatii* I. Serm. VI. 75. *pueri – ibant octonis referentes idibus aera* – minus certo colligitur cum ab aliis, tum a *Laurentio* de Profeſſor. c. I. in *Gronovii* Theſ. X. p. 1169. — τροφός. puer Grammatico in diſciplinam traditus. Sed mox haeremus in δηεαμένη, quod, cum τροφὸς conjunctum, *diſcipulas* nobis obtrudit. Quare ſaltem accentu mutato ſcribe τρόφον, *nutricem*. Unus omnium hîc haeſit *Joſ. Scaliger*, qui in not. mſc. πενίη corrigit, quod tamen ſenſum expeditum non habet. Junxiſſe videtur: ἡ πενίη, τρόφος, paupertas, qua alimur; cogitans fortaſſe de Πενίᾳ *Ariſtophanis* in Plut. 469. ἀγαθῶν ἁπάντων αἰτίαν. Sed vereor, ut tum in reliquis interpretatio bene procedat. Fortaſſe tamen aliud quid voluit vir perſpicaciſſimus, quod non aſſequor. Si ſcriptum foret τρόφος — δηεάμενος, paedagogum intelligas; de quo hominum genere ſimilia praedicat *Juvenal.* VII. 216.:

Quis gremio Celadi, doctique Palaemonis affert
Quantum Grammaticus meruit labor? et tamen ex hoc
Quodcunque eſt – minus eſt autem, quam rhetoris aera –
Diſcipuli cuſtos praemordet Acoenonaetus,
Et qui dispenſat frangit ſibi.

— Pro βόβλῳ vulgo βίβλῳ habetur. — V. 6. Pro φέρει, quam lectionem nec Planudea agnoſcit, nec Vat. membr. τιθεῖ reponendum eſt. θρόνος eſt magiſtri ſella, ſive cathedra, de qua multa collegit *Wouver.* de Polymath.

c. IV. p. 30. sq. — ὡς κάτνισμα. ut suffimentum, tumulo negligenter injectum, quo fames non lenitur. — τὸν μικρ. χάρτην. ipsa charta exigua, quae exiguam mercedem continet. — V. 7. 8. Hoc distichon addidit *Grotius* in versione, reliqua omittens. — κλέπτει. ἡ τρόφος scil. nec integram affert hanc mercedem, sed sibi aliquid inde sumit, plumbeos et adulterinos numos bonis immiscens. Hanc fraudem attigit *Themistius*, nimiam Sophistis in hisce rebus curam exprobrans, Or. XXI. p. 261. C. μισθὸν εἰσπράξεται ὁ διδάσκαλος — μεταστρέφων τοὺς στατῆρας ἔνθεν καὶ ἔνθεν, μὴ παράσημοί τε καὶ ἐνδεεῖς. — V. 8. τὸ ἔθος. Cod. Vat. quod depravatum. ἔτος *Brunckii* de annua mercede accipiendum, per hyperbolen positum: hac fraude parum abest, quin omnem illam mercedulam magistro subtrahat. — V. 9. εἰς ἐνιαυτόν. De strena accipe, quam magistri, anno absoluto, accipere solebant; de qua vide *Crefollium* in Theatro Rhet. V. 4. *Juvenal.* VII. 243. *Haec, inquis, cura: sed cum se verterit annus, Accipe, victori populus quod postulat, aurum.* ubi Scholiastes: *Haec exposcunt a magistris, et post omnia in annum unum solidum accipient.* Hujus solvendi ubi tempus venerit, undecimo anni mense transacto, parentes pueros ad alium mittunt, et miserum magistrum minervali defraudant. Egregie haec comparavit Vir doct. in Nova Bibl. Germ. T. L. nr. 1. p. 239. ad *Theophrastum* Char. XXII. cujus haec sunt de ἀνελευθέρῳ· καὶ τὰ παιδία δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι εἰς διδασκάλου, ὅταν ᾖ ἀποδιδόναι καιρὸς τὰ παιδομουσεῖα, ἀλλὰ φῆσαι κακῶς ἔχειν, ἵνα μὴ συμβάλλωνται — prout hoc ex Vat. Cod. additum comma emendarunt VV. DD. *Schneiderus* et *Coray*. Comparandum aliud ex iisdem membranis recens erutum in cap. XXX. καὶ τῶν υἱῶν δὲ μὴ πορευομένων εἰς τὸ διδασκαλεῖον τὸν μῆνα ὅλον διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν, ἀφαιρεῖν τοῦ μισθοῦ κατὰ λόγον· καὶ τὸν ἀνθεστηριῶνα μῆνα μὴ πέμπειν αὐτοὺς εἰς τὰ μαθήματα διὰ τὸ θέας εἶναι πολλάς, ἵνα μὴ τὸν μισθὸν ἐπίνῃ. — Pro ἄγῃ in membr. est

ἄγοι. — πρὶν προφέρειν. priusquam bene profecerit. *Budaeus* Comm. Gr. p. 573. 40. — V. 11. Ibi autem rudis adhuc viſus, priorem magiſtrum, praeterea quod eum minervali privavit, etiam in ignorantiae ſuſpicionem adducit, ſive potius omnem ignorantiae ſuae culpam in illum conjicit.

XLVII. Vat. Cod. p. 549. Plan. p. 145. St. 211. W. Grammatice jocatur de aſino longe tardiſſimo. — V. 1. Ἀντίσπαστον. Ad pedem illum metricum, qui antiſpaſtus vocatur, reſpexit, ſignificans aſinum anterioribus pedibus non minus quam poſterioribus claudicantem. — V. 2. ὅρμον ὁδοιπ. ut qui in portum venerunt, navigandi finem faciunt, ſic qui hunc aſinum inſcendunt, tanquam itineris finem aſſecuti eſſent, quieſcunt. Hinc ὅρμος ὁδοιπορίης quaſi portus et meta totius itineris appellatur ipſe aſinus. Minus recte haec interpretatur *Brodaeus*, qui v. 3. ὄνου πόκον parum feliciter emendavit. πόνος, quaſi *merus labor*, vocatur aſinus, qui utentibus eo moleſtias creat. ὄνειρος, vana aſini ſpecies, ut ſomnii. Quae enim infirma ſunt et debilia, ita ut nullum ſui uſum praebeant, ea ὀνείροις comparant veteres. Senio et aerumnis confectus Oedipus ap. *Euripid.* Phoen. p. 1713. procedit, ὡς ὄνειρος ἰσχὺν ἔχων. quam comparationem idem auxit in Aeolo fr. XVIII. ſenes ὀνείρων μιμήματα vocans, cum quo comparanda *Pindari* Pyth. VIII. 136. Phineus ap. *Apollon. Rhod.* II. 197. ἐρθωθεὶς εὐνῇθεν, ἀκμήριον ἠὲν ὄνειρον — ἰκνεῖσθαι ποσὶν ἦδε θέμιζα. Thetis corporis humani pondere depoſito — πνοιῇ ἰκέλη δέμας, ἠύτ' ὄνειρος, εἴδατο δ' ἶμεν ἐκ μεγάροιο. ap. eundem L. IV. 877. Ad noſtrum locum proxime accedit *Terentius* III. Adelph. III. 40. *Tu quantus quantus nil niſi ſapientia es: Ille, ſomnium.* i. e. iners et ſocors. — V. 4. ὑστ. πρότερ. Ad figuram haec ſpectant, quae *Hyſteron proteron* vocatur. Aſinus ille, omnium poſtremus, primus ſit et agmen ducit, ubi

reliqui revertuntur. ἀνακάμπτειν dicuntur, qui a meta ad carceres redeunt.

XLVIII. Vat. Cod. p. 545. Planud. p. 146. St. 212. W. In Demonicum, Chalcidenſem, hominem rapaciſſimum, ſed eorum, quos bonis exuerat, malis illacrymantem. — V. 2. Alliteratio eſt in ῥήμασιν et ῥεύμασιν. ῥεύματα παθέων, cupiditatum tuarum impetum. Sic τύχης ῥεύματα ap. Noſtrum Ep. LXXIV. CXVII. CXXI. φιλίης ῥεύμασι μιγνύμενα *Irenaeus* Ep. I. — V. 3. ἐπὶ σοῦ. Vat. Cod. — V. 5. Novum vocabulum ἀποχαλκίζειν, urbem aere et bonis ſpoliare, alliterationis cauſa factum. Chalcidenſes autem propter turpe lucri ſtudium infames fuiſſe, docere videtur verbum χαλκιδίζειν. παροιμιακῶς τὸ γλισχρεύεσθαι· ἐπὶ φιλαργυρίᾳ γὰρ ἐκωμῳδοῦντο οἱ κατ' Εὔβοιαν Χαλκιδεῖς. ut eſt ap. *Suidam.* cum quibus cf. gloſſam *Heſychii* in χαλκιδίζειν, ibique Intrpp. Fortaſſe hoc vocabulum, ut plura ei ſimilia, a χαλκὸς fictum, et a Comicis ad Chalcidenſes, ſine ulla horum hominum culpa, translatum eſt. — Ceterum in verbo ἀποχάλκισε transitum de ſecunda ad tertiam perſonam non ferens *Huetius* p. 15. tentavit: ἀπεχαλκίσω πόλιν ἡμῶν. Malim equidem hoc diſtichon pro peculiari Epigrammate habere et a praecedentibus ſejungere. Nomen hominis omiſſum nihil obſtat. Cf. Ep. L.

¶. 418.] *XLIX.* Vat. Cod. p. 545. Planud. ibid. Hoc diſtichon cum ſequente Ep. L. jungendum cenſebat *Huetius* p. 16. Mihi ſecus videtur. Demonicus h. l. Λυκάων vocatur, e λύκος, propter rapacitatem; quod *Brodaeus* bene monuit. Eidem vero Λωτοφάγων γῆν ſenſu proprio accipienti de Africa aliave lotum ferente terra, accedere nequeo. Chalcidenſis enim erat Demonicus, qui his verſibus perſtringitur. Quod ſiquis quaerat, quo ſenſu *Palladas* illa verba poſuerit, libenter fateor, me, quod acumen captaverit, non aſſequi. Nequitiam ſubeſſe

et turpis flagitii exprobrationem, ex v. 2. ſuſpicor; ubi Demonicus ἀντιοχευόμενος, paederaſta et cinaedus fuiſſe ſignificatur; (conf. ἀντικεφαινόμενος ap. *Straton.* Ep. LXXVII.) reſpectu habito et ad etymologiam vocis, ab ἀχεύειν derivandae, et, ni fallor, ad corruptos Antiochenſium mores, de quibus vide *Julian.* in Miſopog. p. 342. C. D. et inprimis p. 359. D. Ad Antiochi nomen reſpici putabat *Grotius*, qui haec ſic vertit:

Lorophagûm de gente venit novus, ecce, Lycaon,
Chalcide qui natus ſe facit Antiochum.

L. Vat. Cod. p. 545. Planud. ibid. Etiam hoc diſticho rapacitas et flagitia Demonici perſtringuntur. ἁλυφανὲς πάθος ἄλλῳ. Pronus erat ad lacrymas, quod muliebre; ſed etiam ἄλλο habebat muliebre πάθος, quod muliebria patiebatur ſcilicet. — V. 2. ἔκλαιεν. Vat. Cod. — V. 3. Quum praedabatur, probus videbatur eſſe, quia perquam humaniter ſpoliatis illacrymabat; ſed hoc ipſum non prohibebat, quin gnaviter furta faceret. Ceterum μηδὲν εἶχε καθαρόν, nihil, i. e. nullam corporis partem puram habebat, quod de flagitioſis hominibus dici ſolet. — οὐδὲ τὸ σῶμα βόπου. Avari hominis ſordes pingit, qui, ut dives ille et avarus Patroclus ap. *Ariſtoph.* in Plut. 85. οὐκ ἐλούσατ', ἐξ ὅτου πεῤ ἐγένετο.

LI. Vat. Cod. p. 544. Plan. p. 149. St. 217. W. De Gennadio, chirurgo, cujus cultrum ſubire periculoſius eſſe videbatur, quam latrocinii reum fieri. Judex enim latrones tantum δικῶς, i. e. ſecundum leges, poena capitali afficit; Gennadius autem eos, a quibus mercedem accepit, ad inferos demittit. — V. 2. πελάμαις. Vat. Cod.

LII. Vat. Cod. p. 545. auctori ſuo reddidit; nam in Plan. p. 154. St. 224. W. ἄδηλον eſt. Tonſoris peſſimi irridendi cauſa haec ſcripta, cujus novaculam ſutoris

acu, inſtrumento barbae faciendae minime idoneo, ſuperatum iri ſuſpicatur. — V. 2. νικᾶσιν τὸ ξ. Vat. Cod. νικᾶσι pro futuro attico accipiendum, pro νικήσωσι, de qua contractione vide *Brunck.* ad *Sophocl.* Oed. T. 232. p. 138. *Pierſon* ad *Moer.* p. 124. et collectanea *Fiſcheri* ad *Welleri* Gramm. P. II. p. 357. ſq.

LIII. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 154. St. 224. W. in capite εἰς κυβιστάς. Ineptus luſus, cujus ſenſum lemma a *Brunckio* adſcriptum declarat. Ταβλιάνη. aleae quaſi praeſes et patrona. *Suidas:* Τάβλα, ὄνομα παιδιᾶς. ταύτην ἐφεῦρε Παλαμήδης etc. *Cedrenus* p. 125. οὗτός ἐστιν ὁ Παλαμήδης, ὁ καὶ τὴν ταύλαν ἐφευρών. Huic ludo qui operam dabant, ταβλίζειν ſive ταυλίζειν (de permutatione literarum υ et β vide *T. H.* ad *Pollux.* X. 131. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 45.) dicebantur. Cf. *Interpp. Heſychii* in ταυλαίς et ταυλοί. *Tabulis ludere* pro *calculis*, illuſtravit *Salmaſius* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 851.

LIV. Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 154. St. 225. W. Hujus diſtichi acumen vertitur in amphibolia locutionis κακῶς με λέγεις, quae h. l. de comoedo, *Menandri* verſus in ſcena male pronuntiante, accipienda eſt. Hoc flagitium Menander ei per quietem exprobrat.

¶. 419.] *LV.* Vat. Cod. p. 556. *Palladae* inſcribit; in Planud. p. 156. St. 227. W. *Agathiae* tribuitur. Pater et filius, tanquam certamine inito, omnia ſua bona deglutiverant, ita ut nihil illis ſupereſſet, niſi ut ſe invicem devorarent. — V. 2. φάγῃ. Vat. Cod. κλέψον φαγεῖν. Iis, quae obiter laudavimus ad Ep. XXXII. adde *Hegeſandrum* ſive potius *Hegeſippum* ap. *Athen.* L. VII. p. 290. E. Πολλοὺς ἐγὼ οἶδα τῶν καθημένων, οἳ κατεβεβρώκασ' ἔνεκ' ἐμοῦ τὰς οὐσίας. *Catull.* XXIX. 22. *aut quid hic poteſt, niſi uncta devorare patrimonia?* *Cicero* Or. pro Dom. c. 23. *quum poſt meum diſceſſum omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus, ac terrar-*

charum et regum bona ſpe et avaritia devoraſſes. Vide *Corſe* ad *Salluſt.* p. 1068.

LVI. Vat. Cod. p. 553. ſine auctoris nomine, quod addit Planud. p. 160. St. 232. W. In Silvanum vino et ſomno unice deditum. — V. 2. φίλου. Vat. Cod. — V. 3. ἰύβδοος. poſtquam ſurrexit, vinum, *ad ejus animum defluens*, illum mulcet et oblectat. Huc facit vinoſi hominis ex *Lyconis* oratione deſcriptio ap. *Rutilium Lupum* VII. p. 105. *protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in triclinium trahitur. Ibi praeſto ſunt quotidiani pauci eodem* (fort. *paraſiti, eodemque*) *ſtudio excitati convivae.* et paulo poſt p. 112. *noviſſime ſolus in triclinio relictus, non prius poculum ex manibus emittit, quam ſomnus oppreſſit bibentem, ac diſſolutis artubus, ipſum poculum ſuapte natura dormienti excidit.* — V. 4. ἐς ϑαλάμους. Vat. Cod.

LVII. Bis legitur in membran. Vat. p. 541. et 568. Plan. p. 162. St. 334. W. Conf. *Lucill.* Ep. LXXXII. Qui hîc Memphis appellatur, in Vat. Cod. loco ſec. πέτρος eſt. *Auſonius*, qui hoc diſtichon vertit, eundem in *Simium* vertit, Ep. LXXXV.:

Daphnen et Nioben ſaltavit Simius idem;
Ligneus ut Daphne, ſaxeus ut Niobe.

LVIII. Vat. Cod. p. 547. Plan. p. 166. St. 242. W. In doctrinae oſtentatorem, hominem vanum et indoctum, qui inter Grammaticos philoſophiam, inter philoſophos grammaticam profitebatur. — V. 2. τί βεβϑύῃ. Quid te in tanta rerum ignorantia tam ſuperbum geris? Verbum βεβϑύεσϑαι, Sophiſtis iſtorum temporum perquam familiare, illuſtravit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 368. attigit etiam *D. Ruhnken.* ad *Tim.* p. 64. — V. 3. γραμματικοῖς ὁ πλ. Vulgo et in Vat. Cod. Vel ſic emendandum, ut *Br.* fecit, vel γραμματικοῖσι ſcribendum. — V. 4. ζητεῖ. Vat. Cod.

LIX. Vat. Cod. p. 556. „Diſtichon hoc, quod „vulgo tribus ſuperioribus adhaeret, in Codd. etiam „Planudeae ab illis ſeparatum eſt, immo longo diſſitum „intervallo, multis interjectis, ut in Vat. Cod. In Flor. „editione a ſuperiore diſtinctum eſt.“ *Br.* — V. 2. οὐδὲν ἄχεις ἴδιον. nihil tibi proprium et peculiare reddidiſti.

¶. 420.] *LX.* Vat. Cod. p. 546. auctoritate *Palladae* tribuitur; ἄδηλον eſt in Plan. p. 165. St. 240. W. Scriptum in jambographum, qui mordaces ſuos verſus magna pecunia vendebat.

LXI. In Vat. Cod. deſideratur. Plan. p. 376. St. 514. W. In Geſſium, rhetorem, ut videtur, ſed tam taciturnum et verborum egentem, ut lapis potius quam homo eſſe videretur. Jam Phoebum P. rogat, ut hunc lapidem conſpicatus, oraculo edat, cujusnam ſit ſtatua, et quem repraeſentet.

LXII. Bis eſt in Vat. Cod. p. 314. ſq. et p. 544. Plan. p. 181. St. 265. W. Hoc Epigramma et ſequentia usque ad LXVIII. ſcripta ſunt in Geſſium quendam, qui vanis hariolorum promiſſis adductus ad conſulatum adſpiraverat. Qua de ſpe, quam temere animo conceperat, miſere dejectum *Palladas* acriter perſtringit. De Geſſio ipſo non ſatis conſtat. *Opſopoeus* quidem eundem eſſe putat, quem *Suidas* T. I. p. 478. eximium medicum fuiſſe et ad honores perveniſſe narrat. Verum is Zenone imperante floruit, quem conſtat regnaſſe inde ab anno 474 – 491. *Palladas* autem exeunte ſeculo quarto, quinto ineunte ſcripſit. — V. 1. ὁ σοφώτερος. Vat. Cod. loco ſec. Flor. pr. et Ald. 1. σοφώτατος. Vat. loco pr. et Ald. 2. 3. Solonem interpretantur, quem τὸν τῶν ἑπτὰ σοφῶν σοφώτατον vocat *Plato* in Timaeo p. 20. D. T. IX. p. 287. ed. Bip. Chiloni idem adagium tribuunt alii. Cf. *Plinium* H. N. VII. 32. p. 393. et, qui ſcriptorum in hoc aliisque dictis diverſis auctoribus tri-

buendis discrepantiam perſequitur, *Clem. Alex.* Strom. L. I. p. 351. 20. — V. 2. ταῦτ' Vat. Cod. loco ſec. — V. 3. More ſuo *Palladas* ſyllabas aucupans ludit in ἀθέμιτος et ἀλογώτατον, quorum illud *eruditum* ſignificat (vide *Pierſon.* ad *Moer.* p. 249. et *Weſtſten.* ad N. T. II. p. 578.) et hominem prudentem. — οὐρανίη ἄνοδος, ampliſſimi honores. Auguſti amicos *Deos prope attingere* dicebant Romani ap. *Horat.* II. Serm. VI. 52. et ſumma dignitate fungentes *Attingunt ſolium Jovis et coeleſtia tentant*, ibid. I. Epiſt. XVII. 34. *Themiſtius* ſupra p. 404. ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος, de philoſophi dignitate. — V. 5. Πήγασος. *exemplum grave praebet ales Pegaſus, terrenum equitem gravatus Bellerophontem, Semper ut te digna ſequare, et ultra Quam licet ſperare nefas putando Disparem vites. Horat.* IV. Carm. XI. 26–32. Fabulam de Bellerophonte noſter de aſtrologiae ſtudio interpretatur, quod Geſſius aſtrologorum commentis deceptus fuerat. Praeivit ei auctor opuſculi inter Lucianea de Aſtrolog. §. 13. T. V. p. 222. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντου τοιάδε φρονέω. πτηνὸν μέν οἱ γενέσθαι ἵππον οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν ταύτην τὴν σοφίην μεθέποντα, ὑψηλά τε φρονέοντα, καὶ ἄστροισι ὁμιλέοντα, ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῷ ἵππῳ ἀναβῆναι. — κανόνες ἀστρόθετοι. leges et normae, quibus conſtellationes dijudicantur. — V. 7. ἵππον ἔχων. equeſtris ordinis homo. In ſqq. alliterationem in χέσειν et γέσσιον recte notavit *Opſopoeus.* εὔτονον ἦτορ de fortitudine illuſtravit *Weſtſten.* ad Luc. c. XXIII. 10.

LXIII. Vat. Cod. p. 315. et iterum p. 544. Plan. p. 181. St. 265. W. »Huic Epigrammati in Planudea »ſubjungitur diſtichon, quod Vat. membr. ad finem »Ep. LXV. reponit, quo revera pertinet.« *Br.* Vide not. ad Ep. LXV. Geſſii exemplum hominibus proponit, ne conditionis ſuae humilitatis obliti, divinos honores appetant. — V. 1. μηδεὶς ζητήσῃ — θεὸς εἶναι. *Pindari* ſententia, victorem monentis, μὴ μαινέσθω θεὸς γενέσθαι.

Olymp. V. 56. ubi ſimilia comparavit *Heynius*. Huc referenda vox illa Laconis, *qui, cum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duo filios victores Olympiae vidiſſet, acceſſit ad ſenem et gratulatus, Morere, Diagora, inquit, non enim in coelum adſcenſurus es.* ut eſt ap. *Ciceron.* Tuſc. Qu. L. I. 46. — V. 2. ἀρχὴν μεγάλην. Vat. Cod. utroque loco; quod non temere ſpernendum. — V. 4. θνητοῖς — ἀναεχόμενος. Vat. Cod. μηδὲν Pian. — Ixion apud deos γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μακρὸν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον. *Pindar.* Pyth. II. 47. Idem Olymp. I. 87. de Tantalo: ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. — κατηνέχθη ἁπαρθείς. *Lucian.* de Aſtrol. §. 15. p. 222. ἐς πόλεμον ἀερθεὶς τῷ νῷ, ἐξέπεσε τῆς ἀληθείης — καὶ ἐς πέλαγος κατηγέχθη.

LXIV. Vat. Cod. p. 315. et iterum p. 544. Plan. p. 181. St. 265. W. Geſſii cum Baucalo quodam ap. inferos colloquium. — V. 2. χωλεύοντα. Vat. Cod. loco ſec. Claudum fuiſſe Geſſium, intelligitur etiam ex Ep. LXVII. Tum vero magis claudicabat ab ingenti illo caſu, quem de ſpe ſua dejectus fecerat. Obverſabatur *Palladae* hiſtoria de Bellerophonte (ut Ep. LXII.), de quo haec ſunt *Scholiaſtae* ad *Pindar.* Ol. XIII. 130. φασὶ γάρ, ὅτε βουληθεὶς πρὸς οὐρανὸν ἀναπτῆναι σὺν τῷ Πηγάσῳ, ἐξοιστρωθέντος τοῦ ἵππου παρὰ τοῦ Διός, πίπτει καὶ χωλεύεται — καὶ ἐπλανᾶτο κατὰ τὸ Ἀλήϊον χωλός. — V. 3. δόμον ἅιδος εἴσω. Vat. Cod. loco pr. — V. 4. κενοτάφῳ. Vat. Cod. loco pr. eamque lectionem aſſenſu ſuo probavit *Salmaſ.* in not. mſc. Vox κενοτάφιον ſive κενοτάφειον h. l. non vulgari ſignificatione de ſepulcri imagine accipienda videtur, ſed eâ, qua *pupam* notat, cadaveris loco in feretro poſitam, cujusmodi κενοτάφιον Davidi ſubjecit Michal, I. Sam. XIX. 13. 16. Vide *Alberti* ad *Heſych.* in κενοτάφια T. II. p. 109. Ejusmodi μορφώματι cum juſta non fiant, Geſſio autem, capitis, ut videtur, damnato, poſtquam

ſibi ipſe mortem conſciverat, ſupremi honores habiti non eſſent, Baucalus illum σχήματι καινοτάφῳ deſcendiſſe ait. — ¶. 421.] V. 5. προσφώνει. eſt ex Planud. In Vat. Cod. loco pr. προσέφη καὶ Γ. altero προσέφη Γ. — V. 6. τὸ στρῆνος. *Heſychius*: στρηνιῶντες· ὀκνοῦντες δὲ καὶ τὸ διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν καὶ βαρέως φέρειν. Per τρυφᾶν interpretatur, et novae comoediae peculiare eſſe contendit *Phrynichus* p. 168.

LXV. Vat. Cod. p. 315. integrum; prius tantum diſtichon p. 545. Loco priore hoc lemma adſcriptum: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτὸν Γέσσιον· οὗτος ὁ Γέσσιος ἄρχων ἦν ἐν μέρει τινὶ Ἀλεξανδρείας. Plan. p. 181. St. 265. W. prius diſtichon exhibet. — V. 1. οἱ δύο Καλχ. Duo harioli ſive aſtrologi, qui Geſſio conſulatum promiſerant. Vide ad Ep. LXII. — V. 3. 4. In Planud. hoc diſtichon legitur junctum Epigrammati LXIII. et ſic etiam in Vat. Cod. p. 544. — αὐτοχόλωτον. Qui *ſuapte ſponte iracundum* interpretantur, contextum non ſatis perpenderunt. Sunt potius homines ſibi ipſi infeſti, ſua ſtultitia nimirum in mala et praecipitia acti.

LXVI. Vat. Cod. p. 315. et 545. Plan. p. 181. St. 265. W. — Vana oracula, quibus Geſſius deceptus fuit, τὴν Ἀμμωνιακὴν ἀπάτην cum *Palladas* vocet, ſuſpicari licet, Geſſium praeter alios etiam Jovis Ammonis ſacerdotes conſuluiſſe. — V. 2. τοῦ ξενικοῦ θαν. ſive in *terra peregrina* illatam mortem (cf. Ep. LXVII.), ſive *odioſam* ſignificat. De hac ſignificatione vocabuli ξενικὸς vid. *Caſaubon.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 827. — V. 3. ἴδιαν. Vat. Cod. loco ſec. τότ' ἐμέμψατο. Vat. Cod. loco pr. — τὸ μάθημα. aſtrologiam. — V. 4. πευθομένους &. κλόγοις. Vat. Cod. loco pr. κλόγοις eſt etiam in Plan. idque verius puto propter alliterationem a *Palladà* ſtudioſe quaeſitam. Cl. editoris lectio petita eſt ex Vat. Cod. loco ſec.

LXVII. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 210. St. 306. W. Iter inſtituerat Geſſius, honoris illius, quem ſpe et ami-

mo conceperat, appetendi causa. Sed hoc ipsum iter ei perniciem attulit. — V. 3. Μοιρέων. quasi sibi fatum etiam invitis Parcis acceleraſſet: verba sunt *Hueſii* p. 21. — V. 4. ἦε. Plan. quod etiam probum. — ἐξεκόπης. deletus, quasi excisus et exemtus est e vita. ὁ τοὺς τυφαννουμένους ἐκκόπτων. *Lucian.* T. IV. p. 311.

LXVIII. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 210. St. 306. W. De voluntaria Gessii morte.

LXIX. Cod. Vat. p. 502. Plan. p. 50, St. 72. W. Inter magnas gravesque Graeciae calamitates scriptum videtur. — V. 1. μήπεν. Vulgo. ἆρα μή. Vat. Cod. et τὸ δοκεῖν. Nondum licet mortui, nonnisi opinione tamen vivimus. Somnium est, quod vivimus; nam vita periit. ὄνειρον de vana specie, ipsi rei oppositа. Vide ad Ep. XLVII. 3. *Maxim. Tyr.* XVI. 1. p. 286. ὁ ἐν γῇ βίος παῖς τῶν ἐνθρώπων ψυχαῖς ὀνείρατι ἔοικε μακρῷ καὶ πολυετεῖ. — ἐνύπνιον γάρ τι ἐστὶν ἀτεχνῶς οὗτος ὁ δεῦρο βίος. — Verba sic jungenda: ἔζωμεν ὄνειρον, ὃν βίον εἶναι εἰκάζομεν. Sed parum commodum tempus imperfectum in ἔζωμεν, quod *Br.* in textum intulit, pro εἰ ζῶμεν Vat. Cod. et Planud. Quare vide, an scribendum sit:

ὄνειρον εἰκάζοντες εἶναι τὸν βίον·
οὐ ζῶμεν ἡμεῖς, τοῦ βίου τεθνηκότος.

ubi participium εἰκάζοντες a verbo v. 1. ζῶμεν pendet, sicuti τεθνηκότες. Quod revera somnium est, nos temere pro vita habemus; nec sane vivimus, vitâ ipsâ mortuâ. Simile oxymoron, sed longe magis sobrium et sanum, in *Euripid.* Alcest. v. 805. ubi Hercules tristium hominum βίον, ἀληθῶς οὐ βίον, ἀλλὰ συμφορὰν – esse pronuntiat. *Martial.* L. VI. 70. *Non est vivere, sed valere, vita.* Cf. not. ad *Antiphanis* Ep. III. T. II. P. II. p. 121.

¶. 422.] *LXX.* Vat. Cod. p. 503. Plan. p. 115. St. 167. W. *Stob.* T. XXXVIII. p. 221. Gesn. 153. Grot. In verbis planissimis contextum sententiarum non peni-

tus perſpicio. Etiam hoc Ep. Graecorum calamitates deplorat, quas *Palladas* ab invidorum machinationibus derivare videtur. — V. 2. Pro τις, γὰρ a Cod. oblatum non repudiarem: Heu, quanta eſt invidiae malitia! *nam*, quem dii amant, eum invidus odit; eo usque amentiae invidiâ progredimur! — V. 5. ἐστοδωμένοι. in cinerem et pulverem redacti. *Schol.* in marg. Wechel. vitioſe: εἰς οὐδὲν ἤδη ὄντες, ἠφανισμένοι, ἀπὸ τῆς σποδῆς. Lege: ὡς οὐδὲν — σποδοῦ. — τεθαμμένων tacite in textum admiſit cl. editor, pro τεθαμμένας, quae eſt Plan. et Vat. Cod. lectio. τεθαμμένοι νεκροὶ comparandi *Manibus ſepultis Virgil.* Aen. IV. 34. Sed novator *Palladas* τεθαμμένας ἐλπίδας ſcripſiſſe videtur: *ſpes ſimul cum corpore ſepultas*. h. e. non magis nobis ſperare licet, quam iis, qui nihil omnino ſperant, defunctis. — V. 7. ἀνεστρέφη. Ep. LXXIII. ἀνεστρέφησαν, ὡς ἐρῶ, τὰ πράγματα. Proſpera ſcil. fortuna progredi, adverſa retro ire videtur. Hinc *Virgil.* II. 159. *Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri Spes Danaûm.* et multi alii, quos vide ap. *Mitſcherl.* ad *Horat.* L. III. Od. X. 10. p. 130.

LXXI. Vat. Cod. p. 503. Planud. l. c. *Stob.* l. c. — Invidorum inſaniam exagitat. — V. 3. κορύσσεται. manifeſte cum deo pugnat, cum eos infeſtet, quos ille amat, et beneficiis ornat.

LXXII. Vat. Cod. p. 385. Plan. p. 111. St. 161. W. Epigrammatis hujus et trium ſequentium argumentum videtur petitum ex templo Fortunae, quod vetuſtate collapſum in cauponam mutatum eſt. Verba ſunt *Hueſii* p. 13. cum quo conſpirat *Salmaſius* in not. mſc. — V. 1. καπηλεύουσα τὸν βίον. nundinationem rerum humanarum exercens. Sic *Philoſtrat.* Vit. Apoll. V. 36. p. 221. ἐκαπήλευε τὰς δίκας dixit; et λόγον καπηλεύειν plures, quos vide ap. *Spanh.* ad *Juliani* Or. I. p. 141. et *Valcken.* in Annot. crit. ad loca quaedam N. T. p. 409. ſqq.

— V. 2. *ἀσυγκίρατον*, *συγκυκᾷν* et *μετακυλίειν* vocabula ſunt *κακηλικά*, quae P. ſtudioſe de Fortuna, in copam mutata, uſurpavit. *ἀσυγκίρατος*, ſi recte intelligo, h. l. idem eſt, quod *ἄμικτος*, ſaevamque Fortunae indolem notat; *τὸ συγκυκᾷν* autem ad turbas, quas efficit, tempeſtatesque, quas in hoc, quod navigamus, mari excitat, referendum eſt. Hac imagine utitur *Clitomachus* ap. *Stob.* T. CIII. p. 560. 17. *τοῖς εὖ πάσχουσιν ἀντικρούεται ἡ τύχη, Ἅπαντα συγχεῖ, πάντα ταράττειν ποιεῖ.* — V. 4. *αὐτή*. Vulgo.

LXXIII. Vat. Cod. p. 385. Plan. l. c. Omnia converſa et ipſam Fortunam infortunatam eſſe pronuntiat.

LXXIV. Vat. Cod. p. 385. Plan. l. c. Jam ipſam Fortunam mala illa experiri, quae aliis infligere ſit ſolita. Idem color in Ep. *Meleagri* XLII. in Amorem amantem: *ὡς μάλις, οἵ' ἔδρας πρόσθε, παθὼν ἔμαθες.* ubi vide not. p. 61. — ¶. 423.] V. 3. *ῥεύματα*. viciſſitudines, quas in vita mortalium efficis. Saepe hoc vocabulo de Fortuna utitur *Palladas* Ep. CXVII. CXIX. CXXI. praeeunte *Menandro* ap. *Stob.* T. CIII. p. 560. 17. *τὸ τῆς τύχης γὰρ ῥεῦμα μεταπίπτει ταχύ.* *Plutarch.* T. II. p. 167. F. *τὰ δὲ ἀνθρώπινα πάθη καὶ πράγματα μέμικται συντυχίαις ἄλλοτε ἄλλως ῥεούσαις.* Apud eundem p. 168. B. *ῥεῦμα δαιμόνων ἄγης impetum* infortunii ſignificat. Cf. *Mitſcherlich.* ad *Horat.* II. p. 287. — *διδάσκου* eſt in Plan. *δίδαξον* in Vat. Cod. quod in

δίδαξο

mutandum videtur. — V. 4. *τὰς ἀκοντοχείρας*. Vat. Cod. — *πτώσεις*. Cf. Ep. XLII. 8.

LXXV. Vat. Cod. p. 385. Plan. l. c. — V. 2. *μὴ δέ*. Vett. edd. ante Steph. — V. 4. *θερμοδότης*. calidam vendens, pro *copa*; vino enim calidam admiſcebant veteres. *Pollux* IX. 69. *Athen.* L. III. p. 123. Hinc *thermopolium*, ubi calda venalis erat, et *thermopotare* ap. *Plautum* in Trinumm. IV. Act. III. 6. *Ecce, hominem,*

te, Staſime, nihili! ſatin' in thermopolio Condalium es oblitus, poſtquam thermopotaſti gutturem. ubi *Taubmannus* multa laudavit. adde *A. Schottum* in Obſſ. Phil. L. V. 28. p. 240. Temere Anonym. Bibl. Bodl. δεσμοδότης corrigendum putabat. — V. 5. σθένε vitioſe exſcriptum in Analect. et Ed. Lipſ. pro στένε. — V. 6. μετάγουσα. i. e. ἀλλάσσουσα.

LXXVI. Vat. Cod. p. 504. Plan. p. 107. St. 157. W. Imperiti hominis eſſe tacere, ut tacendo ſaltem videatur prudens. — πάθος. verba inepta et ſtolida, quae, ut turpem aliquem morbum, celare prodeſt. Huc facit dictum *Apollonii* ap. *Stob.* T. XXXIII. p. 214. 29. παντελῶς γὰρ ἀπαιδεύτου τινός ἐστι τὸ μὴ δύνασθαι σιωπᾷν, ἀλλ' ἀκαλλεῖν τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα.

LXXVII. Cod. Vat. p. 496. Plan. l. c. Silentium commendatur Pythagorae exemplo, qui diſcipulos tacere docuerit. Argute *Philoſtratus* Pythagoram διδάσκαλον εὑρεῖν σιωπῆς λόγον dixit in Vit. Apollon. VI. 11. p. 245. — V. 3. „ἑτέρους. Sic libri; at ſcribendum „videtur ἑτάρους. *ſocios. diſcipulos.* Vide Suidam in „ἑταῖρε.“ *Br.* — φάρμακον ἡσυχίης. efficaciſſimum ad tranquillitatem remedium invenit. Ap. *Lucian.* in Vit. Auct. §. 3. T. III. p. 83. Pythagoras hanc diſciplinae ſuae rationem reddit: Τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίᾳ μακρῇ, καὶ ἀφωνίᾳ, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν. — In fine vulgo εὐρέμενος, in Cod. Vat. εὑρόμενος legitur. Vulgata forma rarior et exquiſitior.

LXXVIII. Vat. Cod. p. 547. Plan. p. 182. St. 266. W. ubi hoc diſtichon cum quinque ſequentibus continua ſerie eodemque ordine legitur.

LXXIX. Ad rhetorem fortaſſe; fortaſſe ad homines in univerſum. — χαμαὶ τίθη. de ſepultura accipiendum. Male *Brodaeus: ſummiſſe te gere.* — μελέτα. Vita mortis meditatio eſſe debet. Anima ſecundum *Platon.*

in Phaedone p. 80. E. corporeis vinculis ſoluta, ſeſe colligit, ἅτε μελετῶσα ἀεὶ τοῦτο. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστιν ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα, καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥᾳδίως· ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη μελέτη θανάτου; Ibid. p. 67. E. οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστ' αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν.

¶. 424.] *LXXX.* Contra ſuperbos et arrogantes. Se ne lucem quidem deſideraturum eſſe, poëta ait, ſi Sol, luminis fons, ſeſe ſuperbum gerat.

LXXXI. Cf. *Theognid.* v. 521. ſqq. Similiter in re ludicra *Ovidius* II. A. A. 277. *Aurea nunc vere ſunt ſecula: plurimus auro Venit honos: auro conciliatur amor. Ipſe licet Muſis venias comitatus, Homere; Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.* — καὶ αὐτός. Vat. Cod.

LXXXII. Paupertatem non eſſe flagitium. τί πάθω; Vide ad *Lucillii* Ep. LIII. T. II. P. II. p. 475. Ad ſenſum facit *Heſiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 717. μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 552. Plan. p. 182. St. 266. W. — ὁ δὲ ψόγος. *Obſequium amicos, veritas odium parit. Terent.* Andr. I. 1. 41. — »κακῶς. ſic omnino »ſcribendum, ut ex ſenſu manifeſtum eſt: et ſic legitur »in codd. et duabus primariis edd. Aldus in ſec. καλῶς, »quam lectionem ab aliis ſpretam revocavit perperam »Stephan.« *Br.* Nihil hominibus dulcius, quam aliis maledicere. Mel Atticum omnium praeſtantiſſimum. Similis comparatio ap. *Theocritum* Eid. III. 53. χεισεῦμαι δὲ πεσὼν καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδοντες. Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο. *Hoc juvat et melli eſt. Horat.* II. Serm. VI. 32.

LXXXIV. Cod. Vat. p. 561. Plan. p. 189. St. 275. W. Ludit in μοναχοὶ et μόνους. — V. 1. τόσοι δέ τε. Vulgo. In Ed. pr. et Ald. 1. τόσον δέ τε. Noſtrum eſt in membr. Vat. ubi et πάλιν, et v. 2. πληθοὺς legitur. Ad rem

rem comparandum Epigr. *Gregor. Naz.* CCXII. *Murat.* Anecd. p. 197.

LXXXV. Vat. Cod. p. 554. Plan. p. 182. St. 266. W. Hiſtoria de homine quodam, cui poëta coenaculum in domo ſua locaverat. — V. 1. πτισάνην. κριθῆς ἀφλοίου χυλόν, ut explicatur ap. *Athen.* L. X. p. 455. E. Vide *Caſaubon.* p. 768. 63. et *Foeſium* in Oecon. Hipp. v. — πέλλιον. Vocem ſemibarbaram fuſe illuſtratam vide ap. *Du Cange.* — V. 3. σὺ τίς εἶ; Vide ad *Juliani Imper.* Ep. I. — V. 5. ψύττα. ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται. *Heſych.* ubi *D. Heinſius* noſtri verſus meminit. *Lucian* Epiſt. Saturn. 35. T. III. p. 415. καὶ ὄρνις ψύτταν κατατείνασα — παρ' αὐτοὺς τοὺς πένητας ἐκπετήσονται. Lexiphan. §. 3. p. 79. ἀγρόνδε ψχόμην ψύτταν κατατείνας. — V. 6. τὸν πτισάνην. vulgo. πτισάναν. Vat. Cod. quod *Br.* accentu mutato recepit. Nec *priſanarum pugil* mihi placet, nec forma dorica communibus immixta; niſi forte ſubſtantivum fuit πτισανᾶς, *ptiſanae venditor.* Haeſit in his *Joſ. Scaliger*, qui πτιστὴν emendavit, quod propter alliterationem inprimis videtur amplectendum. Ut πτισάνη a πτίσσειν derivatur, ſic ab eodem vocabulo πτιστὴς deſcendit, *hordeum tundens et pinſens.* — V. 7. αὐτοῖς. Vat. Cod. — ¶. 425.] V. 9. πύκτης χόλος. rabies illa, qua incenſus pugnis in me furis. πύκτης adjective eſt poſitum; qualia multa ap. poëtas inprimis occurrunt. Vide *Alberti* ad *Heſych.* T. I. p. 143. nr. 1. *Abreſch.* Anim. in Aeſch. T. II. p. 71. — V. 10. μηνὸς ἑκ. Non potero ſingulis calendis de mercede tecum digladiari. Quovis menſe debitores debitam pecuniam repraeſentare debebant.

LXXXVI. Vat. Cod. p. 545. Plan. p. 184. St. 269. W. Stob. Tit. X. p. 128. 5. Gesn. 71. Gr. Hoc et ſq. epigramma ſcriptum in foeneratorem ſubita morte exſtinctum. — V. 2. τῶν χρόνων τόκους, foenus, temporis progreſſu exortum, auctum. τόκους γλύφειν dicuntur

foeneratores, qui pecuniam in tabulas referunt, ſtilo imprimunt. Hinc τοκογλύφοι vocantur. *Plutarch.* T. II. p. 18. E. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 102. et quae notavimus ad *Philodemi* Ep. XXXII. T. II. P. I. p. 245. — V. 3. εὐρώπης κ. Vat. Cod. — V. 4. ἀφίγγων. quia digiti in computando *curvantur*, ἀφίγγονται. Noſtrum locum, de arte veterum per digitos computandi agens, illuſtravit *Wouver.* de Polymath. VII. 48. comparato inter alia *Apoll. Sidon.* L. IX. 9. p. 552. *Chryſippus digitis propter numerorum indicia conſtrictis.* ubi vide *Savaron. Martian. Capell.* de Nupt. Phil. L. VII. *Septingentos decem et ſeptem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem ſalutabunda ſubrexit.* Hinc Auctor Ep. ἀδησπ. CCCCXXXVII. foeneratorum calculos ψῆφον δακτυλοκαμψόδυνον appellavit; quem locum apte comparavit *Berglerus* ad *Alciphr.* L. I. p. 108. ubi adde *Plutarch.* T. II. p. 141. δεῖ μὴ τοῖς ὄμμασι γαμεῖν, μηδὲ τοῖς δακτύλοις, ἅπερ ἔνιοι ψηφίσαντες, πόσα φέρουσαν λαμβάνουσιν, οὐ κρίναντες, πῶς συμβιωσομένην.

LXXXVII. Vat. Cod. p. 546. Plan. l. c. Ludit *Palladas* in duplici ſignificatione vocabuli ψῆφος, quod priore loco de calculo in computationibus adhibito, altero de calculo in ſuffragiis ſumitur. — V. 1. πέρι ſcribendum puto, verbis ſic junctis: ἔχων τις τὰ δάκτυλα χειρῶν περὶ τὴν δακτυλικὴν ψῆφον. *Foenerator manus in calculis ponendis occupatus.* — V. 2. προὔλαβεν εἰς Ἅ. ut Ep. LXVIII. Sed h. l. eſt ſimpliciter *abiit, deſcendit ad inferos*; illo *antecedendi* ſignificationem habet. — V. 3. ζῇ ἡ ψῆφος. valet illud ſuffragium. Etiam h. l. ψῆφος ambigue dictum. In fine verſus pro ἔταιρη Vat. Cod. ἐρήμη exhibet. Utrumque elegans, ſed Vat. membr. lectio contextui videtur nonnihil accommodatior. Calculus ſupervixit computanti et nunc eſt ſine eo (ἐρήμη), poſtquam rapax et avara foeneratoris anima hinc abacta eſt.

LXXXVIII. Vat. Cod. p. 543. ſine auctoris nomine, quod Planudea ſupplet p. 189. St. 276. W. In

hominem claudum et ineptum. — V. 2. *ἰλιάνας*. Vat. Cod. et in fine *ἔξω φέρει*.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 547. Plan. l. c. Ad fabrum claudicantem, qui formoſam uxorem et pulchrum filium habens, ex omni parte Vulcano erat ſimilis.

XC. Vat. Cod. p. 547. Plan. p. 129. St. 186. W. In hominem glorioſum et meticuloſum, qui alios vitia, quibus laborabat, celare non poterat. — V. 3. *οὐδὲν φαίνει*. Vat. Cod. — V. 5. Tu animae quaſi januam aperis, per quam ignavia tua et jactantia omnibus appareat. Ducta haec videri poſſunt ex *Luciano* in Hermot. §. 20. T. IV. p. 26. ubi, homine facto, Vulcanum reprehendiſſe dicitur Momus, *ὅτι μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ κατὰ τὸ στέρνον, ὡς ἀναπεταννύειν γνώριμα γίγνεσθαι ἅπασιν, ἃ βούλεται καὶ ἐκείνοις*.

¶. 426.] *XCI.* Vat. Cod. p. 553. ſq. Plan. p. 132. St. 191. W. Ad aſtronomos, qui, dum coeli immenſitatem metiri conantur, ne corpus quidem ſuum penitus cognoſcunt. Totum carminis acumen vertitur in verborum luſibus et alliterationibus. Sequitur in eo ſententiam Socratis in *Xenoph.* Memor. IV. 7. 5. — V. 1. *κόσμου*. *Te maris et terrae numeroque carentis arenae menſorem. Horat.* I. Carm. XXVIII. 1. — V. 3. *ἀριθμησον σεαυτόν*. te ipſum quaſi in numerato habeas, omnia tua accurate noſcas. — V. 4. *οὐ καταριθμεῖς*. Plan.

XCII. Vat. Cod. p. 157. *ἀνάθημα Παλλαδὶ πεπαιγμένον*. Plan. p. 443. St. 576. W. Ludit poëta in rarioribus verborum formis, ap. poëtas et grammaticos obviis (cf. *Strabon.* L. VIII. p. 560. A. B.); fortaſſe etiam barbarum nobis militem et balbutientem exhibere voluit, qui verba graeca detruncat et mutilat, Scythae illi ap. *Ariſtophanem* in Theſmophoriazuſis ſimilem. Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 425. In Vat. Cod. adſcriptum ſcholion: *ἤγουν θώρακα καὶ κνημίδα, ἀσπίδα; δόρυ καὶ κράνος*.

Cf. *Eutolmium* Ep. I. Tom. III. p. 8. — Γορδοπριλάριος pro nomine proprio habebat *Brodaeus;* idem tamen ſuſpicabatur γοργονοπριάριος, *ſcutorum emtor*, quia Gorgonis caput in ſcutis ſolebant gerere. Militis officium ſignificari putabam idque ipſum barbare defiguratum. An fuit: Γοργοπριλιάριος, ex πριμικιλάριος contractum, et voce adjecta γοργός, ad hominis jactantiam notandam, auctum? Si ſana eſt lectio, nec in Τιμοθέου vitium haeret — (vett. enim edd. omnes praeter Aſcenſ. et Steph. Τιμοθέω ſive Τιμοθέῳ legunt; poſterius eſt in Vat. Cod, idque expreſſit *Grotius:*

Tib et tho clypeumque ſimul cum caſſide, cum gal,
Gordioprilarius conſecro Timotheo.)

Γορδιοπριλάριος hominis nomen eſt, ridicule a *Pallada* fictum, et ejus quidem *Timothei* cujusdam filii. Sed haec aliis expedienda relinquimus; mihi in *Palladae* nugis diu morari non libet.

XCIII. Vat. Cod. omittit. Plan. p. 357. St. 496. W. *Du Cangius* in CPoli chriſtiana L. II. p. 175. hoc carmen conſcriptum exiſtimat in Victoriarum ſtatuas, quae in Νίκαις, Conſtantinopoli, collocatae fuerint. Merito dubites, an v. ἔγραψεν v. 3. hanc interpretationem admittat. — V. 1. *al* γελῶσα. *Himer.* Or. XIX. 3. p. 716. Νίκη χρυσοπτέρυγε· Νίκη, Διὸς τοῦ μεγάλου παῖ, σύπατέρεια καὶ φιλόγελως. ubi *Wernsdorfius laetam* Horatii *victoriam* minus apte comparavit. — V. 2. „Planudeae codd. male „φιλοχείστῳ, frequenti adeo literarum η et ι permutatio„ne. Chriſtianus non fuit Palladas, nec hic opportuna „chriſtianiſmi mentio.“ *Br. Reiskius*, qui in *Reimari* etiam codice φιλοχείστῳ invenerat, huic lectioni patrocinatur in Notis ad *Conſtantin. Porphyr.* Cerem. p. 1. *Palladam* chriſtianum fuiſſe contendens. Imperatoribus CPolitanis τὸ φιλόχριστον tituli loco tribuebatur; et Italia ἡ φιλόχριστος χώρα eſt in loco ap. *Du Cangium* v. ἔξαρχοι.

CPolis autem prae ceteris ἡ φιλόχριστος πόλις vocari poterat a *Pallada*, ſive chriſtianus hic fuerit, ſive paganus.

XCIV. Plan. p. 332. St. 471. W. In Amorem nudum, manibus delphinum et florem tenentem, quo maris et terrae imperium ſignificaret. Numum cum Amore, Delphino inſidente, flabellumque tenente manu exhibuit *Spanhem.* de Uſu et Praeſt. Num. T. I. p. 228. Cf. *Agoſtini* Gemm. nr. 209. et 210. Ad hoc Epigramma, certe ad imaginem Amoris, in eo deſcriptam, reſpexit *Tzetza* in Chiliadibus, loco a *Broduco* laudato. — V. 1. γυμνός. non armatus, et propterea ridens et miti pectore.

XCV. Vat. Cod. p. 482. *Palladae* vindicat; in Plan. p. 379. St. 517. W. ἀδέσποτον eſt. Argumentum eſt, ut in Ep. ἀδεσπ. CCCCLXXI. quod fortaſſe ejusdem auctoris. — V. 1. ἐποίησε. vulgo. — In fine Vat. Cod. ὅτι δὴ καὶ αὐτὸ φλεγέθει. De τήγανον vide ad *Loll. Baſſum* Ep. III.

¶. 427.] *XCVI.* Vat. Cod. p. 383. Plan. p. 109. St. 159. W. *Stob.* T. V. p. 64. 42. Gesn. 41. Grot. Ventris impudentiam ratione coërcere et caſtigare conatur. — V. 1. νηδὺν ἀναίσχυντον. *Linus* ap. *Stob. Grotii* p. 37. νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς. ut haec emendavit ſimilia comparans *Valcken.* in Diatr. p. 281. ſq. Cf. *Ritterſh.* ad *Oppian.* Cyneg. IV. 99. p. 133. et ad Hal. II. 199. p. 234. — ἔσχυνα. *pudorem et ruborem incutere conor ventri* nimis ineptum videbatur *Joſ. Scaligero*, qui in not. mſc. conjecit ἴσχνηνα. quod quis comparaverit cum *Aeſchyl.* Prometh. Vinct. v. 379. ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ, Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ. Mihi tamen vulgata lectio vera et *Palladae* ingenio digna videtur. — V. 2. ἀργέναον. Vat. Cod. a pr. man. — V. 4. τὴν ὑποτασσομένην. De helluonibus et in libidinem pronis *Clemens Alex.* Paed. L. II. p. 187. 22. καὶ γὰρ οἶν κἂν ταῦτα τὸ λαγνευ-

κὰν ἰδρυτὴ οὐκ ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐντοσθιδίοις πάθεσιν, ἐπιθυμίᾳ τε καὶ θυμῷ δεδουλωμένον.

XCVII. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 109. St. 106. W. *Stob.* T. XVII. p. 154. 15. Gesn. 95. Grot. — V. 2. σύνεκα. Vulgo. σωφροσύνα. Vat. Cod.

XCVIII. Vat. Cod. p. 384. sq. Plan. p. 110. St. 161. W. Amico, a quo ad coenam invitatus fuerat, se excusat. — V. 2. ἀπέχω. honorem aufero, honore mihi destinato fruor. Ep. ἀδεσπ. CCCXC. καὶ Σαλαμὶς ἀπέχει κῶδος ὀφειλόμενον. *Comicus* Incert. in Excerpt. ap. Grot. p. 911. οἱ μνημονεύοντες εὖ παθὼν, φιλεῖς τέ με, Ἀπέχω πάλαι, Φιλῶ σε, παρὰ σοῦ τὴν χάριν. Laudat *Thom. M. Synesium* Ep. XIV. p. 172. C. ἀπέχω τὴν χάριν. — V. 4. αἰσθομένῃ γέγηθον. Vat. Cod. librario ad praecedentem versum oculis aberrante.

XCIX. Vat. Cod. p. 240. in margine, et p. 426. Plan. p. 6. St. 10. W. Historia de muliere Spartana, quae filio e pugna aufugienti mortem intentat. Vide *Tymn.* Ep. IV. Sed multi idem argumentum exornarunt, quos vide in Indice Argumentor. v. *Lacedaemonia.* — V. 1. laudat *Suidas* in ὄψις T. I. p. 548. totum distichon in ἄος T. I. p. 241. — V. 2. 3. excitat idem in ζώων T. II. p. 14. — V. 3. μητρί. Vat. Cod. — V. 4. κρατερῆς. Vat. Cod. utroque loco. Σπάρτης. Ibid. loco sec. — πάτρια θεσμὰ λύεις. quantum in te est, patriae leges solvis et evertis. Leges personatae ap. *Platon.* in Criton. p. 50. A. ad Socratem: τί ἐν νῷ ἔχεις ποιεῖν; ἄλλο τι ἢ τοῦτο τῷ ἔργῳ ᾧ ἐπιχειρεῖς, διαν ἡμῶν τοὺς τε νόμους ἀπολέσαι, καὶ ξύμπασαν τὴν πόλιν, τὸ σὸν μέρος. — V. 5. μήτης. Vat. Cod. — V. 6. σωζομένη. Ibid. Mater quidem infelix vocabor, sed patria mea servata, et ipsa servabor; i. e. ut matrem, infelicem me putabo, ut Spartanam, beatam.

C. Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 17. St. 28. W. *Stob.* T. XCVI. p. 531. 3. Gesn. 431. Grot. Vitam cum scena

comparans lectores monet, ut aut ludere discant, aut veros dolores perferre non recusent. Epigramma nostrum adduxit *Grangaeus* ad *Juvenal.* XIV. 263. *ergo omnia Florae, Et Cereris licet, et Cybeles aulaea relinquas: Tanto majores humani negotia ludi.* in quibus poëtae obversabatur *Horat.* II. Epist. I. 197. sq. Vitam *majorem scenam* appellat *Neoptolemus* Tragicus ap. *Stob.* T. XCVI. p. 532. 28. Comparatio saepius obvia Elegans inprimis locus est *Luciani* in Necyom. §. 16. T. III. p. 19. Icaromen. §. 17. T. VII. p. 26. *Synesius* de Provid. p. 106. Si plura cupis, adi *Gatack.* ad *Antonin.* L. XI. p. 321.

T. III. p. 332.] *Cl*[a]. Vat. Cod. p. 503. *Palladae* tribuit. In Plan. p. 103. St. 152. W. ἄδηλον. Sine auctoris nomine laudatur ap. *Zenob.* Proverb. III. 23. p. 60. διπλοῦς autem ἀνὴρ non sunt, ut *Zenobius* existimabat, τὰ διαλλαβὰ ἀνδρῶν ὀνόματα, sed opponitur τῷ ἁπλῷ, *duplex* simplici. Auctor Rhesi v. 395. φιλῶ λέγειν τ' ἀληθὲς αἰεὶ κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ. Vide inprimis *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 87. et *Bentlej.* ad *Horat.* I. Carm. VI. 7. — V. 2. χρηστὸν λόγοισι. *Jul. Capitol.* in Vit. Pertin. c. 13. *Omnes, qui libere fabulas conferebant, male Pertinaci loquebantur*, Chrestologum *eum appellantes, qui bene loqueretur, et male faceret.* ubi vide *Salmasium* T. I. p. 566. Alia hujus generis, nostro loco non omisso, congessit *Wetsten.* ad dictum Apostoli ad Rom. XVI. 18. διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.

¶. 428.] *Cl*[b]. Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 18. St. 29. W. Fortunam ferendam esse docet. *Stob.* T. XCVI. p. 531. Gesn. 413. Grot. Similia collegit *Gataker.* ad *Anton.* L. III. 4. p. 72. et *Ritterth.* ad *Oppian.* II. Halieut. 8. p. 223. Maxime huc facit *Sophocl.* Oedip. C. v. 1694. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν. τὸ φέρον idem esse, quod ἡ ἀνάγκη, docuit *Fabricius* ad *Dion. Cass.* T. I.

p. 171. ἀλλ' ἀνάγκη τᾶσα ὑπομένειν ἡμᾶς τὰ δοκοῦντα τῷ δαιμονίῳ. τοῦτο δ' ἂν μὲν ἐθελονταὶ ποιῶμεν, οὐ λυπησόμεθα· ἂν δὲ ἀκόντως, οὐδὲ ἀφευξόμεθά τι τῶν πεπρωμένων, καὶ τὸ μέγιστον τῶν κακῶν προσεπικτησόμεθα, τὸ μάτην ἀνιᾶσθαι. qui locus eſt appoſitiſſimus. Cf. *Burgeſſ.* in Append. ad Miſc. crit. *Daweſii* p. 506.

CII. Vat. Cod. p. 502. Plan. l. c. *Stob.* l. c. In *Gratii* editione haec diſticha ſejunctim leguntur. Ad ſenſum facit *Seneca* ad *Polybium* c. 23. *Non vides, qualem vitam nobis rerum natura promiſerit, quae primum naſcentium omen fletum eſſe voluit? Plinius* L. VII. T. I. p. 369. 10. *Hominem tantum nudum et in nuda humo natali die abjicit ad vagitus ſtatim et ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrymas et has protinus vitae principio. Auctor* Axiochi c. 7. p. 97. ed. Cler. ποῖον μέρος τῆς ἡλικίας ἄμοιρον τῶν ἀνιαρῶν; οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον.

CIII. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 17. St. 28. W. *Stob.* p. 530. Gesn. 411. Grot. Similia collegit *Barmannus* ad haec *Propertii* L. III. 3. 35. p. 514.:

Haud ullas portabis opes Acheruntis ad undas:
Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate.

Conf. *Wetſten.* ad N. T. II. p. 349.

CIV. Vat. Cod. p. 499. Plan. l. c. *Stob.* l. c. Vita cum navigatione comparatur; varia quidem in eâ homines fortuna utuntur; ſed omnes ad eundem portum deferuntur. Ex optimis eſt *Palladae* carminibus. In argumenti exornatione multos ſibi praeeuntes habuit, qui dicendi formulas, de re nautica petitas, ad fortunae viciſſitudines ſignificandas transtulerunt. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 87. ſq. Eadem comparatione uſus *Juncus* ap. *Stobaeum* T. CXII. p. 586. fin. librarios ſibi infeſtos expertus eſt. Graviora vitia aliis relinquens tollenda,

unum eximere conabor in verbis: ὁ δ' ἕτερος ἐν μέσῳ τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης διεφθάρη, μὴ ἐλθὼν τὸν προκείμενον αὐτῷ πλοῦν, ὑπὲρ οὗ πολλάκις εὔξατο. Hìc ſi ſcribatur — μηδὲ ἰδὼν τὸ πρ. αὐτῷ τέλος, ſenſus bonus erit. Praeclare *Antonin. Philoſ.* L. III. 3. p. 67. ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης, ἐξῆλθες. — V. 2. „οἰκτότερα. Sic duo regii Planudeae codd. „Scripturam hanc damnat *Jac. Gronov.* ad *Herodot.* „p. 971." *Br.* Vulgo et in membr. Vat. οἰκτρότερα. — V. 3. Τύχην κυβερνήτειραν. Fortunae attributa interpretatus *Dio Chryſoſt.* Or. LXIII. p. 327. *R.* τὸ πηδάλιον, inquit, δηλοῖ, ὅτι κυβερνᾷ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἡ τύχη. Duplex gubernaculum eidem tribuit *Pindarus* ap. *Plutarch.* T. II. p. 318. Ex poëta expreſſa ſunt, quae ſub *Hermolai* ſive *Hermolochi* nomine leguntur ap. *Stobaeum* T. XCVI. p. 532. 11. Θεὸς δὲ πάντας ἐν κινδύνοις θνατοὺς κυβερνᾷ· ἀντιπνέει δὲ πολλάκις δεινή τις αὔρα. — V. 4. πελάγευς. Vulg. — V. 5. εὐπλοίην. Vat. Cod.

CV. Cod. Vat. p. 358. ad *Palladam* refert; ἄδηλον eſt in Plan. p. 27. St. 42. W. ubì ineptum lemma, εἰς ἀνάδενδράδα, optime emendavit *Joſ. Scaliger*, εἰς ἀχράδα, ut recte legitur in membr. Vat. ad praecedens *Cyllenii* Ep. I. T. II. p. 282. quod conferendum. — V. 1. ὄχνη — ἥ μὲν Vat. Cod. ἥ μὲν Plan. — V. 2. φλοιῷ φλοιὸν Plan. quod verum puto; nam in inſitione ſurculus arbori ita inſeritur, ut cortex corticem arctiſſime tangat. Vat. membr. φύλλον pro φλοιὸν habet, quae non diverſa eſt lectio, ſed ſcribentis error ex prava pronuntiatione ortus. — πτόρθος in proximis emendavit *Hueſius* p. 6. pro vulgato πτόρθον. — V. 3. βιζώθη· ὁ δὲ τομὴ κ. quod fane expeditius eſt Bruncktana lectione, partim ex membr. Vat. petita: βιζωθεὶς δένδρου τομὴ καὶ κ. ἄμειψας. Noſtra lectio ſic explicanda: ſurculus, radicibus in pyri ſylveſtris cortice actis, etiam fructus hujus arboris immutavit, ἔδακε τῇ τομῇ τοῦ δένδρου ἄλλον καρπόν. — V. 4. ὄχνη. Vat. Cod.

¶. 429.] *CVI.* Vat. Cod. p. 358. Edidit *Jenſius* nr. 45. *Reisk.* Anthol. nr. 695. p. 132. cujus prudentiam in vitiis Vat. Cod. non attingendis imitari ſatius erat, quam novum verſum procudere, ut fecit cl. editor, apographi ſui interpolata lectione in errorem inductus. Membranae ſic habent: Ἀχερὰς ἦν σὸ χερσὶ μυρίπνοον ὄχνην ἔθηκας. Δένδρῳ πτόρθον ἐρεῖς σὴν χάριν ε. σ. φ. In marg. ap. Guyeti *Salmaſius* emendavit: ἀχερὰς ἔην, ὄγχνην σὸ χερσὶ μυρίπνοον ἧκα. *Reiskius* ἀχεράδος (cum δένδρῳ jungendum) ſuſpicabatur; et in v. 2. πτόρθος ἐρεῖ, reliqua non expediens. Temere hic in textum graſſati ſunt viri doctiſſimi, qui hoc certe loco Divae Criticae non litarunt. Leniori medicina rem procurare conabimur, ſcribentes:

ἀχερὰς ἦν· σὸ χερσὶ μυρίπνοον ὄγκον ἔδωκας,
δένδρῳ πτόρθον ἐνείς· σὴν χάριν εἰς σε φέρω.

In his, ſi reliqua minus certa videbuntur peritis harum elegantiarum arbitris, minoris tamen verſiculi emendationem iis probatum iri confido. ὄγκον ἔδωκας firmaveris verbis *Cyllenii* in Epigr. ejusdem argumenti:

ἐθνείοις ὄζοισι μετήμφυτος ἥμεθα θάλλω,
οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλαδὶ φέρουσα βάρος.

Sed ut verum fatear, ὄχνην in Vat. Cod. ex gloſſemate irrepſiſſe videtur potius, nec fortaſſe cum ſubſtantivo commutandum eſt. Nam ſi legeretur:

μυρίπνοον ἠνὶδ' ἔθηκας,

et hoc bene ſe haberet. Jam fac, omiſſa poſteriore ſyllaba inſerti vocabuli, in archetypo Codicis Vat. fuiſſe ſic ſcriptum: μυρίπνοον ην ἔθηκας, ſuperſcripto gloſſemate ὄχνην, (ſic enim membr. exhibent) nonne putas, metri imperitum librarium praeclare ſe de textu mereri exiſtimaſſe, ſi hiatum verſus illo vocabulo expleret? Sed utut haec ſeſe habeant, utram harum lectionum admiſeris, ſenſum habebis expeditiſſimum. Pyrus ad hortulanum loquitur,

cujus operâ dulcem (μυρίπνοον) fructum nacta, ſive in mitem et fragrantem arborem mutata erat, ſurculo cortici ejus immiſſo. Huic jam gratiam refert: σὴν χάριν εἰς σε φέρω. beneficium a te acceptum tibi reddo. *Firmicus* Epiſt. XV. ap. *Murator.* Anecd. p. 295. ἀνάθημα μὲν τις προσφέρων θεῷ — ἐπίγραμμα προσέθηκεν τῷ ἀνατεθέντι εἰκόνι· σοὶ προσφέρω τὰ σά. In Codd. ſimillima ſibi ſunt verba ἐρεῖς et ἐνοῖς, litera ϱ minimo apice a ν diſtincta.

CVII. Vat. Cod. p. 503. ubi ipſi diſticho haec praefatio praefigitur:

τοῦ αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα.

Ἐπεὶ δικάζεις καὶ σοφιστεύεις λόγοις,
κἀγὼ φέρω σοι τῆς ἐμῆς ἀηδόνος
ἐπίγραμμα σεμνόν, ἄξιον παῤῥησίας,
οὐ γάρ σε μέλπων τῆς δίκης ὕπνους ἔχει.

τὸ Ἐπίγραμμα·

Βέλτερον — — —

Poſtremum horum verſuum acutioribus expediendum relinquo; ſed v. 1. λόγους legendum videtur. — Ipſum diſtichon legitur in Plan. p. 15. St. 26. W. unde θλιβομένης receptum; ſed in membr. Vat. eſt θλιβομένοις, quod cum *Salmaſio* not. ined. in θλιβομένους mutandum eſt.

CVIII. Vat. Cod. p. 384. Plan. p. 15. St. 25. W. Etiam hoc melioribus *Palladae* carminibus annumerandum, ubi ſe tandem eo perveniſſe dicit, ut paupertate ſua contentus nihil amplius ſperet, neque quidquam a Fortunae benignitate exſpectet. — V. 1. μέλλει Vat. — V. 2. Veteres quaedam edd. poſt λειπὸν diſtinguunt. — V. 3. ἐλευθερίῃ. Vat. Cod. Athenienſes laudat *Nigrinus* ap. *Lucian.* T. I. p. 37. ed. Bip. ὅτι φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοί εἰσι, καὶ οὔτε τῶν ἐκτῶν, οὔτε τῶν ξένων οὐδένα τίκτουσαι ἐρῶντες, ἢν πενιχρὸν εἰσάγειν εἰς αὐτοὺς βιάζεται.

CIX. Vat. Cod. p. 443. Plan. p. 60. St. 86. W. In hoc carmine conſtituendo ſecutus eſt cl. editor emendationes *Jo. Toupii* in Em. ad Suid. P. II. p. 242. nam vulgo v. 1. ἐν διζύφοις et v. 2. διζυφον ἐν χρ. legitur. Huic corruptelae primus ſuccurrere conatus eſt *Bapt. Pius* in Annot. Poſter. Syll. III. 37. (Lamp. crit. T. I. p. 442.), qui ἐν ζιζύφοις corrigit; eique emendationi calculum adjecit *Bod. a Stapel.* ad *Theophr.* L. IV. p. 329. et cujus haud paulo major auctoritas, *Joſ. Scaliger*, qui ſic etiam in marg. exemplaris ſui emendavit. Sed *zizyphon* arborem, de qua vid. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 730. vim arcanam habere ad febrim curandam, nemo veterum, quod ſciam, prodidit. Non autem de emplaſtro agi, cujus uſu *Palladas* ſanitatem receperit, ut *Pius* cenſebat, ſed de amuleto, ex verbo περιπτυξα abunde prodit. Quod ſi, cum *Toupio*, comparaveris *Dioscoridem* de Mater. Med. L. III. 13. οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κύστιδα ἐνδεδόμενοι καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἱστορεῦνται τεταρταίους θεραπεύειν – cum *Suidae* verbis in κρότωνος ὑγιέστερος· – κρότων δέ ἐστι ζωΰφιον, τὸ ἐν ταῖς κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον – vix facere poteris, quin *Toupii* emendationem, a *Brunckio* receptam, aut veram, aut veriſimillimam judices. — V. 4. „Vat. Cod. καὶ γέγονα. Interpolatum „videtur a librariis hoc epigramma, in cujus v. 3. ἡτιάμην κάμνων — περιπτυξα olim lectum fuiſſe probabile eſt. „Addita caetera ad ſupplendam lacunam. Epiala enim „febris ſpecies eſt a quartana diverſae; et illud γέγονα „indicio eſt, Palladam de ſe ipſo febri ſic ſanato loqui.“ *Br.* *Dioscoridis* tamen locus lectioni τεταρταίῳ patrocinatur; nec incredibile eſt, *Palladam* ἡμιάλου pro *febri* ſimpliciter poſuiſſe, aut, artis medicae ignorantia, febrium genera non recte diſtinxiſſe. Ceterum γέγονα legitur in contextu, in margine Cod. καὶ γέγονεν.

CX. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 89. St. 131. W. — Plutum φρονίδος υἱὸν appellatum noviſſimus *Horatii* edi-

tor comparavit ad L. III. Carm. XVI. 17. *Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Majorumque fames.* — V. 2. τὸ ἔχειν σε φόβος. *Juvenal.* X. 19. *Paŭca licet portes argenti vaſcula puri, Nocte iter ingreſſus gladium contumque timebis, Et motae ad lunam trepidabis arundinis umbram: Cantabit vacuus coram latrone viator.* *Teles* ap. *Stob.* XCI. p. 509. θρασύτατος δέ ἐστιν ὁμοῦ (ὁ πλοῦτος) καὶ δειλότατος· ἐπαιρόμενος μὲν ὡς ἐπὶ μεγίστοις, φοβούμενος δὲ ὡς ἐπ' ἐσθενεῖ πράγματι· ὑπερήφανος ἅμα ἐξ ἀλαζονείας, ταπεινὸς ἐκ φρενίτιδος· χρώμενος μὲν ἄσωτός ἐστιν, μὴ χρώμενος δὲ ἄθλιος. In inſigni hoc *Teletis* fragmento, cujus et alia quaedam huc faciunt, p. 510. 2. emendandum videtur: τέκνα δ' ἐχθροποιεῖ (pro δὲ χείρω ποιεῖ) πατρόθεν. et infra l. 35. καὶ μόρια τῶν κακῶν οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ πλοῦτος ἦν, δι' ὃν (pro ἥδιον) γίνεται φόνος κ. τ. λ. — In fine v. 2. membr. Vat. καὶ τὸ μὴ ἔχειν σε λύπη, metro repugnante.

CXI. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 90. St. 131. W. Stultos eſſe docet, qui divitias, quaſi iis ſemper fructuri, congerant, eique colligendi ſtudio intenti tempus inaniter conſumant, cujus non, ut pecuniae, copias nobis comparare poſſimus. — ζωῆς μέτρα σπε. vitae tempus ultra terminos ſuos extendere et porrigere.

¶. 430.] *CXII.* Vat. Cod. p. 498. Plan. l. c.

CXIII. Vat. Cod. p. 496. Plan. p. 103. St. 153. W. Fabulam de Circe ſic interpretatur, ut eam meretricem fuiſſe dicat, quae juvenes, ipſam amantes, bonis ſuis ea ratione privaverit, eosque ſic ſpoliatos domi, ut beſtias, nutriverit: Ulyſſem vero ejus illecebris, non herbae cujusdam, ut ap. *Homerum* eſt, virtute, ſed rationis vi et virtute reſtitiſſe. Similem interpretationem ſequitur *Horatius* I. Epiſt. II. 23. *Sirenum ſcopulos et Circae pocula noſti: Quae ſi cum ſociis ſtultus cupidusque bibiſſet, Sub domina meretrice fuiſſet turpis et excors.* Cf. *Dio Chryſoſt.* Or. VIII. T. I. p. 283. ed. *R.* — V. 8. ὀδυ-

στὸς τ. νεότητα. Vat. Cod. Posterius, in Planudea quoque lectum, *Opsopoeus* emendavit. — V. 9. »φύσεως δ' ἰδίας »δώρημα λογισμόν. Sic recte edidit Stephanus; male ante »eum consentientibus codd. ἔμφρονα λογισμὸν legebatur.« *Br.* δώρημα *Brodaeo* debetur, qui sic emendavit in Notis. Hac tamen conjectura, quamvis optimum sensum fundente, nihil incertius. *Jos. Scaligero* in mentem venerat φρονέοντα, cujus glossema ἔμφρονα esse possit. Sed aliud quid latere puto; fortasse ἔμφραγμα, *munimentum*; quod *Palladae* ingenio accommodatum. *Eustath.* in explicatione hujus fabulae, ad Odyss. κ. p. 397. 18. ἐκτισεισεν γὰρ τῇ καθ' ἡδονὴν Κίρκῃ ξίφος, τὸν ἐμβριθῆ καὶ τμητικὸν τῆς κακίας λόγον· ἡ δὲ ὑποπτήξει, καὶ ὁμιῖται μηδὲν πῆμα κακὸν βουλεύσειν αὐτῇ, πεπυκασμένῃ καὶ καταφράκτῳ ἄλλως ὄντι.

CXIV. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 106. St. 157. W. Pauperem, quia nunquam vixerit, i. e. vitae bonis fructus sit, hoc praestare diviti, quod nec mori videatur, cum divites nonnisi iniquissimo animo a congestis thesauris discedant. — V. 2. ζῆν δοκέων. Cf. Ep. LXIX. — ὡς νέκυς. De avaro, vita non utente, *Antiphanes* Ep. III. οὗτος ἅμα τέθνηκεν ἀνήρ· νῦν δὲ παρέχω νεκρόν. ubi vide not.

CXV. Vat. Cod. p. 426. εἰς τὴν φιλόσοφον Ὑπατίαν τὴν Θέωνος θυγατέρα. τοῦ αὐτοῦ Παλλαδᾶ. Auctoris nomen omisit Planud. p. 108. St. 159. W. »Narrationem in»dignissimae Hypatiae caedis ab Alexandrinis christia»nis, instinctu, ut quidam tradiderunt, Cyrilli episcopi »perpatratae, vide ap. *Socratem* l. VII. 15. Contigit an»no 415. Inde definiri potest Palladae aetas, quem ex »multis illius carminibus christianum non fuisse admo»dum verisimile est.« *Br.* Multa de Hypatia, ex *Damascio*, ut *Kustero* videtur, petita, narrat *Suidas* T. III. p. 533. Conf. *Menagium* de Mulier. philos. p. 495. — V. 1. Ad λόγους ex verbo βλέπω, per zeugma addito,

verbum ἀκούω assumendum est. ὁ οἶκος ἑστρῶος τῆς παρθένου, si recte intelligo, est domicilium signi, quod *virgo* vocatur. Cum hoc igitur signo virginis, quam alii Astraeam putabant, alii Apollinis filiam, (v. *Hygin.* Fab. Astr. XXV.) Hypatiam comparat, hanc quasi vivam illius imaginem veneratur. — V. 3. εἰς οὐρανόν, pro ἐν οὐρανῷ sive οὐράνια, nam omnia tua plane sunt coelestia. — V. 4. λόγων εὐμορφία, quasi *eloquentiae venerem* dicas, sive *ornamentum*, ἄγαλμα, *literarum*. Faciunt huc *Suidae* verba l. c. πρὸς δὲ τῷ διδασκαλικῷ καὶ ἐπ' ἄκρον ἀναβᾶσα τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, δικαίᾳ τε καὶ σώφρων γεγοννῖα, διετέλει παρθένος — σφόδρα καλή τε οὖσα καὶ εὐειδής.

¶. 431.] *CXVI.* Vat. Cod. p. 504. Plan. p. 110. St. 161. W. Causam reddit, nescio cui, cur ab ejus amicitia alienatus fuerit. — V. 1. ἐξέστησας τήν, Vat. In marg. Wechel. ἴσως γραπτέον ἐξήτησα. Horum nihil verum; sed marginalis lectio manu ad meliorem lectionem ducit. Scripsit ille, ni fallor:

πολλάκις ἐξήτασσα τὴν φιλότητα καὶ ὕβριν.

Saepe expendi et exploravi, comparatione instituta, amicitiam et superbiam tuam. Metaphoram petitam esse a trutina, apparet ex vocabulis κουφοτέρην et βέπουσαν, quae omnia eodem spectant. Ἐξετάζειν autem de examine, per trutinam facto, usurpatur et cum βασανίζειν jungitur ap. *Aristoph.* Thesm. v. 443. πάσας δ' εἰδέας ἐξήτασεν, πάντα δ' ἐβάσανεν φρενί. ubi vide *Kusterum*. Maxime huc facit locus *Luciani* Qu. Hist. scr. sit §. 10. T. IV. p. 170. ubi Historicis suadet, ἀργυραμοιβικῶς πᾶν λεγομένων ἕκαστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παραχεκομμένα οὐδὲ ἀποβίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ ὁμοῖα, καὶ ἔννομα, καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον. — Verborum autem ἐζήτησα et ἐξήτασα commutatorum exempla dedit *Wesseling.* ad *Diodor.* L. III. p. 187. et *Dorville* ad *Charit.* p. 57.

CXVII. Vat. Cod. p. 502. Plan. p. 113. St. 164. W. Vitae vicissitudines pro ludo, Fortunam pro

meretrice habendam, nec aegre ferendum esse, si pessimos optimis melius tractatos videamus. Cf. Ep. C. — V. 2. πόρνης. Sic iterum Ep. CXXI. τύχης — πόρνης γυναικὸς τοὺς τρόπους κεκτημένης. — ἐνύμασιν. Cf. ad Ep. LXXIV. 3.

CXVIII. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 112. St. 163. W. Menandrum laudat, quod Tempus deum vocaverit. Ad hoc vel simile dictum respexit *Philodemus* Ep. XXIX. 4. ubi vide not. *Menandri* haec sunt in *Stobaei* Eclog. p. 137. Gr. ταὐτόματόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, που θεός. ὁ καιρὸς πάντας ἔχει κορυφὰν *Pindari* est sententia in Pyth. IX. 135. — V. 3. Casus, opportune accidens, saepe meliora gignit iis, quae multo labore et studio efficere conabamur. — In fine hujus versus comma delendum.

CXIX. Vat. Cod. p. 498. Plan. l. c. Fortuna in rebus humanis dominatur, rationis legisque expers; improbis magis quam probis favet, quo eam a ratione alienam esse manifestius fiat. In hunc sensum *Menander* in Eclog. Stob. p. 139. οὐδὲν κατὰ λόγον γίγνεται ὧν ποιεῖ τύχη. — V. 4. ἐπιδεικνυμένη — δύναμιν. *Herodot.* L. VII. 24. μεγαλοφροσύνης εἵνεκα αὐτὸ ξέρξης ἀρύσσειν ἐκέλευε, ἐθέλων δὲ δύναμιν ἀποδείκνυσθαι καὶ μνημόσυνα λιπέσθαι.

CXX. Vat. Cod. p. 501. Plan. p. 113. St. 164. W. Vita humana Fortunae ludibrium praebet. — V. 1. παίγνιον. *Lucian.* Nigrin. §. 20. T. I. p. 44. μαστυρουμένης τῆς τύχης, παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον. *Fortuna — ludum insolentem ludere pertinax. Horat.* III. Carm. 29. 50. *Aristotel.* ap. *Stob.* XCVI. p. 531. 43. τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον. — V. 3. σφαιρηδόν. *Enimvero Dî nos quasi pilas homines habent. Plaut.* in Prologo Captiv. 22. ubi vide *Taubmann.* Palladae versus adumbrati videntur ex *Hesiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 5. ῥεῖα μὲν γὰρ ῥεῖάν, ἶσα δὲ ῥεῖάντα χαλέπτει· Ῥεῖα δ' ἀείζη-

λον

λον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει. Plura in hanc ſententiam dicta collegit *Muret.* in Var. Lect. XVI. 15. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* T. I. p. 309. T. II. p. 291.

¶. 432.] *CXXI.* Vat. Cod. p. 503. ſq. *Palladae* vindicat; ἄδηλον eſt in Plan. p. 113. St. 165. W. Inconſtanti fortunae natura, quam nemo ratione aſſequi poſſit, ſe aegritudine et tanquam vertigine corripi declarat. — V. 2. τοῦ βίου μεταστροφάς. Vulgo. — V. 8. ποίῳ τρόπῳ corrigebat *Joſ. Scaliger* in not. mſc. — V. 9. ἀδήλου τῷ βίῳ φανερουμένης. Vulgo. — V. 10. πόρνης. Cf. Epigr. CXVII. 2. Quae in hoc Epigrammate a Planudeae lectionibus discrepant, ex membr. Vat. a clar. editore in textu ſunt poſita.

CXXII. Vat. Cod. p. 495. Plan. p. 114. St. 166. W. Faſtus et ſuperbia hominum, ex inani de divina origine ſua perſuaſione orta, imminuitur, ſi quis, quomodo genitus ſit, apud animum ſuum reputaverit. — V. 1. μνήμης. Ed. pr. Fl. et Ald. — V. 3. ἐν ἴφυσεν. Vat. Cod. — V. 4. φυτὸν οὐράνιον. Ad *Alexidis* εἴτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτὸν *Platonis* dictum, ἄνθρωπος φυτὸν οὐράνιον, οὐκ ἔγγειον, attigit *Caſaubon.* ad *Athen.* L. III. 36. p. 237. 38: noſtri loci non memor, quem comparavit *Valckenar.* ad *Eurip.* Hippol. v. 630. p. 234. A. *Philo* ap. *Euſebium* Praep. Evang. VIII. cap. ult. μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀψευδῶς ἀνθρωπογονεῖ, φυτὸν οὐράνιον καὶ βλάστημα θεῖον ἠκριβωμένον. — V. 5. ἐκ πηλοῦ. Prometheus ap. *Lucian.* §. 13. T. I. p. 148. κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον, γαΐαν ὕδει φύρας καὶ διαμαλάξας ἀνέπλασα τοὺς ἀνθρώπους — καὶ — ἐκ πηλοῦ ζῶα πεποίηκα. *Callimach.* Fr. CXXXIII. εἴ σε Προμηθεὺς Ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας. quem locum expreſſit *Juvenal.* XIV. 34. *quibus arte benigna Et meliore luto finxit praecordia Titan* – notante *Rubnk.* Epiſt. crit. p. 183. Adde, quae collegit *Gataker.* ad *M. Anton.* L. VII. 68. p. 233. — V. 6. κοσμῶν. (male Vat. Cod. κοσμω.) Sic

dixerit aliquis, qui rem turpem honeſtiore vocabulo velare velit. λόγοι σεμνοὶ vocantur *honeſtiores* illae dicendi *formulae*, quibus ad naturae quaedam officia ſignificanda utimur, ut docuit *Gataker.* de N. I. St. c. XI. p. 70. — V. 7. τὸν omittit Vat. Cod. — μιαρᾶς βαλίδος. τὴν ἀπόπτυστον δρόσον vocat *Ariſtoph.* Eqq. 1285.

CXXIII. Vat. Cod. p. 500. ſq. Plan. p. 114. St. 166. W. Etiam hoc Epigrammate ſuperbiam mortalium deprimere conatur poëta, vitam a parva aura pendere docens. — V. 3. ὄργανα. De organis pneumaticis cogitaſſe videtur. Cf. *Julian. Caeſ.* Ep. II. — V. 5. καλάμῳ ὀλίγην. Vat. Cod. — V. 6. ψυχὴν συλήσας. Ep. ἀδεσπ. CCCCLXXIII. ζωὴν συλήσας. — „κατάγει. ſic omnes, ſed „mendoſe. Scribendum κατάγοι.“ *Br.* — ¶. 433.] V. 7. τρεφόμεθα. Vat. Cod. — V. 8. ἡέρα βοσκ. paroemiacum; ut ap. *Automedont.* Ep. IX. 8.

CXXIV. Cod. Vat. p. 496. ſq. Plan. p. 115. St. 167. W. *Stob.* T. XXXVIII. p. 221. 23. Gesn. 153. Grot. Se neque ob eximiam felicitatem invidiae, neque ob mala miſericordiae obnoxium eſſe optat. Sententia, ut ap. *Sodatem* in *Stob.* Flor. p. 427. Grot. ὁ πένης ἐλαττοῦται, ὁ δὲ πλούσιος φθονεῖται, ὁ μέσος δὲ βίος ἀσφαλέστατος ἐστιν. αὐτάρκεια γὰρ πρὸς πᾶσιν ἡδονὴ δικαία. — V. 1. φθόνος. Locus *Pindari* eſt Pyth. I. 164. — V. 5. ἡ μεσότης. In Sched. Krohn. αἱ μεσότητες ἄριστα. — πέφυκε ἐπάγειν. ſumma enim adducere ſolent pericula. Elegantem hunc dicendi uſum attigit *Toup.* ad *Longin.* p. 274. *Zeune* ad Viger. de Idiotism. p. 313. 71.

CXXV. Cod. Vat. p. 426. Ἄδηλον, εἰς ἐπιστολήν. a rec. manu additum: καὶ τοῦτο Παλλαδᾶ. In Plan. p. 119. St. 171. W. ἄδηλον. — V. 2. ὄργανα. inſtrumenta, quibus abſentes inter ſe congrediantur. συντυχία h. l. colloquium.

CXXVI. Cod. Vat. p. 494. Plan. p. 120. St. 174. W. Inutiles eſſe docet hominum curas et ſollicitudines, cum

dii pro nobis curam gerant et omnia cogitata noſtra dirigant. Ineptum Epigramma, quod in putidis alliterationibus verſatur.

CXXVII. Vat. Cod. p. 501. Plan. l. c. Sideribus, ſub quibus naſcimur, omnem hominum vitam dirigentibus, mortalium conatus et ſtudia vaniſſima ſunt. Sapientis eſt, his omiſſis, tranquillo laetoque animo vitam transigere, ſi fieri poſſit, vel fatis invitis. — V. 2. κλῆρος — κατὰ τὴν γένεσιν. *genitura*, i. e. ſors, quae naſcentibus obtingit, quam vocis ſignificationem tetigit *Dorvill.* ad *Charit* p. 778. — V. 5. In hunc ſenſum *Horatius* I. Epiſt. 18. 106. *Haec eſt ſatis eſt orare Jovem, qui donat et aufert: Det vitam, det opes; aequum mi animum ipſe parabo.*

¶. 434.] *CXXVIII.* Vat. Cod. p. 501. Plan. p. 121. St. 175. W. Homines quovis die denuo naſcuntur, et omne praeteritum tempus periit. Nemo igitur ſenex poteſt vocari. — V. 2. προτέρου β. μ. ἐόντες. Vat. Cod. — V. 6. οὐ μετέχεις. Aliter judicavit *Seneca* de Vitae Brev. c. X. *In tria tempora vita dividitur: quod eſt, quod fuit, quodque futurum eſt. Ex his, quod agimus, breve eſt: quod acturi ſumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc eſt enim, in quod fortuna jus perdidit, quod in nullius arbitrium reduci poteſt. — Atqui haec eſt pars temporis noſtri ſacra ac dedicata, extra regnum fortunae ſubducta — Haec nec turbari, nec eripi poteſt: perpetua ejus et intrepida poſſeſſio eſt.* Cf. *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 503.

CXXIX. Vat. Cod. p. 502. Planud. l. c. De fuga vitae conqueritur. — V. 3. καθεζόμεθα. Vat. Cod. Eſt in hoc vocabulo iguavi otii ſignificatio. *Quibusdam nihil, quo curſum dirigant, placet, ſed marcentes oſcitantesque fata deprehendunt. Seneca* de Vitae Brev. c. II.

CXXX. Vat. Cod. p. 502. Plan. p. 51. St. 74. W. Omnes ut victimas Proſerpinae mactandas vivere. *Victi-*

mà nil miſerantis Orci ex *Horatio* nota II. Carm. III. 23. Noſtrum autem diſtichon noviſſimus interpres admovit ad I. Carm. XXVIII. 20. *nullum ſaeva caput Proſerpina fugit.*

CXXXI. Vat. Cod. p. 502. Plan. l. c. Anima, corporeis vinculis conſtricta, in vita, ut in carcere, tenetur; hinc liberata ad deos tendit. Dicta ſunt haec ad ſententiam Platonicorum, qui animam corporis affectibus affici et corrumpi putabant; de qua opinione vide *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 35. — V. 2. δῆμος vulgo et in membr. Vat. quod in δεσμὸς mutavit *Bradaeus.* Secundum Empedoclis ſententiam αἱ ψυχαὶ — ἀλληλοφαγίας δίκην τίνουσαι σώμασιν ἐνέδυσαν (ap. *Plutarch.* T. II. p. 996. B.) inque eo ὀστρέου δίκην ἐνδεδεμέναι εἰσίν, quae *Platonis* eſt comparatio. Solent autem *Platonici* corpus carcerem animae vocare; ut ille in *Phaedone* p. 82. D. E. unde *Cicero* Tuſc. Qu. I. 30. *vincula carceris rumpere*, et *Maxim. Tyr.* Diſſ. XIII. 5. p. 239. φαίην δ' ἂν ἔγωγε, οὐδὲ ἄκουσαν εἶναι τῇ γενναίᾳ ψυχῇ φθορὰν σώματος· οἷον εἰ καὶ δεσμώτην ἐννοήσαις δρῶντα σιτούμενον καὶ διαῤῥῆξαι τὸ τεῖχος τοῦ δεσμωτηρίου, ἀναμένοντα τὴν ἔκδυσιν καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ εἰργμοῦ. σαρκὸς δεσμώτας mortales vocat *Gregor. Naz.* Epigr. CCXVI. in *Murat.* Anecd. p. 201. Apollonius juvenem quendam animae immortalitatem poſt fata docens: ψυχὴ – μετὰ σῶμα μαραν θέν, ἄτ' ἐκ δεσμῶν θαδὸς ἵππος Ῥηϊδίως προθορεῦσα, κεφάννυται ἀέρι κούφῳ. *Philoſtrat.* Vit. Apoll. VIII. 31. p. 371. Ad *Brodaei* conjecturam firmandam nonnihil facit etiam oraculum ap. *Porphyrium* in Vit. Plot. c. XXII. ὅτ' ἐλύσας δεσμὸν ἀνάγκης ἀνδρομέης. — V. 4. πρὸς θεόν. *Plato* in Cratylo p. 263. *Maxim. Tyr.* XV. 6. p. 278. Cf. *Speuſippi* Ep. in Platonem T. I. p. 176.

CXXXII. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 54. St. 78. W. Non phthiſin tantum homines enecare, ſed etiam pin-

guedinem, Dionyſii, tyranni, exemplo docet. De hoc homine inſignique ejus obeſitate vide *Athenaeum* ex *Nymphide Heracleota* multa tradentem L. XII. p. 549. ex quo fonte ſua etiam hauſit *Aelian.* V. H. IX. 13. Memorabile de illo tyranno fragmentum ex Piſcatoribus *Menandri*, ab *Athenaeo* ſervatum (ap. *Cleric.* p. 10.), ſed mendoſe, in hunc fere modum reſtituendum ſuſpicor:

Πόλλ' ἐπισκοποῦντι μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται
εὐθάνατος, ἔδοντα πολλὰ καὶ χολάδας κεῖσθαι παχύν,
παῦρα καὶ μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω,
ἐσθίοντα καὶ λέγοντα, σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

— V. 1. „φθίσις. Sic veriſſime Salmaſius emendavit. „Oppoſita ſunt ἡ φθίσις et ἡ παχύτης. Corrupte in mem„branis etiam legitur ἡ φύσις.“ *Br.* Hanc emendationem expreſſit *Grotius:*

Non tantum vitae finem facit arida tabes:
Quin etiam nimium pingue necare poteſt.

— ¶. 435.] V. 3. τοῦτ' ὁ τ. Vat. Cod.

CXXXIII. Vat. Cod. p. 435. Plan. p. 57. St. 81. W. De Herculis ſtatua, a Chriſtianis, ut videtur, in trivio everſa. — V. 1. ἐν τριόδοισι. ubi Hercules coli ſolebat. ἐν εὐχωλαῖς εἶναι autem dictum, ut ἐν τιμῇ εἶναι. qui precibus et divinis honoribus colebatur, nunc contemtus jacet. — V. 3. τρισέλην. Ad honorem dei, tribus noctibus continuis a Jove elaborati, facit. Hoc ridens *Lucian.* D. D. X. 1. T. II. p. 32. τεχθῆναί τινα δεῖ ἐκ τῆς ὁμιλίας ταύτης μέγαν καὶ πολύαθλον θεόν· τοῦτον οὖν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον. τριέσπερον λέοντα eum aenigmatice vocat *Lycophron* v. 33. et *Doſiadas* in Ara II. v. 11. unde *Lucianus* in Somn. §. 17. T. I. p. 16. ὄνειρος — τριέσπερος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτός ἐστι. ubi vide *T. H.* p. 200. — V. 5. πρὸς ἕκαστα. Vat. Cod. — V. 6. καιρῷ δουλεύειν. rebus ſe et temporibus accommodare. καιροῦ δοῦλον illuſtrat *Budaeus* in Comm. Gr. L. p. 457. 28.

CXXXIV. Vat. Cod. p. 375. cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ (Βυσαντίνου, cujus Ep. praecedit) ἐπί τινι ἄρχοντι παραίνεσις φεύγειν τοὺς κόλακας. non in margine autem, ſed intus additum: Παλλαδᾶ. Βισαντίνου inſcribitur in Planud. p. 63. St. 91. W. — V. 2. πολλούς. Princeps adulatores ferens calumniandi et criminandi occaſionem praebet, probosque homines impuris adulatorum linguis objicit.

CXXXV. Cod. Vat. p. 425. Plan. p. 64. St. 93. W. Provinciis praefecti aut rapaces aut ſuperbi eſſe ſolent; probum, qui et mitis, mitem, qui etiam probus ſit, nusquam inter eos reperias. — V. 1. καθαρός. a furtis purus; ut infra ἁγνός. καθαρὰς τὰς χεῖρας ſic dixit Pericles ap. *Plutarch.* T. I. p. 156. B. οὐ μόνον τὰς χεῖρας, ὦ Σοφόκλεις, καθαρὰς δεῖ τὸν στρατηγὸν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις, ut apparet ex verſione *Ciceronis* Off. L. I. 40. *At enim praetorem, Sophocle, decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* De praefecto quodam Incertus in Epigr. edito a cl. *Huſchkio* p. 275. ὃς γὰρ ἐὼν πόλιος κτεάνων ταμίης τε πατήρ τε Κέρδεσιν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐμίηνε χέρας. — V. 2. δόγματος. a philoſophis traductum; ut *vitae ſecta* pro ratione et conditione dicitur. — V. 3. τὸ γλυκύ. τὸ μείλιχον. Suavitas morum cum rapacitate, integritas cum ſuperbia conjuncta eſſe ſolet. — V. 4. „Provinciae, quos vidit in Aegypto, Praeſides feroces et rapaces innuit, quae animi vitia vocat *inſtrumenta imperii*, „ὄργανα τῆς ἀρχῆς. Quod vulgo legitur τῆς ἀρετῆς inceptum eſt.“ *Br.* ἀρετῆς legitur etiam in Vat. Cod.

CXXXVI. Vat. Cod. p. 503. Plan. l. c. Deos quoque philoſophos videri, cum hominum conviciis primum quidem non iraſcantur, tempore interjecto autem graviſſimas poenas a miſeris mortalibus ſumant. De lenta deorum ira hoc eſt *Euripidis* in Ione 1615. χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ. *Ut ſit magna, tu-*

men certe lenta ira deorum eſt. Juvenal. XIII. 10. Caeterum haec non in laudem philoſophorum ſcripta eſſe, ſponte apparet.

¶. 436.] *CXXXVII.* Vat. Cod. p. 496. Plan. l. c. Cauſidicum juſtum judicem fieri poſſe negat. — V. 2. τῶδέ τ' Vat. Cod. τῷδ' ἔϑ' vulgo. — V. 4. cl. editor exhibuit lectionem Planud. ſed in membranis eſt: μηδ' ὅτ' ἂν Ἰσοκράτους. Primam ſyllabam *Iſocrates* producit in *Chriſtodori* Ecphr. v. 256. Epigr. incert. DLIV. DLV. — V. 5. πᾶς γὰρ et ἡϑισμένος. Vat. Cod. In ſequentibus ἐν abundare pronuntiat *Brodaeus*, ſatis pro lubitu; nam in aliis locis hujus abundantiae longe diverſa eſt ratio. Si ſincera eſt lectio, ἐν ἑταίρῳ per brachylogiam poſitum videri debet pro ἐν ἑταίρου δίκῃ. Hunc locum quomodo acceperit *Grotius*, difficile dictu eſt. Vertit enim:

Nam ſolitus cauſas venali dicere lingua,
Non et judicium vendere non poterit.

Ingenioſe haec tentavit *If. Caſaubonus* in not. mſc. οὐδὲν ἑταίρας σεμνότερον δικάσαι τῆς ῥυπαρᾶς δύναται. Mercede conductus non magis judicis dignitatem ſervabit, quam ſordida meretrix, quae ſe omnibus vendere ſolet.

CXXXVIII. Vat. Cod. p. 502. ſq. Plan. p. 115. St. 166. W. Calamitas quaedam, ſive rumor de calamitate, in quam Graecia inciderat, huic Epigrammati occaſionem dediſſe videtur. — V. 1. Etiam Fama, ſi dea eſt, ſicuti reliqui dii, Graecis infeſta; falſis rumoribus fallit. — V. 3. „Edd. omnes absque Codicum diſſenſu φήμη δ' ἀντιπαθής, quod emendat Dorvill. ad Char. „p. 217." *Br.* ἀντιπαθής. Vat. Cod. Comparat *Dorvillius Terentium* V. Andr. VI. 4. *More hominum evenit, ut, quod ſim nactus mali, Prius reſciſceres tu, quam ego illud, quod tibi evenit boni.* — Poſtrema adjiciuntur per ὑπερβολήν: nonnunquam facti notitia celeritate ipſam Famam antevertit; ſatis inepte, ut multa in his *Palladae* Epigrammatis.

CXXXIX. Vat. Cod. p. 421. ſq. auctoritate Noſtro tribuitur; nam in Planud. p. 30. St. 46. W. et ap. *Stob.* T. IX. p. 99. 8. Gesn. 57. Grot. ἄδηλον eſt. Hiſtoria de homicida, qui, a Serapide per ſomnum monitus, facilem mortem vitaverat, ne ſupplicium effugeret. — V. 1. στείχειν. Vat. Cod. — ἐνιστῆναι proprium de deorum apparitionibus. Vide *Weſſten.* ad N. Teſt. T. I. p. 661. — Σάραπι Vat. Cod. a pr. man. — V. 3. κατακείμενον οὕτως ἀνιστᾶ. Vat. Cod. a man. ſec. — V. 7. ἔθυεν. Vat. Cod. — V. 9. ἀπέχρησε. Vat. Cod. — V. 11. ἄλυπος conjecit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. vix vere. Bene ſenſum expreſſit *Grotius:*

Non eſt iſta ſalus, facili quod morte negatum
Defungi: crux eſt poena parata tibi.

— V. 12. δ' εὖ ἴσθι. Vat. Cod.

¶. 437.] *CXL.* Vat. Cod. p. 377. cum lemmate: ἀδέσποτον. νομίζω δέ, ὅτι Παλλαδᾶ ἐστιν τοῦ Ἀλεξ. Tanquam ἄδηλον exhibetur in Planud. p. 33. St. 50. W. Expreſſum videtur ex Ep. ἀδεσπ. DCXXXIX. quod ſepulcrale eſt; unde noſtrum quoque carmen ſepulcralibus accenſendum puto. Defunctus ſibi gratulatur, quòd Fortunae et Spei ludibriis non amplius expoſitus ſit. — V. 1. τὴν ὁδὸν εὗρον. Sic Ep. CVIII. Ἐλπίδος οὐδὲ Τύχης ἔτι μοι μέλει, οὐδ' ἀλογίζω Λοιπὸν τῆς ἀπάτης· ἦλυθον εἰς λιμένα. — V. 2. σφετέροις, ἔργοις, πράγμασι ſubaudi, quamvis dura ellipſis. — V. 3. μερόπεσι. Vat. Cod. — V. 4. Ut in ſomno, ſic nobis videntibus et vigilantibus phantaſmata objicite, quae nunquam exitum habitura ſunt. Obverſabatur poëtae fortaſſe locus *Platonis* de Republ. L. I. p. 330. Ὁ μὲν οὖν — ἐκ τῶν ὕπνων, ὥσπερ οἱ παῖδες, θαμὰ ἐγειρόμενος, δειμαίνει καὶ ζῇ μετὰ κακῆς ἐλπίδος. — V. 5. ἐν omittitur in Vat. Cod. — V. 6. ἔῤῥε κακὴ γλήνη. Ex Homero Il. Θ. 164. — πολυώδινε. Vat. — V. 7. παίζοντα. Hoc proprium de Spe et Fortuna. Vide ad Ep. CXX. *Mace-*

don. Ep. XXXIX. *εἰ βίον ἐν μερόπεσσι τύχης παίζουσιν ἑταῖραι Ἐλπίδες.* Ep. ἀδεσπ. DCXXXIX. *παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.* Quod ſequitur *στροφέοιτε*, ex *Planudis* emendatione videtur poſitum; nam in membranis mendoſiſſime *ἴστε θέλοιτε οὓς ἐμεῦ.* quod eo ducit, ut legamus:

παίζοιτ', εἴ γε θέλοιτε, ὅσους — —

CXLI. Vat. Cod. p. 377. junctim cum praecedente. Diverſum carmen *Brunckio* eſſe videtur. Fateor, me verborum, per ſe quidem ſatis expeditorum, ſenſum non aſſequi; tertius praeſertim verſus quo pertineat, obſcuriſſimum. Non videtur ab eodem profectus eſſe, qui praecedentes ſcripſit.

CXLII. In Vat. Cod. p. 494. *ἄδηλον*; etiam in Plan. p. 35. St. 52. W. Unde *Brunckius* ſciverit, Palladae eſſe, non dixit. — V. 1. *ἀεί.* Vat. Cod. qui mox *δὲ* omittit.

CXLIII. Vat. Cod. p. 444. *Παλλαδᾶ.* In Plan. p. 39. St. 57. W. *ἄδηλον.* De amici cujusdam occurſu et abſentia; illum pro re bene ominata habendum eſſe; hanc contra triſtem reddere. — V. 1. *ἡμέραν καλήν. καλημέρους* Graeci feſtos et feſti diei homines, feſtivos et hilares, appellabant; qui contra erant, *κακημέρους* et *μισοκαλημέρους.* Vide *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 415. et *Stephani* Theſ. Gr. L. T. I. p. 1463. A. — V. 3. *θέλοι.* Vat. Cod. — V. 4. *κακήμερος.* Ibid.

CXLIV. Vat. Cod. p. 501. Plan. p. 87. St. 128. W. Monentur homines, ut, luctu et querelis omiſſis, vitam hilariter agant, neque ſe ante fata excrucient. — V. 1. *μίμνων.* Vat. Cod. — *πρὸς ἐκεῖνον.* ad illud tempus comparatum, quod apud inferos morabimur. *ἐπεὶ πλείων χρόνος, Ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε. Ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι. Sophocl.* Antig. v. 74. — Pro *ὅλον Joſ. Scaliger* tentabat *δρᾶν*, quod non neceſſarium. — V. 3. *σκώληκα βαλεῖν* Vat. Cod. et Plan. quod tacite immutavit ch. edi-

tor, ſenſu optimo, ſed mutatione nimis violenta. — V. 4. κρινομένην, i. e. ὡς κρίν. ne poenas ab anima ſumas, quaſi jam ſupremo judicio condemnatâ, idque vivus, ζῶν ἔτι. Fortaſſe tamen legendum:

ἄτε κρινομένην.

Verbum κρίνειν *damnandi* ſenſu ap. ſeriores ſcriptores paſſim occurrit.

¶. 438.] *CXLV.* Vat. Cod. p. 303. Παλλαδᾶ Ἀλεξ. Εἰς Ψυλλ' τὴν γραῦν πάντα καταφαγοῦσαν καὶ οὕτως τελευτήσασαν. Plan. p. 230. St. 335. W. — V. 1. Ψύλλα. Vulgo, et in membr. a man. ſec. — V. 4. ζεῖν. veteres quaedam edd. Praeclare ſenſum expreſſit *Grotius*:

Et ſubito ſaltu deſcendit ad infera regna,
Ut ratio vitae ſumtibus aequa foret.

εὐρομένη vulgo. Fortaſſe rectius. — V. 5. φαγοῦσα βίον. Vide ad Ep. XXXII. et LV. — V. 6. ἀπιχερμάτισε. Numis ad ultimum usque abſumtis. In hoc verbo, ut in multis aliis, ἀπὸ finem alicui rei impoſitum eſſe indicat; de quo uſu vide *Valcken.* ad *Herodot.* p. 123. *Pierſon.* ad *Moer.* p. 400. — ἤλατο εἰς ἀΐδην. Cf. *Callim.* Ep. LX. 4.

CXLVI. Vat. Cod. p. 303. Plan. p. 231. St. 336. W. Hiſtoria de nuptiis, in quibus, ut in illo ap. Scopam convivio, thalamo, ut videtur, ruente, magnus hominum numerus periit. — V. 1. ἥρπασε. Hoc vocabulum male intellectum *Opſopoeum* in errorem induxit, ut totum carmen male acciperet. *Rapi ſimulatur virgo e gremio matris — quum ad virum trahitur*; *Feſti* verba ſunt. Vide cl. *Doering.* ad *Catull.* LXI. 3. — V. 4. νεκρῶν. Vulgo et in Vat. Cod. Quum genitivus non habeat, unde regatur, cl. editor accentum mutavit, νεκρὼν ſcribens; lectoribus non monitis. Alibi non obvium vocabulum fictum eſt ad analogiam τοῦ κευθμών, νυμφών, παρθενών, aliorumque, quae receptaculum ſignificant. —

V. 5. In nominibus Πενθεὺς et Πενθεσίλεια ad etymologiam respicitur, ut ap. *Euripid.* Bacch. 367. Πενθεὺς δ' ὅτως μὴ πένθος εἰσόψει δόμοις. — πλούσιος ἐν θανάτοις. *Sophocl.* Oed. T. 30. ᾅδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.

CXLVII. Vat. Cod. p. 315. Edidit *Jensius* nr. 131. *Reisk.* Anth. nr. 782. p. 167. Scriptum est in Gessium, de quo vide supra Ep. LXII. Insignia honoris post mortem accepisse hoc carmine narratur; quod contumeliae et ludibrii causa factum esse suspicari licet, comparatis iis, quae *Palladas* de eodem homine in aliis carminibus dixit. — V. 1. ἐξεῦρεν. Cod. quod *Jens.* emendavit. — V. 2. ζητήσας. Vat. Cod. τῆς ζωῆς *Br.* recepit ex *Reiskii* conjectura, quam veram non puto. Saltem ἐρχόμενος legendum.

Palladae tribuuntur praeterea in Vat. Cod. Ep. in Heroïcis ἀδεσπ. XXVI. p. 148. Ep. *Themistii* p. 404. *Lucillii* Ep. XCVI. Incertor. CCCCXLII.

HELLADII DISTICHON.

Helladio hoc distichon vindicavit *Br.* ex Vat. Cod. p. 567. In Planud. p. 90. St. 132. W. ἄδηλον est. Jejunum carmen in tinctorem, qui, ut reliqua omnia, sic paupertatem quoque infucans, dives evaserat. Lusus est in locutione βάπτειν τὴν πενίην, cui similem nondum inveni.

POLLIANI EPIGRAMMATA.

¶. 439.] *I.* Vat. Cod. p. 526. Plan. p. 163. St. 236. W. Cyclicos poëtas, vetustiores musicae artis antistites, Homerum inprimis compilantes, cum elegiacis

comparat, quibus non eadem furandi poteſtas concedatur. Conf. *Callimach.* Ep. I. ubi vide not. Peſſime noſtrum interpretatur *Opſopoeus*; et *Huetius* quoque p. 17. a vero aberravit. Meliora de cyclicis attulit *Salmaſius* ad Solin. p. 595. F. quam materiam noſtra demum aetate in clariſſima luce collocavit perſpicaciſſimus *Heynius*. Quod ex hoc Epigrammate *D. Heinſius* in Not. ad Horat. p. 17. effici putabat, ut omnes epici poëtae, qui integrum argumentum tractaſſent, cyclici vocarentur, id minime inde prodit. Recte vero idem obſervat, cyclicos illos poëtas, cum perpetua carmina ſcriberent, in quibus magna rerum varietas oratione connectenda eſſet, crebro uſos eſſe vocabulis *αὐτὰρ ἔπειτα* et ſimilibus; idque ne Homerum quidem potuiſſe vitare, qui uno Iliadis primo libro illis particulis decies et ſexies uſus ſit.— V. 2. *λωποδύτας.* fures et praedones. *λωποδύται. κλέπται. Heſych.* Generaliori hac ſignificatione verbo *λωποδυτεῖν* utitur *Demoſthen.* Philipp. III. p. 116. 19. *καθ' ἕκα ἕκαστον οὕτωσὶ περικόπτειν καὶ λωποδυτεῖν τῶν Ἑλλήνων, καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς πόλεις.* — V. 4. *Parthenium* elegographum cum *Callimacho* junxit etiam *Lucian.* Quom. Hiſt. ſcrib. ſit §. 57. addito *Euphorione*, cum quo eundem laudet *Suëton.* in Vit. Tib. c. 70. — V. 5. *θηρὶ οὐατόεντι Callimachi* verba ſunt, ut diſcimus ex *Euſtathio* Il. λ. p. 817. et ψ. p. 1412. Hinc fortaſſe *auritus aſellus* ap. *Ovidium* II. Amor. VIII. 15. et Faſtor. VI. 469. *auritulus* ap. *Phaedrum* L. I. XI. Quum in Analectis voces *θηρὶ οὐατόεντι* iisdem typis, quibus reliqua, exſcriptae eſſent, haec notavit *Br.*: „Voces *θηρὶ οὐ.* debuiſ„ſent etiam majoribus characteribus excudi. Sunt enim „e Callimacho petitae, ut, quae ſequuntur, e Parthe„nio deſumtae videntur, quos hic deridet Pollianus. „Vide inter Callimachi fragm. a Bentlejo collecta „CCCXX.“ Parthenium a *Polliano* derideri, quod *Br.* putat, mihi non ſatis liquet. De *chelidonio*, quo tincto-

res utebantur ad luteum colorem efficiendum, vide *Salmaſ.* de Hom. H. Iatr. c. XXVI. p. 26. — In antiquis edd. tantum non omnibus et in membr. Vat. χελιδόνια legitur.

II. Vat. Cod. p. 525. Plan. p. 162. St. 236. W. Malo poëtae *Pollianus* imprecatur, ut magis magisque verſus pangendi rabie exſtimuletur. — V. 1. ποιοῦσιν. Vat. Cod. — Ἐρινύες. quae ineptos homines quaſi in furorem adigunt eosque compellunt, ut natura recuſante verſus faciant.

III. Vat. Cod. p. 525. ſq. Planud. l. c. In Florum quendam, qui in muſico certamine, non ſuo, ut videtur, merito, ſed alieno favore nactus erat victoriam. Obſcurum carmen. — V. 1. Florus Polliano exprobraſſe videtur, quod maligno animo ejus victoriam ſpectaverit. Ad hanc exprobrationem ita reſpondet noſter, ut Florum etiam acrius mordeat. Niſi gaudeam, fiam unus ex pedibus illis, quos miſere tendens et torquens numeris aptas. Verſus Flori juſto longiores fuiſſe, hinc minus recte eliciebat *Brodaeus;* verius *Caſaubonus* ad *Perſii* in Sat. Prolog. p. 41. pedes *miſere torros* interpretatur; nam difficili opera verſus minime bonos feciſſe videtur ille. — V. 4. »ὡς περὶ χειρείης. Sic e »membr. Vat. ſcripſi. Quod editum erat περὶ χυρείας, »ſenſu plane caſſum eſt. Illud autem ſic explicari poteſt: »Florus ob adeptam in agone muſico coronam celebra»to convivio, Polliano, qui invitatus non adfuerat, »fruſtum ſuillae carnis miſerat. Hoc vocat poëta χειρείην »μερίδα τοῦ στεφάνου, νὴ τὸν κλῆρον. *per ipſum victoriae tuae* »*praemium*, ſeu, *per victoriam tuam*. Sic vocem κλῆρος »adhibuit Antigon. Caryſt. c. I. καὶ περὶ τοῦ κλήρου πρὸς »ἑαυτοὺς εἰς ἀντιλογίαν ἐλθόντων. Ultimo diſticho innuit »favore judicum decretam ei coronam. Aliter Caſau»bonus explicat in commentario ad Perſium p. 14. ſer-

»vata vulgata lectione. Sed mihi folium Sibyllae est illius »interpretatio.« *Br.* In Cod. Aldi χειρείας erat, quam lectionem Aldina 2. exhibet. In membr. Vat. χειρείας. Idem *Jos. Scaliger*, quem Vat. Cod. lectiones a Salmasio accepisse constat, margini exemplaris sui adscripsit. κλῆρον *Pollianus* non in universum appellat *victoriae praemium*, sed tale, quod quasi sortito, fortunae casu, contigerit illi. Vulgatae patrocinium suscipiens *Casaubonus*, χηρείαν τοῦ στεφάνου μερίδα sic interpretatur: »χηρεία »μερὶς Polliano dicitur pars, quae sortito evenit e paren»tum hereditate: non est enim, ut quidam putarunt, »substantivum χηρεία, sed est a χηρεῖος, unde apud poë»tam vox χειρήϊος: proprie χηρεῖος de viduo aut vidua, »sed et de orbis dicitur, ut et Hesychius adnotat.« Hac vero interpretatione admissa, tautologia existit plane intolerabilis: Per sortem illam, quae tibi in certaminibus obtigit, gaudeo coronâ, quae tibi sortito obtigit. *Grotius* haec ita expressit, ut, quid de singulorum verborum scriptura et sensu judicaverit, minime appareat:

Ipse ego pes unus fiam, vel dactylus horum,
In longum quos tu tendere, Flore, soles:
Ni tibi de tali certamine gratulor, etsi
Contigerit meritis nulla corona tuis.

— V. 5. post γὰρ in Vat. Cod. superscriptum τοι; ibidem πάλιν vitiose legitur. — εὔθυμος π. γίνου. ne mihi amplius succenseas. — V. 6. οὕτω. quamvis poëta, non stadiodromus, facile tamen cursus victoriam haud secus adipiscaris, quam hanc in poëtico certamine palmam nactus es.

¶. 440.] *IV.* Cod. Vat. p. 532. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stobaei* Floril. X. p. 128. 97 Gesn. 71. Grot. Ad foeneratorem, qui, numis suis foenore occupatis, ipse pauperrimus videri debebat. Cf. Ep. ὀθέσω. CCCCXLIX.

V. Planud. p. 320. St. 459. W. Πωμιανου inſcriptum. Verum auctoris nomen reſtitutum in Aldina 3. quam ſeriores non ſecutae ſunt. Polyxenam Polycleti laudat et cum Junone ejusdem artificis comparat. De hoc Epigrammate ſic ſcribit *Heynius* in Comment. T. X. p. 115. »Quid huic carmini faciam, non habeo. Tabulam edit »Polycleti, qui ſculptor fuit. Suſpiceris, Polygnotum re»ſingendum eſſe: at cum Junone comparatur, nobili »iſto Polycleti ſigno. Tum vero mirum, quod tabulam »cum ſtatua comparat. Non multum abſum, quin poë»tam parum doctum, cum ante oculos haberet praecla»ram illam tabulam, audito nomine Polygnoti confu»diſſe putem pictorem cum ſculptore. At Polygnoti »excidium Ilii, quod in Leſches pariete Delphis pictum »fuiſſe, ex Pauſania novimus, Simonidis diſtichon cele»brat I. p. 142.“ Hoc quoque *Polliani* Epigramma, ut plurima hujus generis, in quibus artium opera deſcribuntur, mere ἐπιδεικτικὸν eſſe, et tabulam a poëta non viſam, ſed fictam celebrare videtur. Imperiti hominis eſſe, ſponte apparet. — V. 3. ἀδελφόν. opus huic geminum atque ſimillimum. Hunc vocis ἀδελφὸς uſum illuſtravit *G. Koen.* ad *Gregor.* p. 269. et *Ruhnk.* ad *Timaei* Praef. p. 3. — V. 3. ὃ δ' ὡς. In hac Polyxenae imagine, quae — *jam moriens, ne non procumbat honeſta, Reſpicit*, (*Ovid.* II. Faſt. 833.) ſibi praeeuntem habuit *Euripidem* in Hecub. 555. ſq. cui ſimilia adhibuimus in Exercitt. crit. T. I. p. 22. Plura vide congeſta ap. *Magium* L. II. Miſcell. c. 21. in Lampade Art. Gruteri T. II. p. 1354. et quos laudat *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 643. Tragici dignitas et amoenitas vehementer imminuta ab Epigrammatographo. In fine pentametri v. πέπλῳ poſt πέπλοιο offendit *Brunckium*, qui χιτῶνι tentat. At totum carmen tam ineptum eſt, ut hoc quidem naevo non admodum offendar. — Recte monuit *Heynius*, nec extremi verſus acumen probandum eſſe, ἐν βλεφάροις — πόλε-

μος. i. e. terror, metus, dolor captorum civium, patria expugnata, in hujus unius oculis conſpicitur.

GAURADAE EPIGRAMMA.

Inſcriptum prioribus Vat. Cod. paginis a man. rec. Plan. p. 320. St. 460. W. cum lemmate: ὡς παρὰ τοῦ Πανός, quod falſum. In ejusmodi luſibus componendis plures veterum elaboraſſe, apparet ex *Martial.* L. II. 86. ubi inter *difficiles nugas*, quibus bonum poëtam operam dare negat, etiam illa carmina recenſet, quae *Graeca nusquam recantet Echo.* quem locum illuſtrans *Angel. Politianus* in Obſſ. Syll. I. 22. hoc *Gauradae* carmen excitat; cf. *Raderum* p. 236. et *Scaligerum* Poët. L. II. c. 29. — V. 2. μοῦ φιλεῖ. Vat. Cod. — V. 5. Meo nomine ei promitte pretium.

PROCLI LYCII HYMNI.

¶. 441.] De Procli pietate multa tradens *Marinus* in Vita ejus c. XIX. δηλοῖ δὲ, ait, ἡ τῶν ὕμνων αὐτοῦ πραγματεία, οὐ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι μόνων τιμηθέντων ἐγκώμια περιέχουσα, ἀλλὰ καὶ Μάρναν Γαζαῖον ὑμνοῦσα καὶ Ἀσκληπιὸν Λεοντοῦχον Ἀσκαλωνίτην κ. τ. λ. καὶ τῶν ἄλλων ἁπλῶς πάντων. Ex his tam multis Hymnis pauci aetatem tuliſſe videntur. Horum quatuor illi, quos *Brunckius* Analectis inſerui, ſubjecti ſunt Hymnis Orphei in edit. Aldin. 1517. 8. Eosdem cum *Olearii* et *Grotii* verſione metrica repetivit *Fabricius* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 508. ſqq. Hymnos duo in Venerem ſervavit etiam *Stobaeus* in Flori-

Florileg. LXI. p. 389. Gesn. 249. Grot. His autem myſticae poëſeos reliquiis duos ejusdem poëtae hymnos addidit, in Cod. Matritenſi a ſe repertos, Vir clariſſ. *Tychſen* in Bibl. Liter. et Art. Tom. I. p. 5. quos in ſecundo ejusdem Bibliothecae faſciculo erudito commentario illuſtravit vir doctiſſimus *Miſcherlich.* Quatuor illos et unum in Minervam cum verſione metrica iterum exhibuit myſticae philoſophiae apud Britannos praeco et vindex flagrantiſſimus *Taylor* ad calcem Verſionis *Salluſtii on the Gods and the World, London* 1793. 8. Hymnum in Minervam alius Britannus *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. IV. p. 249. ſimul cum Hymno in Hecaten p. 251. Ex Procli Hymno in Dionyſum verſum profert *Olympiodorus* in Vita Plat. p. 5.

I.

Hymnus in Solem.

V. 1. Solem poëta invocat regem πυρὸς νοεροῦ, i. e. ignis intelligentia praediti, quo epitheto Solis, tanquam ſummi numinis, natura a vulgari et materiali igne diſtinguitur. Demiurgum, poſtquam Lunam et Solem ſuo loco collocaſſet, *Proclus* tradit in Theolog. Plat. VI. 13. p. 380. lumen accendiſſe οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐοικός, οὐδὲ ἐκ τῆς ὕλης τοῦτο τῆς ὑποκειμένης λαβών — σύμβολον προτείνας τῶν νοερῶν τοῖς ἐγκοσμίοις οὐσιῶν, καὶ τὸ ἀπόῤῥητον τῶν ὑπὲρ τὸν κόσμον θεῶν ἐκφήνας τῷ παντί. et L. VI. 14. p. 378. ubi Apollinis facultates recenſet: ἡ μὲν ἐκφαντορικὴ τῆς ἀληθείας ἐστὶ καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς κρυφίως ὄντες ἐν αὐτοῖς τοῖς θεοῖς. Hunc verſum cum ſq. proferens *Barthius* ad *Claudian.* p. 4. ſq. apte comparat Veſtium Valentem: *Sol omnium rerum inſpector eſt igneus et lumen intellectuale ſenſuumque animi inſtrumentum.* et *Martianum Capellam:*

Ignoti vis celſa Patris, vel prima propago,
Fomes ſenſificus, Mentis fons, lucis origo,
Regnum naturae, decus atque aſſertio Divûm.

— χρυσήνιε Τιτάν. *Orpheus* Hymn. VII. 2. Τιτὰν χρυσαυγής. — V. 2. πηγῆς. vide ad Hymn. in Venerem II. 2. — V. 3. ἔχων κληῖδα. qui vitae fontem regis ac temperas. Sic *Orpheus* de Proteo Hymn. XXIV. πόντου κληῖδας ἔχοντα. de Amore LVII. πάντων κληῖδας ἔχοντα. De Genio idem LXXII. 6. ἐν σοὶ γὰρ λύπης τε χαρᾶς κληῖδες ἐχοῦνται. Cf. Hymn. in Muſas v. 18. *Jamblichus* de Myſter. VII, 2. p. 151. ὥσπερ οὖν ὁ κυβερνήτης — οὕτω — ὁ ἥλιος τῶν οἰάκων τοῦ κόσμου παντὸς ἐπιβέβηκεν. — ὑλαίοις κόσμοις. Mundus ὑλαῖος opponitur τῷ νοητῷ, materialis intelligibili. Ex Chaldaeorum theologia hunc locum interpretatur *Taylor* in nota huic verſui adſperſa; ſeptem illos corporeos mundos ſtatuiſſe dicens, quorum unus eſſet empyreus, tres aetherii, tres materiales, ὑλαῖοι. Poſteriores illos complecti ſolem, planetas et regionem ſublunarem. — Ad hos igitur mundos Sol ex ſuperiore illo loco (ὑψόθεν), in quo collocatus eſt, largum harmoniae fluvium transfundit — ἁρμονίης ῥῦμα πλούσιον ἐξοχετεύει. quibus verbis ad Pythagoricum de muſica coeleſti reſpicitur placitum. *Orpheus* H. in Solem VII. 9. Χρυσολύρη, κόσμου τὸν ἑναρμόνιον δρόμον ἕλκων. *Proclus* Theolog. Platon. p. 378. de Apolline, τῇ μὲν ὁμοπολήσει ſignificat τὴν ἑναρμόνιον τῶν ὅλων κίνησιν καὶ τὴν εἰς αὐτὴν συνιεῦσαν καὶ συνδέουσαν τὰ πάντα συμφωνίαν. *Clemens Alex.* Strom. V. p. 666. ὁ Ἥλιος — μέσος τῶν ἄλλων πλανητῶν τεταγμένος, τεῖς τε ὑπὲρ αὐτόν, τοῖς τε ὑπ' αὐτόν, κατά τινα θείαν μουσικὴν ἐνδίδωσι τοῦ φωτός. Eleganter *Maximus Tyrius* Diſſ. XIX. 3. p. 363. univerſum hunc mundum cum inſtrumento muſico comparat: ἡγοῦ τὸ πᾶν τοῦτο ἁρμονίαν τινὰ εἶναι ὀργάνου μουσικοῦ, καὶ τεχνίτην μὲν τὸν Θεόν, τὴν δὲ ἁρμονίαν αὐτὴν ἀρξαμένην παρ' αὐτοῦ, δι' ἀέρος ἰοῦσαν κ. τ. λ. — ἐξοχετεύων. Similiter de Sole *Themiſtius* Or. IV. p. 51. A. τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ εἰ καὶ πάμμεγα, ἀλλ' οὐ πανταχοῦ· ἡ δύναμις δὲ ἁπανταχοῦ καὶ αἱ ἀκτῖνες, καὶ ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάττῃ — πᾶσι γὰρ τοῖσε ἐκεῖθεν ἐποχετεύεται ἡ σωτηρία. Deus mundum ζωο-

ποιεῖ κινῶν καὶ ἐποχετεύων αὐτῇ τὴν ζωήν, ſecundum *Julianum* Orat. IV. p. 137. D. — V. 5. ἰών. Fabr. et Tayl. ἔχων *Brunckius* fortaſſe ſumſit a *Maittairio*, qui hos Hymnos edidit in Miſc. Gr. carminibus. Hujus mihi libri inſpiciendi copia non erat. Sol ſupra aetherem in medio mundo collocatus eſt, i. e. *Tayloro* interprete, in poſtrema regione aetherea, quae media eſt inter ſeptem mundos. — V. 6. κραδιαῖον. *Plutarch.* T. II. p. 928. B. ἥλιος δὲ καρδίας ἔχων δύναμιν, ὥσπερ αἷμα καὶ πνεῦμα διαπέμπει καὶ διατηεδάννυσιν ἐξ ἑαυτοῦ θερμότητα καὶ φῶς. Ut noſter, ſic *Jamblichus* quoque de Myſter. VII. 3. p. 152. omnes per univerſum vires a Sole emanare docet; et *Macrob.* Saturn. I. 18. *mundi mentem Solem eſſe opinantur auctores, a quo in homines manat intelligendi principium.* — V. 8. ζωσάμενοι. Tuos radios planetae cingunt aeternis choreis. *Proclus* Theol. Platon. p. 380. διὸ καὶ ἐξέπληξεν αὐτοὺς ὁ Ἥλιος φανείς, καὶ πάντες περὶ ἐκεῖνον χορεύειν ἐθέλουσι καὶ πληροῦσθαι τοῦ φωτός. Ex Platonicorum ſententia disputans *Julianus* Orat. IV. p. 135. A. ᾗ πᾶς μὲν ὑπείκει χορὸς ἀστέρων, ἵπεται δὲ ἡ γένεσις ὑπὸ τῆς τούτου κυβερνωμένη προμηθείας. οἱ μὲν γὰρ πλάνητες, ὅτι περὶ αὐτὸν ὥσπερ βασιλέα χορεύοντες, ἔν τισιν ὡρισμένοις πρὸς αὐτὸν διαστήμασιν ἁρμοδιώτατα φέρονται κύκλῳ. Caeterum de his aſtrorum choreis notavimus quaedam ad *Dionyſii* Hymn. XVII. Tom. II. P. II. p. 249. — V. 10. ζωογόνους — βαθάμιγγας. Hanc omnia animantem vim ipſi Soli, ut vitae auctori, tribuit *Julian.* Or. IV. p. 151. C. — V. 11. παλινόστοισι. Fabr. et Tayl. Apud eosdem diſtinguitur poſt ὡρέων, ſenſu, quem ſic reddidit *Olearius: Veſtris perpetuo repetitis moribus omnis, Aeternas juxta leges, hic naſcitur Hora.* et *Taylor: By thy perpetual and repeated courſe The hours and ſeaſons in ſucceſſion riſe.* Huic ſenſui patrocinari videtur etiam *Julian.* Orat. IV. p. 147. D. Sol τὰς τροπὰς ἐργαζόμενος, ὥσπερ ἴσμεν, πατὴρ Ὡρῶν ἐστιν. Pronior tamen ſum in Brunckianam lectio-

nem, qua ſenſus efficitur gravior: Per tuos in orbem redeuntes curſus omnia rerum genera ſecundum Horarum naſcuntur leges. Sol autem Horas temperat. Ad hunc vſ. et ſqq. comparandae antiquiſſimorum hominum querelae ap. *Plutarchum* T. II. p. 993. D. E. ἔτι μὲν οὐρανὸν ἔκρυπτεν ἀήρ, καὶ ἄστρα θολερῷ καὶ δυστατοῦντι πεφυρμένα ὑγρῷ καὶ πυρὶ καὶ ζάλαις ἀνέμων· οὐδέπω δὲ ὁ ἥλιος ἵδρυτο ἁπλανῆ καὶ βέβαιον ἔχων δρόμον, ᾗ καὶ δύσιν ἔκρινε, περὶ δὲ ἤγαγεν αὖθις ὀπίσω καρποφόροισιν ἐπιστέψας κάλυκος στεφάνοισιν Ὥρας. — V. 13. Te ab ineffabili tuo parente exorto omnis elementorum ceſſavit pugna et confuſio. Inter alias Solis facultates eſt etiam ἡ ἀναιρετικὴ παντὸς τοῦ πλημμελοῦς καὶ ἀφανιστικὴ πάσης τῆς ἀταξίας, ſecundum *Proclum* in Theol. Plat. p. 379. De confuſione omnium rerum a deo ſublata *Plato* in loco illuſtri in Tim. p. 527. A. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβών, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. A mente divina (τῷ Νῷ) omnes res primitus temere congeſtas et confuſas in ordinem fuiſſe diſpoſitas, primus philoſophorum Anaxagoras tradidit, cujus placita illuſtrat *Valcken.* in Diatr. p. 40. — ἀπ' ἀῤῥήτου γενετῆρος. Deus Solem αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ παρήγαγε καὶ ἐγέννησε, docente *Proclo* in Theol. Plat. p. 380. *Julian.* Or. IV. p. 141. D. Ἐξ ἑνὸς προῆλθε τοῦ θεοῦ εἷς ἀφ' ἑνὸς τοῦ νοητοῦ κόσμου βασιλεὺς Ἥλιος τῶν νοερῶν θεῶν μέσος ἐν μέσοις τεταγμένος. Demiurgos autem ἄῤῥητος, ineffabilis nec nomine appellandus. Vide *Th. Gale* ad *Jamblich.* de Myſter. p. 290. ſq. — V. 15. Tibi Parcarum cedit collegium, et, ſi jubeas, neceſſitatis fila retro volvunt. De ſummo numine *Orpheus* ap. *Clem. Alex.* Strom. V. p. 724. Δαίμονες ὃν φρίσσουσι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος· Ὅτι Μοῖραι πείθονται, ἀμείλικτοι περ ἐοῦσαι. Arcto vinculo Parcae cum Apolline conjunctae putabantur. Ut enim hic ordinis et harmoniae in mundo auctor

eſt, ſic Parcae quoque harmoniam per rerum naturam efficiunt. *Proclus* Theol. Plat. VI. 23. p. 410. Καὶ γὰρ τὰς τῶν Σειρήνων ᾠδὰς καὶ τὰς εὐρύθμους κινήσεις τοῦ οὐρανοῦ τελειοῦσιν αἱ Μοῖραι καὶ πάντα πληροῦσιν, τοῖς ἑαυτῶν ὕμνοις προκαλούμεναι μὲν τὴν τῆς μητρὸς ποίησιν εἰς τὸ πᾶν διὰ τῶν νοερῶν ὕμνων, ἐπιστρέφουσαι δὲ πάντα πρὸς αὐτὰς διὰ τῆς ἁρμονίου τῶν ὅλων κινήσεως. Quae hoc loco de Sirenum cantibus traduntur, ea ducta ſunt ex *Platon.* de Rep. X. p. 617. B. Fortaſſe tamen *Proclus*, cum Parcas Apollini parere traderet, non tam de harmoniae inter utrumque numen conjunctione, ſed de alio quodam cogitavit vinculo. Anima ab adſpectu deorum in terreſtrem hanc vitam detruſa, neceſſitatis et fati vinculis conſtringitur, διὰ τοῦτο ἐν τῷ τῆς Ἀνάγκης καὶ Εἱμαρμένης ἐγένετο δεσμῷ, unde melioris apud deos vitae recordatio et contemplatio in ea extinguitur. *Jamblich.* de Myſt. X. 5. p. 176. Jam cum illa recordatio per Solis πῦρ νοερὸν efficiatur, apparet, cur Apolline jubente Parcae dicantur fila Neceſſitatis (ἀναγκαίης λίνον αἶσης) retro volvere. — V. 17. εὖτε θέλεις. Vulgo. Elegantius putabat *Br.* εὖτ' ἐθέλεις. — V. 18. Phoebum, cantus et citharae deum, a Sole diverſum fingit, in quo omnes ſcilicet muſicae vires. — σειρῆς. Rerum omnium inter ſe cunjunctionem *catenae* nomine indicabant Platonici, reſpectu habito ad locum *Homeri* Il. θ. 17. ſqq. ut apparet ex *Ariſtide* Or. in Jovem T. I. p. 4. 5. δημιουργὸς αὐτὸς καὶ οἰκιστὴς τοῦ παντός, οὐσίας τε καὶ δυνάμεις ἔχων. ὡς δὲ καὶ θεῶν ὅσα φῦλα, ἀποῤῥοὴν τῆς Διὸς τοῦ πάντων πατρὸς δυνάμεως ἕκαστα ἔχει καὶ ἀτεχνῶς κατὰ τὴν Ὁμήρου σειράν, ἅπαντα εἰς αὐτὸν διήρτηται καὶ πάντα ἐξ αὐτοῦ ἤρτηται. quem locum, Platonicorum catenam explicans, attulit cl. *Mitſcherlich.* l. c. p. 26. ſq. Ut ex Jove omnium rerum, ſic ex aliis diis peculiares quaedam catenae pendent, (i. e. vires emanant,) quae item σειραὶ vocantur. Jam ad Solis σειρὰν pertinet Phoebus, Aeſculapius, Dionyſus. Noſter Hymno IV. 1. ὑμνέομεν

σειρὴν πολυώνυμον Ἀφροσυνείης. — V. 20. εὐνάζει μέγα κῦμα. cantu rerum terreſtrium et humanarum fluctus compeſcit. Similiter ſapientiam ait παθέων εὐνάζειν γενέθλην Hymn. in Min. 17. ubi vide *Mitſcherl.* p. 33. γενέθλης κύματα iterum dixit Hymn. in Muſ. 27. Ad ſenſum facit *Plato* in Tim. p. 47. D. (T. IX. p. 339. ed. Bip.) Ἡ δὲ ἁρμονία συγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ Μούσαις, οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον, εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς αὖ, διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ Χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν, ἐπίκουρος ἐπὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη. Pythagoram conſtat muſicae viribus affectus ſedaſſe cantibusque διακαθῆραι συγκεκλυδασμένον τὸ νοητικόν, ἡσύχους τε ἀπειργάζεσθαι, tradente *Jamblicho* in Vita Pyth. 65. p. 51. — ¶. 442.] V. 21. Sol Paeoni, ſanitatis deo, originem dedit. Apollo ἀλεξίκακος, *malorum averruncus*, ap. Athenienſes colebatur, quod ejus nomen *Macrobius* Saturn. I. 17. ad peſtilentiam ab eo depulſam refert. — Παιήων βλάστησε. Vis ſalubris et animos purgans Soli propria, ſecundum *Proclum* in Theol. Plat. VI. 12. p. 379. Ὅσαυτως καὶ ἐπιλάμπει τοῖς ἀναγομένοις τὸ τέλειον καὶ νοερὸν μέτρον τῆς εὐδαίμονος ζωῆς, ταῖς καθαρτικαῖς καὶ παιωνίοις τοῦ βασιλέως Ἀπόλλωνος δυνάμεσιν. Hinc Paeon ſive Aeſculapius Apollinis filius. *Eſt* enim *Aeſculapius vis ſalubris de ſubſtantia Solis, ſubveniens animis corporibusque;* ut ait *Macrobius* I. Saturn. 20. *Julian.* Or. IV. p. 144. A. B. ἐπεὶ δὲ (Ἥλιος) ὅλην ἡμῖν τὴν τῆς εὐταξίας ζωὴν συμπληροῖ, γεννᾷ μὲν ἐν κόσμῳ τὸν Ἀσκληπιόν. Idem p. 153. A. B. ἔτι σοι λέγω, πᾶς τῆς ὑγιείας καὶ σωτηρίας πάντων προσήκουσα, τὸν σωτῆρα τῶν ὅλων ἀπογεννήσας Ἀσκληπιόν. — V. 24. Διωνύσσοιο. Fabr. et Tayl. — Secundum *Platonem* dii, hominum miſerti, Bacchum et Muſas iis dederunt συγχορευτάς, ἐφάνη δὲ ἡμῖν ἥλιος τεύτην κοινὸς ἡγεμών

Διονύσου μὲν πατρὸς ὑμνούμενος, ἡγεμὼν δὲ Μουσῶν. quae verba ſunt *Juliani* Or. IV. p. 152. C. Idem Bacchum cum Sole commune regnum obtinere ait p. 148. D. Orphici Bacchum et Solem unum eundemque eſſe deum dicebant. *Macrob.* I. Sat. 18. *Solem Liberum eſſe manifeſte pronuntiavit Orpheus hoc verſu:* Ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν. *Et is quidem verſus abſolutior, ille vero ejusdem vatis operoſior:* εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος. — V. 25. „Fabricius ex Oleario edidit εὔιον Ἄτην. *Maittaire* Ἄτιν „verſu claudicante. Scribendum Ἄττιν. Eſt autem Solis „nomen, de quo videndi *Salmaſius* ad Hiſtor. Aug. „p. 180. et 349. et Reineſius Inſcript. p. 73.“ *Br.* Verba ὕλης ἐνὶ βένθεσιν lucem lucrantur ex *Julian.* Or. V. 165. qui Attiden vim opificem eſſe docet. Haec ad infimam materiae partem deſcendens, in ſpeluncam ſeſe abdidiſſe dicitur ibique cum Nympha congreſſa eſſe. Nympha autem τὸ δίϋλον τῆς ὕλης ſignificabat. Eandem rem ὕλης νεάτοις βένθεσιν indicat *Proclus.* — V. 26. ἐπευφήμισαν. Fabr. Tayl. — Adonis idem cum Sole. *Macrob.* I. Saturn. 21. — V. 27. Te tuamque potentiam, (quam poëta *flagello* ſignificat) daemones timent mortalibus infeſti. Sunt enim noxii quidam daemones, qui animabus multa mala inferunt, ut ſemper in profunda vitae voragine verſari nec unquam Jovis arcem reſpicere cupiant. *Minutius Felix* in Octav. c. 27. *Daemones a coelo deorſum gravant et a deo vero ad materiam avocant vitamque turbant.* Similia de Daemonibus eorumque cum animabus commercio tradit *Jamblich.* de Myſter. III. 31. et *Proclus* de Anima p. 24. *a.* ed. Aldin. — 30 κατὰ λαῖτμα βύθοιο. Significatur materia, cum qua animae conjunctae, tanquam in gurgitem immerſae, vehementer agitantur. *Plato* in Tim. T. IX. p. 329. ſq. Cf. Phaedr. p. 248. ſq. — Pro δειλῶν, quod qua auctoritate nitatur, ignoro, vulgo δυσῶν, *miſeris*, legitur; et pro πεθεῦσαι, quod ſyntaxis flagitabat, πεθοῦντες. — ζω-

γόδεσμα animae, cum corporibus junctae, quasi sub jugo et in vinculis laborant. Cf. ad Hymn. in Musc. 29. — V. 32. Minervam *Proclus* rogat in Hymno a *Tychsenio* edito v. 34. μένος δ' ἔμπνευσον ἔρωτι Τοσσάτιον καὶ τοῖον, ὅσον χθονίων ἀπὸ κόλπων Αὖ ἐρύσει πρὸς Ὄλυμπον, ἐς ἤθεα πατρὸς ἑῆος. — λάθοιντε. Cf. not. ad Hymn. in Musc. v. 6. — πατρὸς αὐλῆς. ut ap. *Aeschyl.* Prom. 122. πᾶσι θεοῖς — Ὀπάσσοι τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν. — V. 33. θεῶν ἄριστε. Vulgo. — V. 34. εἰκὼν παγγ. θεοῦ. Sol summi dei splendida imago. *Plutarchus* T. II. p. 781. F. Θεὸς — ἥλιον ἐν οὐρανῷ μίμημα τὸ περικαλλὲς αὐτοῦ δι' ἐσόπτρου εἴδωλον ἀναφαίνεται, τοῖς ἐκεῖνον ὁρᾶν δι' αὐτοῦ δυνατοῖς — *Platonem* secutus de Rep. L. VI. p. 508. B. C. quem expressit *Julian.* Or. IV. p. 133. A. *Proclus* Theol. Plat. p. 378. m. et alii plurimi, quos laudat *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 27. — ψυχῶν ἀναγωγεῦ. Sol animas in materiae voragine laborantes veritatis luce illustrans ad superiores regiones adducit. Hanc vim cum dii exercent in animas mortalium, eas dicuntur ἀνάγειν, ἕλκειν. Cf. Hymn. in Musc. 1. 14. 15. 18. H. in Hecat. 4. τεύχετε δ' ἀγλαΐεσσαν ἐμοῦ βιότοιο τορείην, βριθομένην ἀγαθοῖσι· κακὰς δ' ἀπελαύνετε νούσους Ἐκ βεθέων, ψυχὴν δὲ περὶ χθονὶ μαργαίνουσαν Ἕλκετ' ἐγερσινόοισι καθηραμένην τελετῇσι. Anima purgata et defaecata μετὰ τοῦ ἀναγωγοῦ ἡγεμόνος ἀκολουθεῖ τῇ ἀγαθῇ θελήσει χαίρουσα. *Jamblich.* de Myst. II. 7. p. 49. *Julian.* Or. V. p. 172. A. B. docet, τοὺς ἀναγωγοὺς ἀκτῖνας ἡλίου indicare illam θεῖαν καὶ καθαρὰν ἐν ταῖς ἀκτῖσιν ἱδρυμένην οὐσίαν, ἣ ἕλκει καὶ ἀνάγει τὰς εὐτυχεῖς ψυχάς. Sed inprimis huc facit Idem Or. IV. p. 152. A. Τὰ μὲν οὖν θειότερα καὶ ὅσα ταῖς ψυχαῖς δίδωσιν (Ἥλιος) ἀπολύων αὐτὰς τοῦ σώματος, εἶτα ἐπανάγων ἐπὶ τὰς τοῦ θεοῦ συγγενεῖς οὐσίας, καὶ τὸ λεπτὸν καὶ εὔτονον τῆς θείας αὐγῆς οἷον ὄχημα, τῆς εἰς τὴν γένεσιν ἀσφαλοῦς διδόμενον καθόδου ταῖς ψυχαῖς, ὑμνείσθω ἄλλως ἀξίως. — V. 35. κάθημερον. Inter plurima alia bona, quae animae praestat Sol, etiam hoc est, quod κρίσιν

αὐτῇ προτείνει, καὶ ἴλιγγι κατευθύνει, καὶ ἀποκαθαίρει λαμπρότητι, quae *Juliani* verba ſunt Or. IV. p. 151. C. — V. 37. κηλίδων. Praeclarus eſt *Virgilii* de animabus locus Aen. VI. 730.:

Igneus eſt ollis vigor et coeleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt cupiuntque; dolent gaudentque, neque auras
Diſpiciunt clauſae tenebris et carcere coeco.
Quin et ſupremo quum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt peſtes.

Quas *corporeas peſtes Virgilius* appellat, κῆρας vocant nonnulli philoſophi; cf. *Valcken.* ad *Euripid.* Hippol. p. 283. B. κηλῖδας idem per *concretam labem* expreſſiſſe videtur v. 745. *Donec longa dies, perfecto temporis orbe, Concretam exemit labem, purumque reliquit Aetherium ſenſum.* Vitia, quibus homines per vitam maculantur, labem in anima relinquunt, auctore *Platone* in Gorgia p. 313. G. quem multi ſequuti ſunt. Cf. *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 111. et *Mosheim.* ad *Cudworth.* Syſt. Intell. T. II. p. 409. σπίλους ἐν τοῖς στάθμεσιν ὑμῶν ἐγκεκολαμμένους has maculas appellat *Lyſis* Pythagoreus in Epiſtola ap. *Jamblich.* V. Pyth. c. 76. p. 63. — V. 37. Ποινῶν. Idem noſter Minervam rogat in Hymn. v. 40. μηδέ μ' ἐάσῃς Ῥηγεδανοῖς Ποιναῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι. Nam quae animae faece corporea obrutae ſunt, eae — *exercentur poenis, veterumque malorum Supplicia expendunt. Virgil.* l. c. 739. ex *Platonis* Gorgia T. IV. p. 168. ed. Bip. quem, ut ſolet, ſecutus eſt *Julian.* Or. II. p. 90. B. — V. 40. Animae meae purum lumen miniſtra, tenebris peſtiferis ab ea depulſis. Horum quoque fons *Plato* eſt, ad quem provocat *Proclus* Theol. Plat. VI. 12. p. 377. ἐν τῇ Πολιτείᾳ τὸν Ἥλιον ἀνάλογον τῷ ἀγαθῷ τάττων, καὶ τὸ αἰσθητὸν φῶς, τῷ ἐκεῖθεν εἰς τὸ νοητὸν προϊόντι, καὶ τὸ

φῶς ἀληθείαν προσαγορεύων κ. τ. λ. Idem de Anima p. 27. a. *Intellectus noſter eſt numinis Apollinei proles.* — ἀχλύν. tenebras animae a materia ſive a corpore objectas. *Julian.* Or. IV. p. 142. D. homo, ait, διττή ἐστι μαχομένη φύσις εἰς ἓν συγκεκραμένη, ψυχῆς καὶ σώματος· τῆς μὲν θείας, τοῦ δὲ σκοτεινοῦ καὶ ζοφώδους. Cf. Hymn. in Muſ. 23. ſq. Ceterum ſimilis argumenti preces ad Solem fundit *Julian.* Or. IV. p. 158. B. ad matrem deûm Or. V. p. 180. B. C. — V. 42. σώματι ἀρτεμίην. Hymn. in Minerv. 43. Δὸς γυάλοις μελέων σταθερὴν καὶ ἀπήμονα ὑγείην· Σαρκοτάκων δ' ἀπέλαυνε πικρῶν ἀγελάσματα νούσων, Ναὶ, λίτομαι, βασίλεια, καὶ ἀμβροσίῃ σέο χειρὶ Παῦσον ὅλην κακότητα μελαινάων ὀδυνάων. — V. 43. προγόνων. majorum meorum more Muſarum mihi munera curae ſint. Haec fortaſſe ad vetuſtum Apollinis Lycii cultum referri debent. Facit huc *Marinus* in Vita Procli p. 6. ἄγουσι δὲ αὐτὸν τίνες οἱ πατέρες τεχθέντα εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἀπόλλωνος Ξάνθον· καὶ ταύτην κατὰ θεῖόν τινα κλῆρον πατρίδα αὐτοῦ γενομένην. ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν μέλλοντα πασῶν ἐπιστημῶν ἡγεῖσθαι ὑπὸ τῷ Μουσηγέτῃ θεῷ τροφῆς τε καὶ παιδείας μεταλαγχάνειν. — V. 46. θέλεις δ. ἄ. δύνασαι δὲ ἄ. τ. ῥ. κρατερὴν γὰρ ἔχεις. Vulgo, — V. 48. Mala fato nobis immiſſa depellas et avertas. ἀστεροδινήτοις. quia *ſtellarum curſus ordinem rerum humanarum — pro poteſtate disponunt, vel, ut Plotino conſtat placuiſſe, ſignificant, Macrob.* I. Saturn. 17. — V. 50. μεγάλῃ — διπῇ. De ſagittarum Apollinis impetu interpretatur *Taylor.* Huic interpretationi favet *Sophocl.* in Oed. Tyr. 203. ubi Thebanorum chorus deos, ut peſtem depellant, precatur: Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ χρυσοστρόφων Ἀπ' ἀγκυλῶν βέλεα θέλοιμ' ἂν Ἀδάμαστ' ἐνδατεῖσθαι Ἀρωγὰ προσταθέντα. *Timotheus* ap. *Macrobium* I. Saturn. 17. σὺ δ', ὃ τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον λαμπρᾶις ἀκτῖσιν ἥλιε βάλλων, πέμψον ἑκαβόλον ἐχθροῖς βέλος ἐξ ἀπὸ νευρᾶς, Παιάν.

II.

Hymnus in Muſas.

¶. 443.] V. 1. ἀναγώγιον φῶς. lumen mentem illuſtrans et animam ad deorum revocans ſedes. Vide ad Hymn. in Sol. 35. — V. 3. κατὰ βένθος. per terram et in materiae quaſi voragine vagantes. Cf. ad Hymn. in Sol. 25. ἁλᾶσθαι dicitur ψυχή, quae a rerum divinarum contemplatione averſa, humana tantum curat iisque cogitatione inhaeret; verba ſunt *Mitſcherlichii* ad Hymn. in Min. 32. p. 37. Infra v. 28. ψυχὴν οὐκ ἐθέλουσαν ἐμὴν ἐπὶ δηρὸν ἁλᾶσθαι. Quod *Proclus* de Muſis in univerſum praedicat, uni ex toto choro tribuit *Plutarchus* T. II. p. 1029. D. Οἱ δὲ πρεσβύτεροι Μούσας παρέδωκαν καὶ ἡμῖν ἐννέα· τὰς μὲν ὀκτώ, καθάπερ ὁ Πλάτων, περὶ τὰ εὑράνια· τὴν δὲ ἐννάτην τὰ περίγεια κηλεῖν ἀνακαλουμένην καὶ καθιστᾶσαν ἐκ πλάνης καὶ διαφορᾶς ἀνωμαλίαν καὶ ταραχὴν ἐχούσης. — V. 4. τελετῇσιν. Luſtrationibus myſticis anima a ſordibus, quae ei ex conjunctione cum corpore adhaerent, purgatur. Hymn. in Hecat. v. 7. ψυχὴν δὲ περὶ χθονὶ μαργαίνουσαν Ἕλκετ' ἐγερσινόοισι καθηραμένην τελετῇσι. Notus *Platonis* locus in Phaedone p. 69. C. (T. I. p. 157. Bip.) καὶ κινδυνεύουσι καὶ εἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. *Plato* ut ipſe hoc loco expreſſit *Sophoclem* (ap. *Plutarch.* T. II. p. 21. E.), ita ipſe multos imitatores invenit. Vide *Valckenar.* ad *Euripid.* Hipp. p. 163. *Orpheus* Hymn. in Muſ. LXXV. 4. πάσης παιδείης ἀρετὴν γεννῶσαι ἄμεμπτον· Θρέπτειραι ψυχῆς, διανοίας ὀρθοδόντειραι, Καὶ νοῦ εὐδυνάτοιο καθηγήτειραι ἄνασσαι, Αἳ τελετὰς θνητοῖσ' ἀνεδείξατε μυστιπελεύτους. — V. 5. γηγενέων ὀδυνάων. dolorum illorum, quibus anima, dum in terris verſatur, obnoxia eſt. Omnia mala, ut ex materia proficiſcentia,

γηγενῆ. Hymn. in Vener. I. 15. γηγενέος προφυγοῦσαν ὀλοίϊον οἶστρον ἐρωῆς. Minervam cum Gigantibus comparans *Ariſtides* Or. II. p. 11. horumque naturam illius indoli prorſus contrariam eſſe docens, οἱ μὲν γάρ, ait, τῶν κοίλων τῆς γῆς ἐπεφύκεσαν καὶ τῶν ἀλογωτάτων· ἡ δὲ ἐκ τοῦ καθαρωτάτου τῶν ἐν τῷ αἰθέρι. — V. 6. Muſae animas ſapientia imbuentes, eas docent ſeſe extollere ſupra regiones *Oblivionis* et ad aſtra feſtinare. Eadem *Proclus* repetit infra v. 25. — Amoris cauſas et originem explicans *Plato* in Phaedro p. 250. A. (T. X. p. 328.) Καθάπερ γὰρ εἴρηται, πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα — ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα, οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ, οὔτε ὅσαι βραχέως εἶδον τότε τἀκεῖ, οὔθ' αἱ δεῦρο πεσοῦσαι ἐδυστύχησαν· εὔτε ὑπὸ τινῶν ὁμιλιῶν ἐπὶ τὸ ἄδικον τραπόμεναι, λήθην ὧν τότε εἶδον ἱερῶν ἔσχον κ. τ. λ. cum quo loco comparandus *Plutarch.* T. II. p. 745. D. E. fabulam de Sirenibus ad mentem *Platonis* explicans. Varia vocabula, quibus Platonici animae, corpori alligatae, exſilium ſignificabant, conjungit *Jamblichus* de Myſter. III. 20. p. 86. 20. ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη ψυχὴ κατέχεται ὑφ' ἑνὸς εἵρκους καὶ ὑπὸ τοῦ σώματος πανταχόθεν ἐπισκοτεῖται· ὅπερ εἴτε Ἀμέλητα ποταμόν, εἴτε Λήθης ὕδωρ, εἴτε ἄγνοιαν καὶ παραφροσύνην, εἴτε διὰ παθῶν δεσμόν, εἴτε ζωῆς ὑστέρησιν ἢ ἄλλο τι τῶν κακῶν ἐπονομάσειεν, οὐκ ἄν τις ἐπαξίως εὕροι τὴν ἀτοπίαν αὐτοῦ προσονομάσαι. — V. 7. Anima poſt mortem purgata ad aſtra aſcendet, inter quae verſabitur σύννεμος. — V. 8. γενεθλήϊον ἀκτήν. in regiones materiae. De gravi illo animarum ex ſuperioribus et divinis regionibus caſu notus mythus in Phaedro *Platonis*. Cf. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 113. — ὑλοτραφέσσι πεῖρ κλήροισι μανεῖσαι. Hymn. in Hecat. 6. ψυχὴν περὶ χθονὸς μαργαίνουσαν. Attinis fabulam explicans *Julianus* Or. V. p. 179. C. illum ἄφρονα fingi ait, ὅτι τὴν ὕλην εἵλετο καὶ τὴν γένεσιν ἐπιτροπεύει· σοφὸς δέ, ὅτι τὸ σκύβαλον τοῦτο (materiam) εἰς κάλλος ἐκόσμησε. — V. 10. ἐρωήν. Illum furorem, quo

viliores animae verſus materiam feruntur, in me reſtinguite et intelligentibus ſapientum vocibus ſanctum enthuſiaſmum in pectore meo accendite. Similia Minervam rogat in Hymn. v. 33. ἱρωὴν eodem ſenſu uſurpavit Hymno in Vener. I. 15. et II. 21. Haud ſcio, an *Proclus* reſpexerit *Platonem* in Phaedro p. 245. A. τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοχή τε καὶ μανία, λαβοῦτα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχήν, ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν, μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει. — V. 14. γενέθλης. abſolute cum notione pravitatis ponitur. Hymn. in Hecat. 10. φάος δ' ἐρίτιμον ἀθρήσω, Κυανέης ὄθεν ἐστὶ φυγεῖν κακότητα γενέθλης. — V. 15. ἔλκετε. Idem h. l. ἔλκειν, quod ἀνάγειν et ἀναίρειν. Vide *Mitſcherl.* l. c. p. 19. — βρίθουσαν. multa ex libris veſtris ſapientia inſtructum. — V. 18 — 32. Hos vſſ. cum inſcriptione ὕμνος κοινὸς tanquam peculiarem Hymnum edidit *G. Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 252. lectionibus nonnihil a vulgata discrepantibus. Recte haec particula a praecedentibus ſejungitur. Hymnus in Muſas finem habet v. 17. In iis, quae ſequuntur, preces ad deos in univerſum diriguntur. Non enim veriſimile eſt, poëtam easdem res in eodem carmine his poſuiſſe. Jam confer v. 19. cum v. 1., v. 20. cum v. 15., v. 21. cum v. 4., v. 25. cum v. 6. et facile intelliges, haec ejusdem Hymni non eſſe. — V. 18. σοφίης οἴηκας ἔχοντες. *Orpheus* H. in Amor. LVII. 8. μοῦνος γὰρ τούτων πάντων οἴηκα κρατύνεις. Lex (ὁ νόμος) ap. eundem Hymn. LXIII. 8. μοῦνος ζώων οἴηκα κρατύνει. Hymn. in Mort. LXXXVI. κλῦθί μου, ὃς πάντων θνητῶν οἴηκα κρατύνεις. — V. 19. In Cod. Wakefield. ἕλκυτης — ψυχὰς — λιποῦσας, quod vir cl., cum non meminiſſet, haec jam ſincerius edita eſſe, ſic emendavit: ψυχαῖς — ἑλκτῆς ἀθανάτων — λιποῦσαις. — V. 20. σκότιον κευθμῶνα. materiae vorago. βένθος βιότοιο ſupra v. 3. χθονίους κόλπους vocat in Hymn. in Minerv. 35. — V. 21. καθηραμένας. Vulgo et in Cod.

Wakef. qui emendavit: ὑμῶν (ὕμνων) ἀῤῥήτοισι καθαρμένοις. — V. 22. δ' ante ἀπὸ omittit *Wakef.* — V. 23. φάος. Cf. Hymn. ad Solem v. 40. Sequentia ducta ſunt ex *Homeri* Il. E. 127. ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα. — Pro εὖ γνῶς vulgo εὐγνοίην legebatur. Illud rectius. — V. 25. ληθαίοις χεύμασι. Cf. ad v. 6. et ad H. in Sol. 29. ſq. — V. 27. Cf. H. in Sol. 20. 25. 30. — ¶. 444.] V. 28. Pro ἀλᾶσθαι cl. *Wakefield* ἀλάσθω ſcripſit, cum in Cod. ſuo ſequentem verſum non reperiſſet. ἀλᾶσθαι et πλανᾶσθαι dicuntur animae, quas inhaerens materiae deſiderium a reditu ad deos prohibet. *Plato* in Phaedone p. 81. D. (T. I. p. 185. ſq.) καὶ οὔτε γε τὰς τῶν ἀγαθῶν (ψυχὰς) ταύτας εἶναι, ἀλλὰ τὰς τῶν φαύλων, αἳ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι, δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς, κακῆς οὔσης, καὶ μέχρι γε τούτου πλανῶνται, ἕως ἂν τῷ ξυναπακολουθοῦντος τοῦ σωματοειδοῦς ἐπιθυμίᾳ πάλιν ἐνδεδῶσιν εἰς σῶμα. *Salluſtius* de Diis c. 19. p. 278. animae κολάζονται — αἱ μὲν ἐνταῦθα πλανώμεναι — αἱ δὲ ὑπὸ δαιμόνων ταραττόμεναι. Huc pertinet locus *Empedoclis* ſervatus a *Plutarcho* T. II. p. 607. C. ἔστι τ' ἀνάγκης χρῆμα —

> Εὔτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ,
> Δαίμονες οἵτε μακραίωνος λελόγχασι βίοιο,
> τρὶς μὶν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι.

— V. 29. ποινή. Cf. ad Hymn. in Sol. 35. Hymn. in Min. 41. — δεσμοῖσι. Iis, quae notavimus ad *Palladae* Ep. CXXXI., adde *Jamblich.* de Myſt. II. 7. p. 49. 14. ψυχαὶ δίκην τίνουσαι σώμασιν ἐνδέδενται. *Empedocl.* ap. *Plutarch.* T. II. p. 996. B. — V. 30. pro ἐριλαμπέος Cod. Wakef. ἐπιλαμπέος. male. — V. 31. ἀταρπόν. *Orpheus* ap. *Juſtin. Mart.* de Monarch. p. 156. εὖτ' ἐπίβαινε Ἀταρπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα. — V. 32. ἐργιακαί. Cod. Wakef. qui ἐργιακὰς edidit.

III.

Hymnus in Venerem.

Habetur in *Stobaei* Floril. LXI. p. 389. Gesn. 249. Grot. — V. 1. Venerem peculiari honore apud Lycios cultam esse, an aliunde constet, ignoro equidem; nec, quibus rebus de priscis Lyciis bene meruerit dea, scio. — Notanda locutio περιπλήθοντες ἀρωγῆς, de iis, quibus plurimum auxilii contigerat. — ἀλεξικάκοιο *Stob.* Perperam ap. Fabr. et Tayl. ἀλεξικάκοισι. — V. 5. In antiquo illo simulacro expressa erant symbola matrimonii Veneris et Vulcani. νοερὸς γάμος is est, qui non inter corpora, sed intelligentias contrahitur, neque sensibus, sed mente percipitur. Hac ratione τὰ νοερὰ et τὰ ἀπόῤῥητα copulantnr ap. *Proclum* in Theol. Plat. l. VIII. p. 17. et passim. — V. 7. Ὀλύμπιον. Veneris Olympiae templum, ab Epimenide, ut tradebant, exstructum, Spartae fuit, teste *Pausania* L. III. 12. p. 237. — Ὀλυμπίαν. *Stob.* Gesn. — V. 7. ἧς διὰ κάρτος. Veneris vi factum est, ut illi saepe mortem effugerent et virtutem colerent; eadem effecit, ut ex eorum conjugiis praeclara exoriretur progenies. — V. 11. βιότοιο γαλήνην. Hymn. in Minerv. 47. δὸς βιότῳ πλώοντι γαληνιόωντας ἀήτας. — V. 14. ἀπ' αἴσχεος. Animam a turpi materiae amore ad contemplationem aeternae pulchritudinis extolle. Pulchritudo ipsa in diis est; animae autem θείου κάλλους μεταλαγχάνειν αἰεὶ σύνεστι. *Jamblich.* de Myst. I. 7. p. 12. *Proclus* de Anima p. 23. *b. Omnis amatorius ordo causa conversionis est rebus omnibus ad divinam pulchritudinem et formam.* et mox: *Exercitus heroum una cum daemonibus et angelis circa pulchritudinem debacchantur. — Jam vero animae hominum inspiratione ejusmodi tactae et naturaliter cognatae Deo, circa pulchrum moventur assidue.* In pulchro enim Platonici humanitatis quasi fastigium ponunt nihilque praestantius esse tradunt enthu-

ſiaſmo eo, quo anima ad pulchritudinem fertur. Hoc autem ut fiat, anima τελεταῖσι purgata ſit, neceſſe eſt. *Plato* in Phaedro p. 251. A. (T. X. p. 330. ſq.) — γιγνέος ἱμερῆς. turpis materiae et rerum terreſtrium cupiditas. Vide ad H. in Muſ. v. 10. Ad ſententiam facit *Proclus* de Theol. Plat. VI. 22. p. 404. ἡ δὲ Ἀφροδίτη τῆς δι' ὅλων διηκούσης ἐρωτικῆς ἐπιπνοίας ἐστὶν αἰτία πρωτουργός, καὶ πρὸς τὸ καλὸν οἰκειοῖ τὰς ἀναγομένας ὑφ' ἑαυτῆς ζωάς. *Orpheus* H. in Amor. LVII. καθαραῖς γνώμαις μύσταισι συνέρχου, φαύλους δ' ἐκτοπίους ὁρμὰς ἀπὸ τῶνδ' ἀπόπεμπε.

IV.

Hymnus in Venerem.

¶. 445.] Etiam hic Hymnus exſtat ap. *Stob.* Flor. LXI. p. 389. Gesn. 249. Grot. — V. 1. σειρήν. Ordinem deorum (ſive virium) a Venere procedentium et ab ea pendentium. Vide ad Hymn. in Sol. 18. — V. 2. πηγήν. ipſam Venerem, unde, tanquam ex fonte, amatoriae quaedam vires (Amores) profluunt. Summus omnium rerum auctor et δημιουργὸς princeps πηγή; ab hoc orti dii ſuos quisque rivulos emittunt; quorum reſpectu ipſi quoque πηγαὶ eſſe videntur. Cf *Mitſcherl.* ad Hymn. in Minerv. I. p. 25. ſq. et *Gale* ad *Jamblich.* Myſt. p. 299. — V. 3. πτερόεντες. Non ſine cauſa hoc epitheton additur. Reſpicitur enim ad vim Amoris animam incitandi et extollendi, quod *Platonem* alis animae ſubnaſcentibus ſignificaſſe, ſatis conſtat. *Plato* in Phaedro p. 251. B. C. (T. X. p. 331.) — V. 4. νοερῶι βελ. Non de vulgari amore, ſed de eo agitur, quo anima ad ſummam perfectionem tendit; hinc Amoribus νοερὰ βέλεμνα tribuuntur. His inſtructum eſt primum et nobiliſſimum Amorum genus, qui coeleſtium rerum deſiderium animae inſpirant. — ἀναγώγια κέντρα. Vide ad H. in Muſ. v. 1. — ἰδεῖν πυρίφ. αὐλάς. Hymn. in Sol. 32. ὑψιτε-

ὑψιτένοῦς δὲ λάθοιντο πατρὸς πολυφεγγέος αὐλῆς. — V. 7. Aliud Amorum genus eſt, qui generis humani conſervandi cauſa vitae terreſtris cupiditatem animabus injiciunt. Hoc ad Venerem ipſam refert *Julianus* Or. IV. p. 150. B. ἐνδίδωσι δὲ τὸ γόνιμον τῇ γῇ προμηθουμένη καὶ αὐτὴ τῆς ἀειγενεσίας τῶν ζώων. Conſpirat Oraculum Chaldaicum:

Ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος
πᾶσιν ἐνέσπειρεν δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος,
ὄφρα τὰ πάντα μένῃ, χρόνον εἰς ἀπέραντον ἐρῶντα.

— V. 10. Tertium et infimum Amorum genus connubio praeeſt. — ἐγγαμίων ὀάρων. Pro veneris fructu dixit *Leontius* Ep. XIV. ἀγνὸς ἐὼν Κυπριδίων ὀάρων. et alii. — V. 11. ἐποπτεύουσιν. Omnes codd. et edd. quas vidi. — V. 12. θνητῆς ἀθάνατον. *Ariſtides* Or. I. p. 6. Jovi, ait, cum reliqua omnia debentur, tum, quod τὸ θνητὸν ἐν ἡμῶν γένος κατὰ μέρος ἀθάνατόν ἐστι τῇ διαδοχῇ. et Or. in Aeſcul. T. I. p. 37. μεγίστην δὲ καὶ κοινοτάτην εὐεργεσίαν εἰς ἅπαντας κατέθετο, ἀθάνατον ποιήσας τὸ γένος τῇ διαδοχῇ. — V. 16. ψυχήν. Hinc intelligitur, fuiſſe, qui a Venere animam mundi proficiſci ſtatuerent; alii autem Venerem in aethere ſupra ſeptem mundorum circulos collocabant, et materiae (σειραῖς ὑμετέραις) vires inſuperabiles tribuere putabant. Haec, fateor, mihi ſatis expedita non ſunt, aliisque ea ex interiori philoſophiae myſticae ſcientia explicanda relinquo.

MARINI NEAPOLITANI
DISTICHON.

¶. 446.] Vat. Cod. p. 388. Edidit *Jenſius* nr. 101. *Reiſk.* Anthol. p. 155. nr. 753. Vitae Procli a Marino conſcriptae praefixum. — V. 2. apogr. Guyeti vitioſe

habet: τάδ' ἐπινυσε θέοντι. In marg. notata vera lectio quam membranae exhibent.

Marino tribuitur etiam Epigr. inter ἀδέσπ. DXCIV.

CLAUDIANI

EPIGRAMMATA.

¶. 447.] *I.* Vat. Cod. p. 100. Hoc Epigr. et duo ſequentia edidit *Heinſius*, a *Leone Allatio* accepta; poſt illum ea inter *Claudiani* carmina exhibuit *Gesnerus* nr. LXV — LXVII. p. 682. ſqq. *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 132. nr. 311. — V. 1. σὺ γὰρ θοά. Vat. Cod. quod lectioni apographorum quorundam, quam *Br.* recepit, merito praetulit *Reiskius*. γὰρ referendum ad ἵλαθι. Veniam des, Phoebe, ejus, quod dicturus ſum. Nam apparet, te, celerum ſagittarum moderatorem, Amoris ſpiculis vulneratum eſſe. — V. 2. ὑπ' Ἐρ. ὑπ' ὠκυπ. Vat. Cod. ἐπ' Ἔρωτος ὑπ' dedit *Heinſ.* et *Gesn.* Ille etiam ἰίστροις.

II. Vat. Cod. p. 378. Εἰς μιμάδα γηράσασαν καὶ καλλωπιζομένην. Primum verſ. excitat *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 822. Integrum, poſt *Heinſium*, edidit *Jenſius* nr. 47. — *Reisk.* in Anth. p. 132. nr. 697. primus aliquid deeſſe animadvertens, poſt tertium verſum hunc inſerendum cenſebat: κτεὶς βάπτει, μολίβου παῖς· ἤδη δ' ἀχλυόεσσα —. — V. 1. ἀνευάζουσα. Laſciviam et laetitiam, quam crotaliſtria noſtra in ſaltando prae ſe ferebat, ſimpliciter indicat. χορεῖαι εὐκρόταλοι, ſaltationes ad crotalorum ſtrepitum editae. Illud inſtrumentum, quod duabus virgulis aut laminis aëneis conſtabat, δίζυγα χαλκὸν vocat *Claudianus* v. 2. Comparat *Salmaſius Nonnum* in Dionyſ. L. XLVI. χεῖρα δὲ δισσὴν Θηλύναν ἐλέλιζεν ἀμοιβάδα δίζυγι χαλκῷ, οἵα γυνὴ παίζουσα χορεύτυπος. *Virgilius* in

Copa v. 2. — *crispum sub crotalo docta movere latus Ebria fumosa saltat lasciva taberna.* — V. 3. Cum verbum desit, quo ὑποκλέπτων referatur, dubitari nequit, quin unus aut alter versus interciderit. Rem minime salvam praestat *Gesneri* conjectura κτεὶς μὲν ὑποκλέπτων — Canos crines γείτονα μοίρης vocat, aetatem nimirum indicantes in Orcum pronam. — V. 4. Male Vat. Cod. αὔρη. *Gesnerus* αὐγὴν legens, totum versum inepte exposuit. De oculorum ὑπογραφῇ accipiendus videtur, quo efficitur, ut majores et splendidiores appareant oculi. De hoc veterum more vide, praeter *Casaubonum* ad *Athen.* XII. p. 840., *Trillerum* in Obss. crit. p. 401. sqq. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 53. Pro χαράσσεται *Salmasius* tentabat κορύσσεται, quod, ut non ineptum, ita nec necessarium est. — V. 5. ἄχρους αἰδώς. *impudentiam* interpretatur *Reiskius;* quod verum puto. Proprium est pudori erubescere. Quod cum jamdudum facere desiisset vetula meretrix, falsum et mentitum sibi ruborem affricuit. Ut hîc impudentia mentitum, sic pudor verum ruborem inducit vultui in *Chaeremonis* fragm. ap. *Athen.* XIII. p. 608. D. cum meis, tum *Hermanni* (ad Euripid. Hecub. p. 130.) emendationibus sic refingendo:

καὶ σώματος μὲν ὄψανα κατηυγάζετο,
στίλβοντα, λευκοχρώματ', εἶδει διαπρεπῆ·
αἰδὼς δ' ἐπερρύθμιζεν, ἡπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι.

— V. 6. μῆλα κακὰ. papillas sub strophio conditas, quippe quae nudae virorum oculos non amplius attrahant. νόθῃ ἀγλαΐῃ. De cerussa accipio, quibus illa sinum illinebat. στέφειν pro *ornare* passim obvium.

III. Vat. Cod. p. 378. Praeter *Heinsium* edidit *Du Cange* in Gloss. gr. med. aevi v. Σέλλιον. *Jensius* nr. 48. *Reisk.* in Anth. p. 132. nr. 698. Mutilum esse in fine monuit *Gesnerus.* — V. 1. χαλκεόπεζαν. *Jens. Vestibu-*

lum Heliconis Gesnerus interpretatur de auditorio, in quo acroasis esset. Cui interpretationi licet color conciliari possit ex Epigr. in Anath. Byz. XIII. T. III. p. 134. ubi Bibliotheca οἴκος Ἑλικῶνος vocatur, *Ruhnkenius* tamen in Epist. crit. p. 120. fine haesitatione corrigit: ἐν προθύροις Στελιχῶνος, *in patroni mei, Stilichonis, vestibulo.* Idem *Piersono* in mentem venerat, et *Medenbachio* in Amoen. p. 10. — V. 3. Ad μεγέοντι cum *Reiskio* ἐμοὶ intellige. Idem ἀοιδῆς mutavit in ἀοιδῇ, quod *Gesnerus* recepit citra necessitatem. Obscurior codicis lectio a *Claudiano* videtur posita, ut aenigmaticum acumen efficeret; hinc sellam, qua poëta recitans utebatur, *recitationis fulcimentum*, ἐκβαθρον ἀοιδῆς, vocat.— V. 4. θάμνῳ νόον eleganter emendavit *Reiskius.* Ceterum errasse lemmatis auctorem, qui *Claudianum* servum illum verberasse ait, intelligitur ex πολύμητις, unde eum dolo usum esse et consilio verisimilius videtur.

IV. Vat. Cod. p. 479. Planud. p. 350. St. 489. W. unde hos versus *Raphelengius* in Syllogen carminum *Claudiani* recepit. Crystallinam sphaeram, quae aquam continebat, mundi imaginem esse ait, coelo mare tanquam ulnis amplectente. Ad *Euripidis* dictum (in Incert. fr. I.) fortasse respexit: Ὁρᾷς τὸν ὕψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις. *Hoc circum supraque, quod omnem Continet amplexu terram. Lucret.* V. 319. quae expositi *Valcken.* in Diatr. p. 47. sqq. — ¶. 448.] V. 3. ἔχουσα. Ed. Ald. ἔχοντα pendet ab οὐρανὸν, hoc a δεῖξεν.

V. Cod. Vat. p. 479. Planud. l. c. — λίθῳ περ. ὕδωρ. i. e. εἰς λίθον. Persuadebant sibi veteres, crystallum glaciem esse consolidatam. Vide *Barthium* ad *Claudiani* Ep. LVI. *Possedit glacies naturae signa prioris: Et fit parte lapis, frigora parte negat. Sollers lusit hiems, imperfectoque rigore Nobilior, vivis gemma tumescit aquis.*

AMMONII EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 535. Ἀμμωνίδου. Plan. p. 141. St. 204. W.

II. Vat. Cod. p. 488. cujus auctoritate *Ammonio* nunc tribuitur. In Plan. p. 339. St. 479. W. ad *Platonem* refertur, cujus conf. Ep. XV.

SYNESII PHILOSOPHI EPIGRAMMATA.

¶. 449.] *I.* „Synesii Epigramma de astrolabio in „ejus operibus legitur ed. Petavii p. 311.“ *Br.* Append. Anth. Plan. p. 532. St. *28. W. Scriptum videtur in Sphaeram κρικωτὴν sive ἐκ καλάμων, de qua nonnulla dedit *Th. Marcilius* ad *Propert.* IV. 1. 77. p. 721. ed. *Burm.* — V. 1. στίβον ἐς οὐρανόν. viam mortalibus antea negatam. Conf. loca veterum ap. *Mitscherl.* ad *Horat.* I. Carm. IV. 38. — ἃ μέγα 9. Vulgo. — V. 2. καὶ νόος. Et prudentia divina, supernis illis sedibus relictis, ad mortales descendit. Sic haec explicari possunt, nec opus emendatione *Huetii* p. 81. qui commode affert *Ovidium* I. Fastor. 297. de astronomia agentem: *Felices animas! quibus haec cognoscere primis, Inque domos superas scandere cura fuit. – Admovere oculis distantia sidera nostris; Aetheraque ingenio suppossuere suo. Sic petitur coelum; non ut ferat Ossan Olympus; Summaque Peliacus sidera tangat apex.* Adde *Manilium* L. I. 13. *Jam nunc juvat ire per altum Aëra, et immenso spatiantem vivere coelo.* Ad secundi versus lectionem tuendam facit ejusdem poëtae v. 25. *Quem primum interius licuit cognoscere coelum Munere coelestum? Quis enim, nolenti-*

bus illis, Cepisset furto mundum, quo cuncta regun-tur? Quis foret humano conatus pectore tantum, Invi-tis ut Dis cuperet Deus ipse videri? — V. 3. ἐπετάσ-σατο. Vulgo. *Sapientia rotundam sphaerae superficiem ordinavit*, descripsit, circulis in ea notatis. — κύκλα ἴσα, circuli meridiani, quos vocant, aequatorem rectis angu-lis secantes, atque adeo omnes ejusdem magnitudinis, ἴσα. Hos secant τεμαὶ οὐχ ὁμαλαὶ, circuli tropici et polares, inaequalibus intervallis distantes. — V. 5. ἄντυξ h. l. gyrus esse videtur, in quo collocatus Phoebus noctis et diei horas exaequat, i. e. linea aequinoctialis. ταλαν-τεύει. Convenit *Columella* L. X. 42. *Cum paribus Titan orbem libraverit boris.* νυκτὶ καὶ φάει. *Virgil.* Georg. 209. *Libra – medium luci atque umbris jam dividit orbem.* — V. 7. δίξο. Malim δέχεο. Pro ζωδιακοῦ vulgo ζωοφόρου le-gitur, quod, quamvis insolentius, non tamen temere damnandum videtur. Sic certe Latini *signiferum orbem* sive *circulum* pro *zodiaco* dicere solent. *Vitruv.* L. VI. 1. et *Cicero* de Divin. II. §. 89. λοξώσιες. *Proclus* de Sphaera c. X. λοξὸς δέ ἐστι κύκλος ὁ τῶν ιβ ζωδίων. *Obliquus signo-rum ordo* ap. *Firmicum* I. 4. — V. 8. συνηλόσιος vulgo. — In μεσημβρίνης notanda penultimae productio, cujus etiam alia exempla profert *Rubnk.* Epist. crit. p. 165. sq. — κέντρα συνηλόσεως sunt polus uterque, quod in iis omnes circuli meridiani concurrunt.

II. Plan. p. 300. St. 440. W. Ex *Synesii* Epistola LV. ad Nicandrum: Τοὐπίγραμμά μου τὸ κλεινόν, πῶς γὰρ οὐ κλεινόν, ὅπερ ὁ μέγας ἐπῄνεσε Νίκανδρος; Τῆς χρυσῆς ..... ἐπίστασαι πάντως, ὅτι καὶ εἰς ἐμὴν ἀδελφὴν ἐποιήθη παρ' ἐμοῦ τότε. Hinc sculptor quidam ineptus operi anaglypho, feminam sedentem exhibenti, adscripsit: Ἡ Κύρειδας, ἡ Στρατονίκης. Vide *Maffei* Ars Crit. Lapid. p. 74.

III. Planud. p. 300. St. 440. W.

TROILI GRAMMATICI DISTICHON.

¶. 450.] Plan. p. 296. St. 435. W. In Lyronis athletae ſtatuam, publicis ſumtibus ipſi poſitam. Lyrorem aliunde cognitum non habemus.

THEODORETI GRAMMATICI DISTICHON.

Plan. p. 291. St. 430. W. Philadelpheae, Lydiae urbis, cives Philippo munera miſerunt, juſtitiae ejus memores. Hoc ex ipſis poëtae verbis prodit. Si lemmati fides, Philippus, cum ei haec munera mitterentur, Smyrnae praetor fuit.

THEOSEBIAE EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 295. Anth. Plan. p. 240. St. 348. W. In mortem Ablabii, medici, Hippocrati et Galeno comparandi. — V. 1. Ἀκεσορίη, quae et Ἀκεσὼ vocatur, Aeſculapii et Epiones filia. Vide *Suid.* in Ἠπιόνη T. II. p. 66. et *Valcken.* in Diatr. p. 291. A. — V. 4. μετὰ κεῖνον. Vulgo. — Pudet illam poſt Ablabii fata inter homines conſpici, quod nimirum tantum artis ſuae antiſtitem perire ſiverit.

ABLABII ILLUSTRII EPIGRAMMA.

¶. 451.] Vat. Cod. p. 480. In Plan. p. 379. St. 517. W. Ἀσκληπιάδου nomen inſcriptum habet. In diſcum, eximio opere elaboratum. Hunc, Homeri exemplo, a diis ad homines perveniſſe fingit. — V. 1. Κρόνῳ corrigit *Huetius* p. 36. ſine cauſa et contra poëtae mentem. — Κυθείῃ, omnes veteres ante Steph. et Vat. Cod. — V. 3. ἔπορεν. Vat. — V. 4. Αἰνεάδαις. apud Romanos, ad quos illud κειμήλιον per Aeneam venerat.

TRYPHONIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 441. Planud. p. 54. St. 77. W. In membr. lemma eſt: Τρύφωνος εἰς τέρπην τὴν κιθαρῳδὸν τελευτήσασαν ὑπὸ πληγῆς σύκου. Ineptum hoc lemma, quod, ut plurima alia, a recentiore homine profectum eſt, *Salmaſium* mire turbavit. Quum enim ejus auctori crederet, de femina citharistria agi, Τέρπης mutavit in Τέρπη, et participia κρέκων et πλήγεὶς per enallagen de muliere dicta interpretabatur. Nos poëtae verba magis, quam leminatis auctorem moramur. Quae apud illum de Terpis morte narrantur, in memoriam nobis revocant *Suidae* locum T. I. p. 486. Γλυκὺ μέλι καὶ νικάτω. Τερπάνδρου ᾄδοντος καὶ κεχηνότος πρὸς τὴν ᾠδήν, ἐμβαλόντες εἰς τὸν φάρυγα σῦκον ἀπέπνιξε. Haec ſimilitudo et mortis et nominis efficit, ut de eodem homine agi ap. *Tryphonem* et *Suidam* putem, ſive idem fuerit nomen Τέρπου et Τερπάνδρου, ſive librarii errore ap. *Suidam* illuſtrius *Terpandri* nomen pro Τέρπου temere ſcriptum ſit. — V. 1. Τέρπην — σικάδεσσιν ἀείδων. Vat. Cod. Τέρπης — σικάδῃσιν ἀοιδὲς. Plan.

τέρψιν emendabat *Salmaſius* in not. mſc. Hoc ipſi merito reliquit cl. editor, recte recipiens ejusdem conjecturam ἀοιδάν. κρέκειν ἀοιδὴν dictum, ut κρέκειν μέλος ap. *Meleagr.* Ep. LXXXVIII. *Mnaſalc.* Ep. X. et *percutere lyrae carmen* ap. *Propertium* L. II. 1. 9. Vide *Huſchk.* in Ep. crit. p. 8. ſq. In σκιάδεσσιν interpretando idem a vero aberrat, de urbe Arcadiae Sciade agi arbitratus, quae etiam *Brodaei* fuit opinio, et *L. Holſtenii*, qui hoc Epigramma laudat ad *Stephan. Byz.* v. Σκιάς p. 297. Verum ſenſum paucis verbis indicavit cl. editor: „σκιάδεσσιν. „Sic recte Vat. membr. i. e. ἐν τοῖς Καρνείοις. Vide Meur„ſii Graeciam feriatam in Κάρνεια.“ Hoc feſto, quod Spartae in Apollinis honorem actum eſſe conſtat, σκιάδες, *umbracula*, exſtruebantur, ſub quibus Lacedaemonii conveniebant. Erat etiam Spartae in foro σκιάς, ubi conventus agebantur *Pauſaniae* tempore, quem vide L. III. 12. p. 383. ed. *Fac.* In Carneïs muſica certamina inſtituebantur, de quibus poſt *Meurſium* collegit quaedam *Barneſius* ad *Euripid.* Alceſt. 450. — V. 2. Memorabilis Vat. Cod. lectio κάτθαν' ἐνοστήσας ἐν Α. quam nemo notavit. Si fuit κάτθανε νοστήσας, ſignificatur, eum a feſto *redeuntem* periiſſe. Sed hoc neque cum praecedentibus congruit, ubi inter canendum, κρέκων ἀοιδάν, periiſſe indicatur, neque cum *Suida*. Doctior itaque lectio latere videtur, quam aliis inveſtigandam relinquo. Nam ἐξαπίνης non *Tryphonis* lectionem eſſe, ſed *Planudis* emendationem, nullus equidem dubito. — V. 3. πλαγγὶς ἐν βέλει. In his praepoſitio abundat, ut ſaepe. Vide multa ſimilia ſuppeditantem *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 523. ed. Bip.

ZOSIMI THASII EPIGRAMMATA.

¶. 452.] *I.* Vat. Cod. p. 173. Plan. p. 432. St. 566. W. Hoc et duo ſqq. Epigrammata verſantur in notiſſimo et usque ad faſtidium tractato argumento de tribus fratribus, Pani dona ferentibus. — V. 2. κυνηγεσίης. Vulgo. — V. 3. πτηνῶν. Vulg. — V. 6. cum parte praecedentis laudat *Suidas* in Ἥφος ὄγμοι T. II. p. 48. ubi male τῆςδε δίδου exhibetur. Vocem ἄναγρον illuſtrat *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 159.

II. Vat. Cod. p. 173. Plan. l. c. — V. 2. τέχνας. Vat. Cod. — V. 3. πτηνοῖσιν vulgo. Doricam formam exhibent membranae Vat. et *Suidas*, qui hoc diſtichon laudat in βολίς T. I. p. 440. — V. 4. Κλίτως. *Suid.* — θηρεῖν Vat. — V. 5. τὸν μέν τι δι'. Vulgo.

III. Vat. Cod. p. 173. Plan. p. 433. St. 567. W.

¶. 453.] *IV.* Cod. Vat. p. 364. Plan. p. 72. St. 105. W. In Anaximenis ſcutum, quod herum ſuum non in pugna tantum, ſed etiam in maris fluctibus ſervaverat. Cf. *Dioclis* Ep. III. Tom. II. p. 182. — V. 2. Ἀνιξαμένους. Vat. — V. 3. ἔσχισε. naufragio facto. — V. 4. νηξαμένης. Vat. Cod. peſſime. — V. 6. θάνατον. Vat. Cod.

EUGENIS EPIGRAMMA.

Anth. Plan. p. 368. St. 507. W. In Anacreontis ebrii ſtatuam. Expreſſum carmen ex *Leonid. Tarent.* Ep. XXXVIII. ubi vide not. — V. 1. ἱμείρει. Ed. Flor.

In marg. Wechel. γρ. καὶ τχῖς. — V. 2. „Λυσῖ', 'Ανα„κρέοντα. Sic recte exhibet unus Planudeae regiorum „codd. Alius, ut Flor. ed. Λυαῖον." *Br.* Vulgo Λυαῖος, quod Aldus in Lectt. notavit. In Λυσῖ' sponte incidit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. — Τηΐιος κύκνος eſt ex *Antip. Sidon.* Ep. LXXVI. Cf. *Mitſcherl.* ad *Horat.* IV. Carm. II. 25. — V. 3. ὑγρῇ v. μελῃδόνι. pro ὑγρῷ νέκταρι, ſupplantaſti eum dulci latice, cui deditus erat. — V. 4. περὶ σφυροῖς. talos ambit ora ſive limbus veſtis, pallio non collecto, quod ebriorum eſt. *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόναν. — V. 5. μονοζυγὲς σάνδαλον, pro μόνον, ut οἰόζωνος ἀνὴρ eodem ſenſu ap. *Sophocl.* Oedip. T. 866. et μονόστολον δόρυ ap. *Eurip.* Phoen. 749. — βιφθεῖσα. Vulgo. — V. 7. ἀθροΐζεται. In marg. Wech. γρ. καὶ ἀγλαΐζεται. Prius verius puto propter quaeſitum orationis genus in hoc carmine. Lyra, carmina amatoria reſonans, eorum particulas et ſingulas voces *ſibi* quaſi *colligere* dicitur, integrum ſibi carmen, a poëta paulo ante recitatum, revocare et iterare cupiens. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. αὖ θροΐζεται; et certe ejusmodi lectio vulgata longe foret commodior. Sed primum αὖ mire languet, nec forma θροΐζεται ulla auctoritate nititur.

CYRI EPIGRAMMATA.

¶. 454.] *I.* Vat. Cod. p. 377. cum lemmate: Κύρου τοῦ μεγάλου ποιητοῦ, ἡνίκα ἔμελλε ἐξορίζεσθαι ἐκ τῆς πόλεως, θρῆνος, ὃν εἶπε πρὸς αὐτὴν τὴν πύλην τῆς ἀκροπόλεως. In Planudea ἄδηλον eſt p. 110. St. 161. W. De Cyri exilio dicemus in Hiſtoria Poët. Anthol. v. Κῦρος. — V. 3. τέρπεσκον ἀνίας. ut curas fallerem, aegritudinem cantando lenirem. — V. 6. κηφῆνας. Cf. notata ad *Dioscorid.* Ep.

XXX. 2. T. I. P. II. p. 401. quibus adde *Rubnk.* ad *Tim.* p. 158. qui multa hujus generis collegit.

II. Vat. Cod. p. 667. Κύρου ποιητοῦ ἐγκώμιον εἰς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα. Edidit *Reisk.* in Anthol. nr. 633. p. 102. et ante eum *Wolf.* in Fr. Poëtr. Gr. p. 18. Theodosium cum praestantissimis Homeri heroïbus comparans, eum egregias eorum virtutes nullis vitiis inquinare praedicat. — V. 1. ἀριδίκητα. Vat. Cod. — V. 2. λοχαίου καὶ ἔρωτος. Cod. λοχαῖος Achillis ἔρως, *amor clandestinus*, is esse videtur, cui Achilles ap. Lycomedem indulgebat. — V. 3. νόθον ἦμαρ. spuria origo, *conditio* nothi; secundum Homericum δούλιον ἦμαρ. — μορφήν. Respicitur ad Il. β. 477. sq. Il. γ. 166. sq. — οἶνος. propter epitheton τοῦ οἰνοβαρέος, quod Achilles ei tribuit. — V. 5. πινυτόν. *Reisk.* πινυτή. σύνεσις. φρόνησις. πινυτήν. σωφροσύνην. *Hesych.* In fine vers. πᾶν σε ἴσκω Cod. et *Reisk.* — V. 6. πολιοῦ δὲ γ. *Reisk.* — V. 8. πρὶν χρ. ἀθρήσεις. Cod. In marg. ap. Lips. πλήν. — Pro τριτάτης *Wolfius* oscitanter τετράτης exhibuit.

III. Vat. Cod. p. 295. Plan. p. 229. St. 334. W. „Lemma in Cod. Vat. Εἰς Μαύην τινα γυναῖκα τριάκοντα „καὶ τρεῖς χρόνους ζήσασαν. et v. 1. Μαύης. Mulieris hujus, „quae XXXIII. vixit annos, χρόνος enim annum signifi„cat, nomen fuit forte Μαρίη, quod depravatum in „Μαύη." *Br.* — V. 1. Μαίης. Plan. — δεκάδας Edit. pr. — τρία, ἕτεα scil. Quod Plutoni βέλος tribuitur, id ex poëtica dicendi ratione videtur derivatum, qua mortales Apollinis Dianaeve sagittis configi dicuntur. — V. 3. ἥρπαξεν. Vat. Cod. — V. 4. Texendi solertia Penelopae similis. πάντ' ἀπομαξαμένην ἔργα. Artifices, qui alicujus formam et vultum ad vivum exprimunt, eum ἀπομάττεσθαι dicuntur. Lysippus Alexandri ὅλαν ἀπεμάξατο μορφήν, ap. *Archelaum* Ep. T. II. p. 58. οὐ γραπτόν, ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο. *Leonid. Tar.* Ep. XLI. Hinc imitandi

et exprimendi notio in hoc verbo obtinuit. Aratus Heſiodi ἔπος τὸ μελιχρότατον ἀπεμάξατο ap. *Callimach.* Ep. XXXV. diſcipulus magiſtrum ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἐξεμάξατο. *Alciphr.* L. III. Ep. LXIV. p. 434.

¶. 455.] *IV.* Cod. Vat. p. 462. Plan. p. 353. St. 493. W. — V. 2. χάριν. amoenitatem, qua illud balneum erat conſpicuum. Conf. Ep. ἀδέσπ. CCCXXIV. CCCXLIII.

V. Vat. Cod. p. 487. ſine auctoris nomine. „In uno „e Planudeae regiis codd. diſtichon hoc reperi, in cujus „pentametro ſcriptum ἔπρεπε τὴν σοφίην. Eſt autem in „libri IV. cap. εἰς εἰκόνας γυναικῶν poſt Syneſii monoſti„chon in ſororis ſuae imaginem.“ *Br.* Scriptum in ſtatuam Sophiae cujusdam, ante Juſtitiae templum vel dicaſterium aliquod collocatam. — V. 2. ἔπρεπε τὴν σοφίην. Vat. Cod. omiſſo εἶναι.

VI. Vat. Cod. p. 486. Plan. p. 361. St. 500. W. De Maximini domo, CPoli ad maris litus magnifice exſtructa. Fallitur *Du Cangius* in CPoli Chriſt. P. I. II. p. 174. qui Maximinum putat eſſe eum, qui ſub Juſtiniano praefectus praetorio Italiae fuit. Is, quem Cyrus ſignificat, ſub Theodoſio juniore quaeſtor palatii fuit, in codice Juſtinianeo commemoratus. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. XII. p. 341. — V. 1. In marg. Wech. γρ. καὶ Μαξιμῖνος. ἀνθ' οὗ ἐγὼ Μαξμῖνος γραπτέον ἡγοῦμαι. In nominibus propriis ſeriores illi poëtae multum ſibi licere putaverunt. — V. 3. ἀπειρεσίῃ Vat. Cod. — V. 7. ἡμετέρης et ἐρθωνέεσσι. Vat. Cod. — Ad ipſum Bosporum illa domus exſtructa erat, et quidem ita, ut fundamenta ejus mare, cui ſuperſtructa erant, transmitterent. Sic *Grotius* quoque haec intellexit:

Subter opus noſtrum ſecuro tramite labens
Pontus in acquoreas reditum tamen invenit undas.

Simplicius tamen de undis Bospori, domus fundamenta alluentibus, dum ſeſe in Propontidem effundunt, acce-

peris.' — Sequentem verſum non ſatis intelligo. Fortaſſe χθονὸς in ποδὸς mutandum: Tantum aqua alluit, quantum ſufficit ad extremos pedes meos, (i. e. fundamenta) madefaciendos. — V. 9. ἐξεμέθεν. Vulgo.

VII. Cod. Vat. p. 487. Plan. p. 367. St. 506. W. — V. 1. κῦρος ἔχει. verſu mutilo, Vat. Cod. Praeſentis formа ἐγείρει, huic loco non ſatis apta. Fortaſſe ἔγειρεν antiquitus fuit.

CHRISTODORI COPTITAE EPIGRAMMATA.

I.

Ecphraſis.

¶. 456.] Vat. Cod. p. 64 – 76. cum lemmate: Χριστοδώρου ποιητοῦ Θηβαίου Κοπτίτου ἔκφρασις τῶν ἀγαλμάτων, τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ ἐπικαλουμένου Ζευξίππου. Plan. p. 383. St. 521. W. unde eam repetivit *Banduri* in Antiqq. Conſtantinop. L. VII. cum ceteris Epigrammatis ad Hiſtoriam Byzantinam ſpectantibus. His omnibus *Brodaei* notas addidit T. II. p. 862. ſqq. Deſcribuntur hoc carmine ſtatuae, quibus Zeuxippus, balnei publici id nomen fuit, erat ornatus. Zeuxippi, a Severo conditi, magnificentia laudatur a *Cedreno*, anno quinto Juſtiniani, quo anno, ſeditione orta, igne conſumtus eſt: Τότε ἐνεπρήσθη τὸ λεγόμενον Ζεύξιππος, ἐν ᾧ ποικίλη τις ἦν θεωρία καὶ λαμπρότης τεχνῶν, τῶν τε μαρμάρων καὶ λίθων καὶ ψηφίδων καὶ εἰκόνων διὰ χαλκοῦ πεποιημένων, τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνδρῶν ἔργα, μόνον τὸ μὴ παρεῖναι αὐταῖς ψυχὰς τῶν ἐς οὓς ἐγένοντο. Deinde addit: Στῆλαι δὲ ἦσαν ἐκ χαλκοῦ πεποιημέναι τῶν σοφῶν ἁπάντων, τῶν ὑψηλῶν καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων, καὶ ὅσοι ἐπ' ἀνδρείᾳ ἐγένοντο διαβόητοι. Vide *Du Cange* in

CPoli christ. L. I. p. 89. sq. In *Christodori* autem carmine non tam artis notationes deprehendas, quam potius versificatoris studium ornandi singula poëtica licentia; ordo narrandi nihil habet certae rationis; videri itaque potest adumbratus ex ipso statuarum ordine in Zeuxippo; *Heynii* verba sunt in Comment. Soc. reg. T. XI. p. 7. — „Poëma hoc malo consilio auctor fuit „Aldus in particulas discerpendi, singulis praefigendo „titulos, quos absque ulla necessitate librarii in codicis „ora apposuerant, tamquam si singulae hae partes di„versa constituerent Epigrammata. Hinc orta prava „distinctio, quae plurimorum locorum sensum turbat, „aliquot versuum hemistichiis finalibus, quibus nova in„cipit descriptio, praecedentibus contributis. Quod ra„tio et poëmatis natura suadebant, feci, Florentini edi„toris exemplum secutus. Multa in praestanti hoc poë„mate e Vat. membr. emendavi, paucula quaedam, „eaque levioris momenti, absque codicis auctoritate.“ *Br.* — V. 1. In ipso Zeuxippi introitu, ut videtur, Deïphobi statua collocata erat in basi anaglyphis ornata, ἐν βωμῷ ἐγλάπτῳ. Hanc vocis βωμὸς significationem illustravit *Vauvilliers* ad *Sophocl.* Oedip. T. 16. Status corporis erat talis, ut Menelao, Troja capta Deïphobi domum impugnanti, obviam fieri existimari posset ad defendendam Helenam. Vide not. ad *Tzetzae* Posthom. v. 601. et 729. Progredienti similis, corpore in obliquum inclinato, oculos circumferebat, hostilem impetum vitans. Hunc Deïphobi statum aliquam similitudinem habere cum Gladiatoris Borghesii statu, monuit *Heynius*, simul diversitatem, quae inter utrumque opus erat, significans. — V. 3. ἐπ' ὀργυμένῳ. vulgo. — V. 4. ἐών. Vat. Cod. — V. 6. δόχμιος ἦν. ut Amycus ap. *Theocrit.* Id. XXII. 120. δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς. Ex eodem poëta fortasse sequentia adumbrata. Id. XXV. 245. de leone, impetum faciente in hostem: κυρτὴ δὲ

βάχις γένετ' ἠύτε τόξον, Πάντοθεν ἑλυσθέντος ὑπὸ λαγόνας τε καὶ ἰξύν. — V. 11. ἀντιβίου. Vulgo. In marg. Wechel. ἀντιβίοιο. quod et *Joſ. Scaliger* in exemplo ſuo notavit. ἀντιβίοιο — ἑλάσσαι. Vat. Cod. vulgo ἑλάσσειν. — V. 12. Furore percitus vulneraret Menelaum, ſi natura aeris id permitteret. — V. 13. Proxime adſtabat *Aeſchines*, rhetor, verba facientis ſpecie; hoc contractae genae ſignificant. οἷα διδλεύων. de victoria contendere videbatur in foro. πολυτρόχαλον ab oratore ad locum, ubi dicit, translatum. *Verboſi garrula verba fori* dixit *Ovid.* III. Triſt. XII. 18. — Poſt κεκροτῶν abeſt δ' in Vat. Cod. unde ἄνθεμα recepit cl. editor, pro vulgato ἄνθεα. Formam ἄνθεμον exemplis illuſtrat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 717. Noſtro loco ſimilis eſt verſus ap. *Philodemum* Ep. XXXI. σαβακῶν ἄνθεμα Σαλμακίδων. ubi vide T. II. P. I. p. 242. Aeſchinem πειθοῦς ἄνθεμα vocat, ut *Ennius* Cethegum *florem delibatum populi ſuadaeque medullam*, ap. *Ciceron.* in Brut. c. XV. — V. 17. Prope Aeſchinem *Ariſtoteles* erat, meditabundus, manibusque complicatis. Vulgo Ariſtotelem *brachio exſerto* fictum eſſe, *Heynius* docet p. 19. ex *Sidonio Apollin.* IV. Ep. 9. loco memorabili: *per gymnaſia pinguntur arcopagitica vel prytaneum: Speuſippus cervice curva, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus cute diſtenta, Diogenes barba comante, Socrates coma candente, Ariſtoteles brachio exſerto, Xenocrates crure collecto, Heraclitus fletu oculis clauſis, Democritus riſu labris apertis, Chryſippus digitis propter numerorum indicia conſtrictis, Euclides propter menſurarum ſpatia laxatis, Cleanthes propter utrumque corroſis.* — ¶. 457.] V. 20. συνεστάμεναι. genae contractae, ſive etiam placide compoſitae, immobiles. — ἀμφιέλισσαν. Vulgo et in Vat. Cod. Nota antitheſin inter vultum tranquillum et mentem irrequietam philoſophi. — V. 21. τροχαλαὶ ὀπωπαί. pro epitheto ornante cum *Heynio* accipe, quatenus omnes oculi *mobiles* ſunt. Alias enim

τροχα-

τρεχαλοὶ oculi cogitantis conditioni non ſatis conveniunt. — V. 24. Juxta Aeſchinem *Demoſthenes* ſtabat, eo habitu, ut orationem adverſus Macedonas meditari videretur. — σάλπιγξ. Pindarum σάλπιγγα Πιερικὴν appellat *Antip. Sidon.* LXXIX. De eloquentia *Symmach.* L. IV. Ep. 3. p. 228. *Tuam tubam totus quâ patuit orbis venerabitur.* ubi vide *Savaron.* p. 233. — V. 28. τεθωμένος. Cerberus ap. *Hermeſian.* v. 11. ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένος. ubi vide *Ruhnken.* p. 287. Cratinus ap. Noſtrum infra v. 359. θυμοδακεῖς ἰδέσθαι ἀκοντιστῆρας ἰάμβους. — V. 29. Et ſane vocem editurus eſſet, niſi aes ipſi ſilentium imponeret. — τέχνη. artis natura eum cohibet. — ὑπὸ σφιγγίδι. Vulg. — V. 32. *Euripides* nomen ab Euripo duxiſſe putabatur. Vid. *Barneſ.* in Vit. Eurip. §. VII. — V. 34. διανεύμενος, a διανέω, verſans in caſto aliquo et pudico opere; ut dicitur ap. poëtas ἔρχεσθαι, βαίνειν δι' ὀδύνης et ſimilia, quae illuſtravit *Valcken.* ad Phoeniſſ. 1554. p. 525. ſq. Reſpiciuntur autem caſti *Euripidis* mores, quos in tragoediis ſuis adumbrans, ſcenam ſanctimoniae et pudicitiae diſciplinam reddidit. ἔργα σωφροσύνης per periphraſin dictum, ut multa hujus generis, quae vide ap. *Rittershuſ.* Oppian. I. Halieut. 107. — V. 35. θύρσα. Putes θύελλα poëtam ſcripſiſſe. Euripides, ut Bacchi antiſtes, in ſcena thyrſum concutere fingitur. — V. 36. *Palaephatus*, vates, lauro coronatus, vaticinium reddenti ſimilis. Vide de eo *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 182. — V. 37. στιφάμενος. Vat. Cod. — V. 38. *Heſiodus* conſpicitur quaſi cum Muſis colloquens. Referenda ſunt haec ad initium Theogoniae. — χαλκὸν δὲ βιάζετο. Vat. Cod. Furore poëtico inflammatus aeris naturae vim facere videtur, ut divinum carmen edat. — V. 40. Prope Heſiodum erat *Polyidus*, in fabulis ſatis notus. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* p. 544. ſqq. — ¶. 458.] V. 45. *Simonides*, cum lyra, cantus, ut videtur, etiamnum cupidus. ἔννασας. fortaſſe ductum ex

Simonidis Ep. LV. in Anacreontem: μολπῆς δ' οὐ λήθει μελιτερπέος, ἀλλ' ἔτ' ἐκεῖνο βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν εἰν Ἀΐδῃ. — Σιμωνίδῃ vulgo legitur et in membr. Vat. Hoc cur mutaverit cl. editor, non exputo. — V. 46. οὐ χερσίν. Nec tamen tibi manibus lyram pulsare conceditur. Digitis in lyram intentis fictus fuisse videtur, fere ut Amphion ap. *Philostratum* I. Icon. X. p. 778. ἡ ἑτέρα χεὶρ τείνει τὸν νοῦν εἰς τὴν πηκτίδα. — V. 47. πλάσας. Vat. Cod. — Mox iterum et codd. et edd. Σιμωνίδες exhibent. — V. 47. Nam vel mutum aes, te reveritum, ad lyrae sonum cantum editurum esset. Recte h. l. cl. editor ἀνήχει, quod edd. habent et Vat. Cod., in ἀντήχει mutavit. — ἀναιδὴς αὐδόμενος. Vat. Cod. — V. 50. *Anaximenes* philosophus, meditantis habitu. Diversus hic ab historico, cujus imaginem Olympiae vidit *Pausan.* VI. 18. p. 495. — V. 52. *Calchas* Thestorides, diviso inter misericordiam et metum animo. Respicitur locus ap. *Homerum* Il. α. 68. sqq. ubi Calchas, metu Agamemnonis, oraculum, quod animo tenet, κεύθει, edere veretur. Hîc, si vers. 54. abesset, multo melior oratio procederet. Nunc Calchas responsum animo celare sive tenere dicitur, aut misericordia Graecorum commotus, aut regis timore; quod sensum idoneum non habet. Deletis verbis,

ἢ στρατὸν οἰκτείρων Ἑλλήνιον, ἢ ἔτι θυμῷ,

nihil difficultatis supererit. Tum Calchas similis est vaticinium edituro; sed id animo condit et celat, δειμαίνων βασιλῆα. — V. 56. *Pyrrhus*, Achillis filius, inermis, sed armorum tractandorum cupiditate flagrans. — V. 58. μιν Cod. Vat. a pr. man. — ὑψόσε, oculis in altum directis Trojam, quam expugnare debebat secundum oraculorum effata (vide not. ad *Tzetzae* Posthom. v. 523.), spectare visus. Comparanda similis imago Capanei in *Euripid.* Phoeniss. 184. περισβάσεις τειχηλάτου πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν. *Philostr.* I. Icon. IV.

p. 767. Καπανεὺς δὲ τὰ τείχη βλέπει, περιφερῶν τὰς ἐπάλξεις, ὡς κλίμακι ἁλωτάς. — V. 61. *Amymone* et *Neptunus.* Stabat illa capite non velato, coma a tergo revincta, oculis in deum adſtantem conjectis; Neptunus contra capillis demiſſis, delphinum manibus gerens, ut munus ſponſae offerendum. Acute *Brodaeus* monuit, delphinum a Neptuno tanquam μνηστῆρα (ſive potius μαστῆρα) ad Amphitriten fuiſſe miſſum, qui ei perſuaderet, ut in dei amplexum veniret. Hinc factum, ut Neptunus delphinum manu gerere ſoleret, tradente *Eratoſthene* in Cataſt. c. 31. ὅσοι δ' ἂν αὐτῷ τῷ Ποσειδῶνι χαρίσασθαι θέλωσιν, ἐν τῇ χειρὶ ποιοῦσιν ἔχοντα τὸν δελφῖνα, τῆς εὐεργεσίας μεγίστην δόξαν αὐτῷ ἀπονέμοντες. *Hyginus* Poët. Aſtron. XVII. *Qui Neptuno ſimulacra faciunt, delphinum aut in manu, aut ſub pede ejus conſtituere videmus, quod Neptuno graciſſimum eſſe arbitrantur.* — V. 61 – 64. omittit Vat. Cod. — V. 66. πλόκαμος. Vat. Cod. a pr. man. — V. 68. δῶρα. Ineptam poëtae interpretationem judicat *Heynius.* — V. 69. *Sappho* cogitabunda ſedens, quaſi carmen meditaretur. — V. 70. ἔνυμνον. Vulgo. — μέλος ὑφαίνειν. Infra ſimiliter v. 350. Homerus Πιερικῆς Σειρῆνος ἀρήϊον ἔργον ὑφαίνων. *Alcaeus Meſſen.* Ep. VII. παῖδες – ἐκ Μουσέων γρῖφον ὑφηνάμενοι. Similiter Philoſtorgius hiſtoriam dicitur contexuiſſe Ep. DLXXXVII. πράγματ' ἀληθείης ποικίλ' ὑφηνάμενος. — In Vat. Cod. eſt vitioſe ὑφαίνειν – ἀναψαμένην. — Μούσαις. tota mente in Muſas defixa. — ¶. 459.] V. 72. *Phoebus* coma retro vincta, libere tamen per tergum vagante. — χαίτην. Vat. Cod. a man. ſec. — σφίγξας, vitta, puta, crines cohibente. — Nudus erat, cujus rei duplicem cauſam poëta affert, ſive quod omnibus nudam veritatem oraculis indicat, ſive quod ſol omnium oculis purum ſplendorem oſtendit. — τριποδιλάλος vulgo. — V. 75. δίνεα. Vat. Cod. — V. 77. τηλόσκοπον. Vat. Cod. — V. 78. *Venus* pectore nudo; inferior pars corporis veſte tecta; capilli velo (καλύπτρῃ.

vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VII. 9.) conſtricti. ἔλειβε. ab aere venuſtas videbatur deſtillare. Eadem metaphora *Philodem.* Ep. XVIII. καὶ χρὼς ἀβρυτίδωτος ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθώ, Πᾶσας ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων. — ἄντυξ μηρῶν nove dictum de femoribus formoſo tumore ſurgentibus et ſeſe rotundantibus. — V. 82. *Alcibiades* pulchritudine conſpicuus, in concione verba facienti ſimilis. — ἂν ἔπλεκε. Vat. Cod. — Alcibiades (proprie artifex dicendus erat) ſplendorem pulcritudinis conjunxit cum aere. Similiter ſupra v. 47. ἄφελε χαλκῷ συγκεράσας μέλος ἠδύ. — V. 84. μητέρι μύθων. quia vera eloquentia Athenis et nata et educata eſſe putabatur. Obverſabatur *Chriſtodoro* Homericum μητέρα μήλων. — V. 85. ἀγείρων. Vulgo et in Vat. Cod. Hoc ſine cauſa idonea in ἄγειρεν mutavit *Brunckius.* Ad οἷός περ ſubaudi ἦν, qualis erat, cum Athenienſibus conſilia daret. — V. 86. *Chryſes* ſacerdos eo habitu, quo ad Graecorum caſtra acceſſit, Il. α. 14. ſtatura elatiore, ut heros, ſupplicanti ſimilis, barba demiſſa, cincinnis caput obumbrantibus. — δ' αὖ ἱερ. Vulgo. — V. 91. ἄπλατος vulgo. In marg. Wechel. ἄπλεκτος. Idem exhibet Vat. Cod. — βότρυς ἀθείρης. εὐπλέκτου βότρυν ἔρηξε κόμης. *Agathias* Ep. XXI. In deſcriptione Apollinis *Apoll. Rhod.* L. II. 676. χρύσειοι δὲ παρειάων ἐκάτερθε Πλοκμοὶ βοτρυόεντες ἐπερρώοντο κιόντι. — In fine verſus vett. edd. ante Aſcenſ. αἰθείρης legunt, unde *Brodaeus* ἀθείρης fecit. — V 92. *Julius Caeſar*, Jovis habitu repraeſentatus, cum aegide et fulmine. — ἔλαμπεν. *Horatium* I. Carm. XII. 46. *micat inter omnes Julium ſidus* comparavit *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 424. idque ad ſtellam crinitam refert, quae, poſt Caeſaris mortem viſa, pro illius anima eſt habita. Hanc interpretationem, doctiorem procul dubio, quam veriorem, *Triſtano* debebat in *Comment. Hiſtor.* T. I. p. 35. et 36. — V. 93. βοείαις. ſcutis, ſpoliis, hoſtium ornavit. — ἀμετρήτοισιν, *innumerabilibus*, ut paſſim. *Theocrit.*

XV. 45. μύρμακες ἀνάριθμοι καὶ ἄμετροι. — V. 94. ἀγυιέων. Vat. Cod. — V. 96. νέος om. Vat. Cod. in contextu. νέος Ζεύς. Vide *Meleagri* Ep. XXIII. ubi *Reiskius* Ζεὺς νέος non ſine probabilitatis ſpecie emendavit. Cf. *Ruhnk.* ad *Vellej. Paterc.* II. 82. 4. — V. 97. *Plato*, qui Athenienſibus ſecretum virtutis divinae tramitem demonſtravit. — ¶. 460.] V. 99. Aliud *Veneris* ſimulacrum, idque nudum. Memorabilis ceſti commemoratio, de quo poëtam tam obſcure locutum eſſe, doleas. A cervice, ſive ab humeris, in pectus deſcendebat verſus femina, ſicuti lorum, unde milites gladium ſuſpenſum gerunt. — V. 102. *Hermaphroditus*. muliebrem pulchritudinem in corpore virili oſtendens, papillis turgeſcentibus, genitalibus viri inſtructus. In hunc modum veterum ars Hermaphroditos repraeſentare ſolet, neque usquam inventa eſt ſtatua ſive anaglyphum, quod utriusque ſexus genitalia oſtenderet. *Ovid.* Metam. IV. 377. *Sic ubi complexu coierunt membra tenaci, Nec duo ſunt et forma duplex, nec femina dici Nec puer ut poſſint, neutrumque et utrumque videntur.* — V. 106. ἐφαίνετο. Vat. Cod. — V. 107. κεκιρασμένη — φαίνων. Vat. Cod. Poſterius verum puto; participium enim non referri debet ad σχῆμα, ſed ad Hermaphroditum: Et cum virilis et muliebris (ξυνῆς) pulchritudinis ſigna commixta haberet (φαίνων), formam (σχῆμα) virilium pudendorum oſtendebat. Ejusdem verbi intra duos verſus repetitio, a qua nec meliores poëtae abſtinuerunt, in *Chriſtodoro* non debet offendere. — V. 108. *Erinna* ſedens, non muliebri opere, ſed poëſi occupata. Similis color in Epigrammate *Antip. Sid.* LXXXII. 1. 2. — V. 110. ἁβάμιγγος. Vat. Cod. ἀποσταλώουσα. Ibid. a pr. man. — V. 111. *Terpander* canenti ſimilis. Hunc poëtam, quem barbiton excogitaſſe ferunt, magno apud Lacedaemonios honore floruiſſe conſtat. Primus in Carneorum certamine vicit, tradente *Athen.* XIV. p. 635. E. Eum ad ſeditionem

muſices ope ſedandam a Lacedaemoniis advocatum eſſe, narrat *Plutarch.* T. II. p. 1146. B. et *Diodorus Sic.* ap. *Tzetz.* Chil. I. XVI. T. II. p. 639. 16. ed. *Weſſel.* Cf. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII. 50. Amyclaeenſes novas res molitos eſſe, et inde ſeditionem exortam, ex hoc *Chriſtodori* loco ſuſpicari licet, quem nemo, quod ſciam, animadvertit. — μή μι Vat. Cod. — V. 112. εὔτνεον. Edd. quaedam veteres. — V. 113. κονουμένοις. Vat. Cod. — ἀνέπλεκε. ut ſupra v. 70. μέλος εὔῤῥυμον ὑφαίνειν. — μύστιδα, quam a diis commota mente acceperat; ut mox μυστιπόλῳ (μυστοπόλῳ Ed. pr. et Ald. I.) φθεμγγι, pro ἱερᾷ. — V. 116. Ἀμυκλέων. Vat. Cod. — V. 117. *Pericles*, oratoris habitu, ut eum Athenienſibus ſive legem aliquam, ſive bellum contra Peloponneſiacos ſuſcipiendum ſuadere exiſtimes. — ἀνάπτεις. tanta tua eſt eloquentia, ut eam vel cum muto aere communicare poſſe videaris. Plane ſic ſupra v. 48. εἰ δ' ἂν καὶ χαλκὸς ἀναυδὴς Αἰδόμενος ῥυθμοῖσι λόγης ἀντήχεε μολπήν. — V. 120. οὐ μόθον. Vulgo, quam lectionem prava hujus loci interpretatio peperit. ἐντόναν μόθον h. l. non eſt de bellatore accipiendum, qui res bellicas parat, ſed de oratore, qui audientium animos ad bellum gerendum excitat. ἢ μόθον igitur recte ex Vat. membr. revocatum eſt. Hoc vidit etiam auctor ſcholii in edit. Wechel. quod male relatum ad v. 121. et proinde depravatum eſt: ἢ γεγαπτέον ἀντὶ τοῦ οὐ (ſic lege pro ἀλλ')· οὗτος γὰρ σχεδὸν ἦν αἴτιος τῶν Πελοποννησιακῶν, ὡς δῆλον τοῖς μετιοῦσι τὰ Θουκυδίδου. — V. 120. *Pythagoras*, graviſſimarum curarum plenus, nec in terra, ſed in Olympo verſari viſus. ἀχράντοισιν ἁγνιαῖς ad mentis et corporis puritatem referendum videtur, quam Pythagorae diſciplina commendabat. — V. 122. ἰδόκευε. Vulgo et in Vat. Cod. — ¶. 461.] V. 125. *Steſichorus*, Siculus, quem Apollinem in ipſo matris utero poëſin docuiſſe apparuit inde, quod in infantis recens nati ore luſcinia conſedit. *Plinius* H. N. X.

43. de luſciniae cantu agens — *omnia tam parvulis in faucibus, quae exquiſitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit: ut non ſit dubium hanc ſuavitatem praemonſtratam efficaci auſpicio, cum in ore Steſichori cecinit infantis.* — V. 126. λόφησα ἐδίδαξεν. Vat. Cod. Poſterius eſt etiam in Planud. — V. 128. τικτόμενοι. Vat. Cod. — V. 129. ἱερόφοιτος. Vulgo. quod ex membr. emendatum eſt. ἠερόφοιτος vocatur luſcinia, quae noctu cantat. — V. 131. *Democritus*, Abderita, propter ſtudium naturae rerum impenſum laudandus. λεπτὰ ὄργια ad tenuiſſimas illas atomos, a Democrito primum excogitatas, refert *Brodaeus*; perperam. ὄργια Μούσης ipſum philoſophiae ſtudium eſſe videtur, niſi accipere malis de iis artibus, quas veteres *muſicas* appellare ſolebant. Democritum τοὺς ἐγκυκλίους λόγους calluiſſe, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν ἐμπειρίαν ἔχειν narrat *Diogen. Laërt.* IX. 37. idemque inter ejus opera librum refert περὶ ῥυθμῶν, περὶ ποιήσεως, περὶ ῥημάτων, et alios hujus generis, de quibus cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 638. Ad haec cum ſubtili opus ſit ingenio, λεπτὰ ὄργια dixit. λεπτοσύνη φρενῶν ſophiſtis tribuitur et philoſophis. — V. 134. ἐγέλαις. Vat. Cod. — Vana et inania ridebas hominum ſtudia, ea, tanquam certa bona, appetentium, quae quam maxime incerta et mutabilia eſſe cerneres. — γέρων ſic adjective poſitum illuſtrat *Valcken.* ad Phoen. p. 38. ὁ γηράσκων χρόνος eſt ap. *Aeſchylum* Prom. 981. et τάχιστα γηράσκει χρόνος *Incertus* ap. *Stob.* in Ecl. phyſ. T. I. p. 228. nr. 11. — V. 136. *Hercules* imberbis, mala manu gerens, et juxta eum *Auge*, Minervae ſacerdos, manibus ſublatis preces ad Minervam, ut videtur, faciens. Augen ab Hercule vitiatam Telephum peperiſſe, eumque in Minervae luco occultaſſe, mythographi narrant. Vide *Apollodor.* III. 9. 1. et quae nos de hac fabula collegimus ad Anaglypha Cyzicena in Exercitt. crit. T. II. p. 148. — V. 137. μῆλα χε. Herculem, poma manu gerentem,

paſſim obvium, etiam in numis, illuſtrat *Triſtan.* Comment. Hiſtor. T. I. p. 487. — V. 138. Λιβυτίδος. Vett. edd. et Vat. Cod. — V. 140. ὑποστείλασα corrigit *Hermann.* ad *Euripid.* Hecub. 1056. p. 165. At Auge pallam non collegiſſe, ſed *demiſiſſe* videtur; cui ſignificationi neutra lectio ſatis apta videtur. Male hunc locum accepit *H. Stephanus* in Theſ. Gr. L. T. III. p. 1004. A. — οὐ γὰρ ἰθείαις. Vat. Cod. οὐ γὰρ etiam Plan. Et palla, et crinibus ſolutis adſtabat, qui ſupplicantium habitus. — V. 143. δειράδος. Vat. Cod. — Τεγέης. Notum Minervae Aleae templum ap. Tegeatas, *Pauſan.* VIII 45. p. 693. — V. 143. *Aeneas*, in cujus oculis verecundia cum dignitate mixta originem a Venere ſignificabat. αἰδὼς περιλείβεται. ut ſupra v. 78. Venus ἔλειβε ἀγλαΐης μαθάμιγγας. — V. 148. *Creuſa*, Aeneae conjux, triſtitia conſumta, velo in utramque genam deducto, inſtita ad pedes usque demiſſa, patriam expugnatam lugere videbatur. — V. 150. ἀφελκύσασα. Vat. Cod. — κρήδεμνον. faſcia lata, qua complicata comam religabant, ſive explicuiſſent, totus vultus velari poterat; *Heynii* verba ſunt p. 24. laudantis Odyſſ. α. 334. Il. ξ. 184. Hymn. in Cerer. 41. 42. His adde noſtrum v. 199. — ¶ 462.] V. 153. ἐμαντεύοντο, *ſignificabant.* Quid fuerit in hac imagine, quod Creuſam potius, quam aliam quandam ex Trojanis mulieribus indicaret, ex *Chriſtodori* deſcriptione intelligi nequit. Ipſe ſecutus eſt nomina in baſi adſcripta. — V. 155. *Helenus*, Priami filius, pateram manu tenens, Graecis fauſta et ſecunda vaticinari deosque, ut imminens Trojae excidium ſigno aliquo portendant, precari videtur. Loca veterum de Heleni vaticiniis cum Graecis communicatis collegi ad *Tzetzae* Poſthom. 571. De ejusdem cum Priamo ſimultate an alius tradiderit, nunc quidem ignoro. — V. 158. καδδετὶ θήνης. Vat. Cod. — V. 155. ἐκτετάσετο. Vulg. et in Vat. Cod. — V. 160. *Andromache*

ante Hectoris, ut videtur, interitum Trojaeque expugnationem repraesentata, quare nullum in ejus habitu luctus vestigium. — V. 164. ἐλκήσαντο. Vat. Cod. — V. 165. *Menelaus* victoria elatus, stans prope *Helenam*, cujus pulchritudo ipso metallo venustatem conciliare videbatur. Illum post expugnatam Deiphobi domum Helenamque receptam ab artifice fictum esse, interpretatur *Christodorus*; nisi νίκην malis accipere de victoria, quam Menelaus in Helenae petitione de reliquis procis retulerat. — V. 169. ἀγλαΐη. Idem fere h. l. quod ἄγαλμα, conjuncta notione venustatis. — V. 171. *Ulysses* callidum ingenium vultu prodens, tacito gaudio laetus, quod Trojam dolo everterit. — κόσμον σοφῆς φρενὸς vertit *Grotius*: *se monstrat in ore Majestas animi* – minus recte, nec Ulyssis convenienter ingenio. Est simpliciter: *prudentia, quae hunc virum ornabat.* — V. 174. ἐγέγηθεν. Vat. Cod. — V. 175. *Hecuba* prope adstans, capite palla velato, stola usque ad talos defluente. — τίς δάκρυα. quî fit, ut in muta imagine (ἀφωνήτῳ ἐνὶ κόσμῳ) lacrymas fundas? — τέχνη ἐκτετέρπεται. Similia passim occurrunt. Cf. Epigr. *Glauci* V. λάϊστον. CCXCIV. — λύσσης. de vehementissimo dolore, quo quae abripiuntur, cum Bacchis et Maenadibus comparantur, ut Andromache ap. *Homer.* Il. χ. 460. Cf. *Mitscherl.* ad H. in Cerer. v. 386. p. 201. sq. — Vulgatum ἐυσαλγέες ex membr. Vat. emendatum est. — ¶. 463.] V. 180. Neque Hectoris mortem, ut in Iliade, neque Andromachae, Astyanacte suo privatae, mala, ut in Tragoediis, sed patriam a Graecis expugnatam ploras. — V. 182. πεσοῦσα. Vat. Cod. — V. 187. ἔστεσε. Statuarium laudare videtur, quod, cum toto vultus habitu Hecubam plorare indicasset, ipsas tamen lacrymas non expresserit. — αὐχμὸς ἀνίης. squalor lugentium. — V. 189. *Cassandra*, jam sancti furoris plena, Trojae interitum vaticinari videtur. — μαινομένη γενεᾷ

τῆρα. Fato Trojano imperio inſtante, Priamus Caſſandram, ut furibundam, in carcerem conjici juſſit. Vide *Tzetzam* ad *Lycophr.* v. 350. In Tabula Iliaca nr. 99. Priamus ipſe Caſſandram, Trojanos, ne fatalem machinam in urbem reciperent, dehortantem retrahit. — V. 192. *Pyrrhi* alia ſtatua (cf. v. 57.), neque galea tecti, neque enſe armati: manum attollit, ut *Chriſtodorus* interpretatur, ſibi ipſe victoriae teſtimonium dicens; ut *Heynius* cenſet, puellae inferiis deſtinatae fatum denuntians. *Triſtanus* Comment. hiſtor. T. I. p. 75. Auguſti, manus extendentis effigiem in numis comparans, δεξιτερὴν ἀνέτεινεν de manu projecta et verſus populum protenſa interpretatur. — Vulgo ἀνέτεινεν ἑήν. Vat. Cod. ἑὴν omittit. — V. 196. ἴμμασι vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. — V. 197. *Polyxena*, lacrymas fundens, ſed vultu velato, quaſi dolorem pudore occultans. Tantam autem ejus in aere pulchritudinem eſſe ait, ut, ſi talem vidiſſet Neoptolemus, eam procul dubio in matrimonium duxiſſet. — τίς τοι ἀνάγκη. ut v. 176. — V. 199. Explicato κρηδέμνῳ genas velabat. Cf. ad v. 150. — V. 201. Nonne potius ſcribendum: μὴ δή σε — λυγίδα πύῤῥος ἔχοι φθ. οὐ δέ σε μορφή — — luges animo et times, ne te Pyrrhus, ut praedam, domum ducat. At te pulchritudo tua non ſervavit, nec tetigiſti Neoptolemi animum, ut olim Achillis. — τεοῦ φονῆος. Neoptolemus eam in Achillis tumulo immolavit. — V. 205. εἰς λίνον — ὀλέθρου. in mortis laqueos. *Apollon. Rhod.* L. I. 1035. de fato fatali: τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι θνητοῖσι· πάντη δὲ περὶ μέγα πέπταται ἔγκος. De inſidiis agitur, quibus oppreſſus Achilles in Apollinis templo periit. — V. 207. ξυνήϊον λέκτρων. Vat. Cod. — ¶. 464.] V. 208. προλιπών. omni paternae caedis memoria omiſſa, cujus nempe ulciſcendae cauſa Polyxena immolata eſt. — V. 209. *Ajax*, Oileï filius, inermis quidem, ſed fortitudine pollens. — ἐκπέρσειν. Vat. Cod. unde πελάσειν eſt editum

pro πελώριος. — V. 211. Nondum lanugo ejus genas obumbrabat. De Ajace in veteribus monimentis modo barbato, modo imberbi, vide *Boettigerum* in Differt. de Olla vetere Caſſandrae raptum exhibente p. 52. not. 46. — V. 214. ἐλέλιζε. Bellicoſum et proelia ſpirantem vultum ſignificari, ſponte apparet; ſed metaphoram poëtae non ſatis expedio. — V. 215. *Paris* cum *Oenone*. Ille peccati ſibi conſcius priorem conjugem adſpicere veretur, oculosque avertit; haec autem zelotypiae ſtimulis perçuſſa, obliquis oculis Alexandrum intuetur, minanti ſimilis et conjugem dextra repellenti. — V. 215 — 217. in Vat. Cod. poſt v. 221. ponuntur. — V. 218. ἔζεν. Ed. pr. et Aldinae tres. — V. 219. δ' ἐπέλευε vulgo et in Vat. Cod. cujus lectionis vitium primus intellexit *Huetius*, qui p. 37. δέ γ' ἔλευσσε ſive δ' ἔκλευσσε emendavit; elegantius *Br.* ἐπέλευσσε. — V. 220. ἀπειλήν. Hoc referendum ad ea tempora, cum Paris, morti proximus, Oenones auxilium fruſtra implorabat. Vide not. ad *Tzetzae* Poſthom. v. 596. et *Meziriac* Comm. ſur les Epitres d'Ovide T. I. p. 456. ſq. Jam ſignificabat igitur (ἤγγειλεν) obſcuris nutibus iram et *minas*. Sic haec verba commode explicari poſſunt, in quibus haud ſcio quid offenderit *Bernardum*, qui in Epiſt. ad Reisk. p. 343. κρυφίην ἤγγειλεν ἐπ' εὐνήν, ſive κρυφίῃ ἤ. ἀπειλῇ tentavit. In vett. edd. omnibus ἀπειλὴν habetur; in Steph. vitioſe ἀπειλή. — V. 222. *Dares* et *Entellus* valido caeſtu decernentes; ille martialem ardorem ſpirans, hic minacibus oculis adverſarium intuens. Notus uterque peritia caeſtu pugnandi ex *Virgil.* Aen. V. 369. 387. ubi de Entello, Siciliae heroë, vid. *Heyniut* in Exc. III. p. 651. — Vulgo v. 222 — 227. poſtponuntur v. 240. In Cod. Vat. v. 222 — 224. omittuntur. — ἀδαλέῳ. *Apollon. Rhod.* II. 52. in deſcriptione pugnae Amyci et Pollucis: Λυκωρεὺς Θῆκε πάροιθε ποδῶν δοιοὺς ἑκάτερθεν ἱμάντας Ὠμοὺς, ἀζαλέους, πέρι δ' οἵ γ' ἔσαν ἀκλιγέντες. —

V. 223. κήρυκα. Eodem ſenſu ἄγγελον frequentius ponunt poëtae, tragici inprimis. Cf. *Abreſch.* Anim. ad Aeſch. T. II. p. 146. κήρυξ tamen ſic metaphorice uſurpavit *Pindar.* Nem. VIII. 1. ὥρα πότνια, κάρυξ Ἀφροδίτας ἁμβροσίαν Φιλοτάτων. — V. 224. ἔπνει — ὀπωπαῖς. Haec ſeculi, quo *Chriſtodorus* ſcripſit, vitium redolent. Optime aliquis dicitur Ἄρη, θυμόν, ὀργὴν πνεῖν, in quibus ad concitatiorem ſpiritum, quo pectus agitatur, videtur reſpici; ſed qui ὀπωπαῖς iram ſpirare dixerit, veterum novi neminem. — V. 225. Pro Ἔντελλος Vat. Cod. αὐαλέῳ exhibet, librarii oculis ad verſ. 222. initium aberrantibus. — V. 226. μύρμηκας. ἔξω τοῦ ζώου καὶ εἰ πυκτικοὶ ἱμάντες. *Heſych.* De πυγμαχίᾳ agens *Pollux* L. III. 150. καὶ μύρμηκες δὲ τὰ ὅπλα, καὶ ἱμάντες. Cf. not. ad *Lucill.* Ep. XVIII. T. II. P. II. p. 451. — V. 227. ᾠδίνει. Etiam haec verba tumor orationis corrupit. Verbum ᾠδίνειν in ſimili re adhibuit *Heliodor.* L. X. p. 504. pugil τὸ ὅλον σῶμα σφηκώσας, εἰστήκει τὰς λαβὰς τῶν παλαισμάτων ᾠδίνων. Idem L. II. p. 95. ᾠδίνω δὲ οὕτω πρὸς τινας ἐξιπεῖν. — Vulgo φόνου ἀνῳῶσαν. In Vat. Cod. φόνευ ἀνῳώσαν. Nihil erat, quod *Br.* vulgatam φόνου immutaret. — V. 228. Sequebatur ordine *pugilis* ſtatua, cui *Philonis*, an *Philammonis*, an *Milonis* denique tribuendum ſit nomen, ſe fluctuare teſtatur poëta. Nomen baſi ſtatuae inſculptum obſcurum fuiſſe puta. Barbam habebat in pectus demiſſam, capillos horridos, muſculos in brachiis praeſertim et in tergo eminentes. — V. 228. ἥ δέ. Vulgo. — V. 233. ὑποῤῥέην et εἵλκετο. Vulgo. Poſterius habet etiam Vat. Cod. — ¶. 465.] V. 237. Manibus in pugnum compactis, brachiorum muſculi ſurgebant, rigidi ſicut lapides. Derivata ſunt haec ex *Theocrito* Eid. XXII. 48. ἐν δὲ μύες στεροῖσι βραχίοσιν ἄκρεον ὑπ' ὤμου Ἔστασαν, ἠύτε πέτραι· ὀλοοίτροχοι. ἐσφηκῶντο igitur de contractis et exſtantibus muſculis. — V. 240. εὐγνάμπτοια. Vulgo. — πλατὺν αὐλὸν αὐχένος. cervicis circumſcriptio. αὐλὸς enim

de anguſto tramite uſurpatur. — In antiquis quibusdam edd. ἐνέρων legitur. — Caeterum *Philon*, Corcyrenſis, pugil, commemoratur in Epigrammate *Simonidis* LXXII. ubi vide not. *Philammon* illuſtris pugil, de quo praeclarus locus ap. *Demoſthen* pro Coron. p. 331. 1. ed. R. Athenienſem vocat eum *Euſtath.* Il. ψ. p. 1324. et *Suidas* in Φιλάμμων. Cf. *Themiſtium* Or. XXI. p. 249. Noſtri loci *Corſinus* ſi memor fuiſſet, plura de hoc pugile ex *Brodaei* notis potuiſſet dare. — V. 241. *Charidemus*, orator et dux Athenienſium, unus eorum, quos Alexander, ut faces belli, ſibi tradendos popoſcerat. Vide *Arrian.* de Alex. Exped. I. 10. 8. et 11. *Weſſeling.* ad *Diodor.* T. II. p. 181. 6. — V. 243. *Melampus* oracula reddenti ſimilis. — μαντιπόλον. Vulgo. — V. 245. θεοπρόπον ἄσθμα. divinam oraculorum vocem. — τιταίνων. Vat. Cod. — V. 246. *Panthus*, Trojanus, et quidem primoribus Trojanorum annumeratus, ſimul cum *Thymoete* commemoratur ap. *Homer.* Il. γ. 146. — V. 247. Ἀργείων. Vat. Cod. — V. 249. ἀμφαείης πελάγεσσιν ἐελμένος. *Alta virum merſere ſilentia*, eleganter *Grotius*, tumorem Graeci poëtae nonnihil compeſcens et conſtringens. — Videbatur *Thymoetes* conſilium contexere, quibus res Trojanas adjuvaret. ἔτι, etiamnum, quamvis aëneus. Sic haec fortaſſe expediri debent, *Chriſtodori* ingenio convenienter; quamvis ἔτι et jejunum nec ſatis perſpicuum. *Heynius* comparans *Virgil.* Aen. II. 30. ubi Thymoetes Trojanos, ut equum donatum intra urbem ducerent, primus hortatur, verba *Chriſtodori* ſic explicat: adverſus Trojanos conſilia animo volvens; ſuſpicatus praeterea, ἐνὶ τε. fuiſſe lectum. Ceterum idem Thymoetes phrygiae poëſeos inventor fuiſſe dicitur ap. *Diodor. Sic.* T. I. p. 237. — V. 251. 252. vulgo leguntur poſt v. 255. *Clytius* et *Lampus* principes Trojanorum. Il. γ. 147. Ille manus conſtringebat, quo dolorem ob urbem captam

significaret. *Lampus* tristitia affectus videbatur, quod nullum amplius Trojanis servandis reperiret consilium. Λάμπος legendum esse vidit *Brodaeus*, cum in Vat. Cod. et in edd. Λάμπων legatur, in quo non haesit *Bapt. Pius* in Annot. Poster. Syll. III. c. 192. (*Gruter.* Lamp. crit. T. I. p. 571.) Caeterum v. 253 – 255 leguntur in Vat. Cod. post v. 258. — V. 256. *Isocrates*, dicentis habitu. Obscuriora sunt verba ἀφωνήτῳ πόνῳ, pro ἀφώνητον. Quamvis te mutum finxit ars, tamen loqui videris. — ¶. 466.] V. 259. *Amphiaraus* vates, coronatus, subtristis, praedicere videtur Argivis, neminem eorum ex bello Thebano rediturum esse. — V. 261. βιότητος. Vat. Cod. — Quid *Christodorum* commoverit, ut vocem ἀνδράσι bis poneret, sine ulla gravitate, non satis intelligo. Fortasse alterum depravatum est. — V. 262. ὑπότρομον. Vat. Cod. — V. 263. *Aglaus*, vates, Polyïdi, et item vatis, pater habitus. Hunc tamen omnes *Coeranum* appellare solent. Vide *Heynium* in Not. ad Apollodor. p. 546. Quare *Christodorum* in nomine peccasse, ita ut epitheton pro nomine proprio haberet, suspicatur *Heynius* in Commentat. l. c. p. 15. — φασὶν μαντικόλον – Πολυείδου. Vat. Cod. — Pro χρησμηγόρος, quod ex membr. receptum est, vulgo χρησμολόγος legitur. — V. 266. *Apollo*, cincinnis in humeros defluentibus conspicuus. — ἀκειρεκόμην. Vulgo. — V. 267. ἀδμήτοισι – χαίτην. Vat. Cod. posterius etiam in edd. habetur. Male. Ipsi enim capilli cum floribus comparantur. Similiter *Theocrit.* Eid. XIX. 23. χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο. — V. 270. πλήματα. Vat. Cod. — V. 271. *Ajax*, Telamonis filius, imberbis, comas mitra revinctus, patris formam et fortitudinem referens. Falsum nomen aeri adscriptum fuisse, suspicatur *Heynius* p. 15. — V. 276. ἀνέφανε ἄγγελον. Vat. Cod. — V. 277. *Sarpedon*, Lyciorum dux, insigni robore conspicuus, genis prima lanugine florentibus, nudo corpore, nisi quod galea tegeba-

tur caput. ἄκρα χάρασσε γενειάδος. ut v. 211. ἄνδεϊ λαχνήεντι γενειάδος ἄκρα χαράξας. — V. 282. ἀπέτεμπεν. Vat. Cod. ut etiam v. 294. μόθου δ' ἀπέτεμπεν ἀπειλήν. pro ἀνέτεμπεν. — V. 283. Tertia *Apollinis* ſtatua. Adſtabat deus cincinnis humeros circumfluentibus. τριποδιλάλος. Vulgo. Cf. v. 72. De Apollinis coma multi dixerunt, etiam h. l. laudans *Triſtanus* Comment. Hiſtor. T. I. p. 79. — ¶. 467.] V. 289. Tertium *Veneris* ſimulacrum; veſtis obumbrabat ſinum, et ceſtus ambibat papillas. Ex hoc loco *Heynius* judicat p. 23. diverſum fuiſſe ceſtum a cingulo, quo veſtis circum femora conſtringebatur. — V. 291. Achilles imberbis, ſine galea, dextra haſtam, laeva ſcutum attollere viſus, audaciam ſpirans et in oculis Aeacidarum virtutem oſtendens. — V. 292. „In hoc uno loco liberiori conjectura uſus ſum. „Vulgo legitur:

„γυμνὸς ἐὼν σακέων· ἐδόκευε μὲν ἔγχος ἑλίσσειν
„δεξιτερῇ, σκαιῇ δὲ σάκος χάλκειον ἀείρειν.

„Quae abſurda et ſibi contraria ſunt. Nam ſi Achillem „aes exhibebat σακέων γυμνόν, altero verſu dici non potuit „σκαιῇ σάκος χάλκειον ἀείρειν. Repraeſentaverat eum arti„fex nudo capite, γυμνὸν κέφαλος, ut heroum omnium „pulcherrimi venuſti oris decor, nullo imminutus tegmi„ne, magis appareret. Caetera armatus erat.“ *Br.* Audax haec conjectura certe non in textum recipi debuit. Fortaſſe ne depravata quidem vulgata lectio, ſed acumen habet, non probandum illud quidem, ſed *Chriſtodori* aevo et indoli condonandum. Nudum artifex Achillem repraeſentaverat, ſed in toto ejus habitu tam expreſſa erat fortitudinis et bellicae virtutis imago, ut ſpectantium oculos falleret, qui arma gerere et haſtam vibrare putarent eum, qui inermis adſtabat. — V. 294. ἀπέτεμπεν. Vat. Cod. ut ſupra v. 282. — V. 295. τεθηγμένος. audacia incitatus. *Aeſchyl.* VII. c. Theb. 721. τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλύνεις λόγῳ. Cf. *Valckenar.* ad

Hippol. p. 239. E. — Pro *αἱ γὰρ* Vat. Cod. *οὐ γὰρ* legit. — V. 297. *Mercurius* ad exſequenda patris mandata ſeſe accingens, oculis in altum converſis, quaſi ad Jovis verba attendens; dextra manu calcei alati vincula adſtringebat, laevam tendebat verſus dextrum pedem, genu inflexo. Status itaque, ſi recte aſſequor, videtur fuiſſe hic, ut dextro pedi inflexo talaria adaptaret, dextra manu admota, laeva verſus eam protenta: fere eo habitu, quo Iaſonem videmus, ante Qu. Cincinnatum vulgo dictum, et quo Aen. L. IV. 239. *et primum pedibus talaria nectit aurea. Heynii* verba ſunt l. c. p. 8. — V. 301. *χεῖρα ταθεῖσαν ἐπ.* Vulgo. — V. 302. *ἐπιτρεπόωντος.* Vulg. — V. 303. *Appulejus*, cujus magna fuit cum eloquentiae tum multo magis artis fama. Ad magiae ſcientiam referebat *Brodaeus ὄργια ἄφθεγκτα*, quae equidem de eloquentia et poëtica facultate accipere malim. De Muſarum ſacris *Propert.* III. 1. 4. *Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos Itala per Graios orgia ferre choros.* De Democriti ſapientia noſter v. 133. *λεπτὰ διακρίνων πολυΐδμονος ὄργια Μούσης.* Epitheton *ἄφθεγκτα* aut ſimpliciter ornat, quatenus omnia orgia *ἄφθεγκτα* ſunt et *ἄῤῥητα*; aut eo referendum, quod de ſtatua agitur. Similiter ſupra v. 71. *μέλος δ' εὔυμνον ὑφαίνειν Σιγαλέαις δοκέουσιν ἀναψαμένη φρένα Μούσαις.* et v. 109. Erinna *ἐν σιγῇ Πιερικῆς βαθὰμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης.* — V. 304. *Ἀπολλώνιος.* Vat. Cod. — *ὄντινα.* quem latina Seiren (eloquentia) initiavit ineffabili ſapientiae. *Σειρῆνες* pro facultate perſuadendi paſſim in hoc carmine et alibi. Cf. *Abreſch.* Lectt. Ariſtaen. p. 5. *Bergler* ad *Alciphron.* p. 179. — V. 306. Diana neque arcu neque ſagitta inſtructa; veſtis ad genua usque adducta, crines nullo vinculo cohibiti, ſed libere vagantes. — V. 308. *ἰοδόκην.* Vat. Cod. — V. 309. *λειγνωτόν.* Ducta ſunt haec ex *Callimachi* H. in Dian. v. 11. *ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα ζώννυσθαι λειγνωτόν, ἵν' ἄγρια θηρία καίνῃ.* ubi multa de

χιτῶνι

χιτῶνι λεγνωτῷ disputavit *Spanhem.* p. 173. ſqq. Adde *Interpp. Heſych.* v. λέγνα. Non fimbriata veſtis erat, ſed virgata potius, virgulis aureis aut purpureis utrimque in veſte adſutis aut intextis. Vide *Polluc.* VII. 14. — V. 310. ἀνειμένη πλοκάμου α. Vat. Cod. — ¶. 468.] V. 311 – 350. *Homeri* ſtatua fuſe et paulo elatiore ſpiritu deſcribitur; quare adſcripſit neſcio quis in marg. Vat. Cod. v. 320. ἡράσθης, ὦ φίλος, τοῦ κάλλους καὶ τῶν λόγων Ὁμήρου καὶ τοῦτον πατέρα σὸν ἐκάλεσας διὰ τὴν σὴν εὐμουσίαν καὶ, ναὶ μὰ τοὺς λόγους, οὐ μαχρὰν ἦς τῆς ἐκείνου ψυχῆς καὶ τῶν ἐκείνου χαρίτων. Fere eodem modo Homeri imaginem delineaſſe *Cedrenum* Hiſt. Comp. p. 369. ſq. monet *Heynius* p. 19. qui eum *Chriſtodori* verſus ante oculos habuiſſe ſuſpicatur. — V. 311. »Omnino ſcribendum »ὄμφεσνα χαλκὸς Ὁμήρου ἐδείκνυεν, et ſic ſcripſeram, quod »neſcio quo caſu, aut qua oſcitantia inter corrigendum »folium mutatum fuit.« *Br.* Felici igitur caſu typothetae non obtemperarunt viro clariſſimo, qui ſanam ſcripturam tentavit, poëtae mentem minime adſecutus. Vulgaris quidem dicendi ratio ita tuliſſet, ut diceretur, metallum Homerum oſtendere quaſi animatum, neque quidquam ei deeſſe praeter vocem; ſed *Chriſtodorus* communia mutavit et argutius extulit, Homerum dicens a ſculptore fictum ipſi metallo animam mentemque tribuere. Plane eodem acumine v. 117. Pericles καὶ αὐτῷ χαλκῷ ἀναυδήτῳ δημηγόρον ἦθος ἐνάπτειν dicitur, et v. 168. Helena καὶ αὐτῷ χαλκῷ κόσμον ἔδωκε πανίμερον. Haec vulgatae lectionis ſinceritatem abunde adſtruunt. — V. 313. θυιὰς τέχνη, facultas poëtica; quia male ſani poëtae. V. 39. de Heſiodo, χαλκὸν ἐβιάζετο θυιάδι λύσσῃ. — V. 314. δμὴ. Vat. Cod. — Deus hoc ſignum ſimul cum ipſo Homeri corpore finxit; mortalis enim viri opus eſſe nequit. — V. 316. θάσσων. Vat. Cod. — V. 317. Minerva, ſimul cum Apolline in Homero habitans, et divinos illos cantus edens, illum manibus ſuis finxit. —

V. 318. ἐπισταμένη τόπῳ ᾠίκεεν. Vat. Cod. — V. 320. δ' poſt πατὴρ omittit Vat. Cod. — V. 322. τοῦτο. Senectus ipſa ei venuſtatem aliquam et amoenitatem conciliabat, cum grata dignitate commixtam. Pro κεκέρασται Vat. Cod. ſolemni errore καὶ κέρασται. — V. 325. Cervix paululum incurvata erat, ſive ut deſuper ſpectantis, ſive ut ſenis annorum pondere gravati. — βότρυς χαίτης. Similia comparavit *Lennep.* ad *Coluth.* p. 42. — V. 329. ἐπαύστο ex ed. Aſcenſ. aſſumſit Stephan. In antiquioribus edd. ἀπεπαύστο, quod ex optimo Vatic. emendatum eſt. — V. 332. σαοφροσύνη κουρότρ. Ad ſapientiae praecepta referendum videtur, quibus pueri Homericorum carminum lectione imbuebantur. — ὀφρῦς. Supercilia valde prominentia finxerat ſtatuarius, ut caecos viri oculos celaret. Hinc factum, ut non caecus eſſe videretur, ſed cavis oculorum ſedibus venuſtas quaedam inſideret. In membr. ora ſcripta haec nota: τυφλὸς ἦν ὁ πλάσας αὐτόν, ἐπεὶ Ὁμήρος πολλῶν ἀνδρῶν ἔβλεπε κρείττων. Memineris verborum *Velleji* L. I. 5. 4. de Homero: *Quem ſi quis caecum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.* — V. 337. τοῦτο τέλεσσε. Vat. Cod. et vulg. — ¶. 469.] V. 341. Αἰδώς. Hanc cum Virtute junxit Timotheus ap. *Plutarch.* T. II. p. 323. B. αἰδὼ συνεργὸν ἀρετᾶς δορυμάχου. — V. 343. ὠδίνουσα. Cogitaſſe noſtrum puto de fabula illa, quae de Pindaro puero circumferebatur, apes in ejus ore mellificaſſe. Vide ad *Antip. Sidon.* Ep. XLVIII. et quae notavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 101. — V. 344. Baculo nititur ſenex, manu manui impoſita. — ἀλλήλῃσι. Vulgo. — V. 345. Caput ad dextrum latus nonnihil inclinatum, eum Apollinem dictantem audire Muſarumve aliquam prope adſtantem, videtur ſignificare. — V. 348. νόος πεφόρητο. Ad varias res convertit mentem ex penetralibus pectoris quaſi emiſſam et ſolutam. Similiter *Ariſtoph.* Nub. 759. ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα, Λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθην τοῦ ποδός. —

V. 351. *Pherecydes*, coelum ſpectans, tanquam ſedem ſapientiae. Mira locutio, σοφίης κέντρα νομεύειν, de viro in philoſophia regnante. Ducta videtur imago ab agricola ſive auriga, ſtimulo, κέντρῳ, armato et jumenta regente. νομεύειν h. l. idem quod νωμᾶν. — V. 354. *Heraclitus* Epheſius, generis humani imbecillitatem plorans et miſeriam. Cf. *Lucian.* Vitar. Auct. §. 14. T. III. p. 96. — V. 357. *Cratinus*, veteris comoediae auctor, qui mordaces jambos in improbos Athenienſium demagogos acuere ſolebat. Ἴωνας Athenienſes ab eorum origine vocat. ἰᾶβωσεν. Vide ad v. 28. — θυμοδακεῖς ἰάμβους. Cf. ad *Meleagr.* CXIX. T. I. P. I. p. 132. et ad *Hadriani* Ep. V. T. II. P. II. p. 326. — V. 360. κῶμον. comoediam exornans et ad altiorem laudem evehens. — V. 361. Juxta eum, ut videtur, *Menander* erat poſitus, novae comoediae auctor et quaſi ſidus. — ἔρωτας παρθενικάων. quod praecipuum comoediae novae argumentum. — V. 364. Jambos venuſtiſſimos indotatae virginitatis raptores vocans, ſuo more rem vulgarem exornare cupiens, obſcurus evaſit. Num etiam haec verba ad Menandreae comoediae argumentum referenda ſunt, cūjus haud contemnenda pars erant vitiatae virgines et furta amoris; an potius ipſum novae comoediae inventum κορείης vocabulo ſignificavit, ut jambi Menandri Comoediam virginem ſibi vindicaſſe, eamque ἀέδνωτον, a nullo alio poëta dotatam (i. e. cultam et exornatam) primi duxiſſe dicantur? Durum hoc, fateor, ſed a *Chriſtodori* ingenio fortaſſe non alienum. — ¶. 470.] V. 367. *Amphitryon* laurea coronatus et propterea vati ſimilis; ſed laurus, poëta interprete, victoriam de Taphiis reportatam ſignificabat. — V. 370. ἐφάρμενον, Vat. Cod. — V. 372. *Thucydides* conſpiciebatur meditabundus eoque habitu, qui oratoriam facultatem, in ejus hiſtoria conſpicuam, ſignificaret. δημηγόρον ἦθος ἱστορίης, genus eſt hiſtoriae eloquens, ſive quod ei in-

textae sint orationes, sive quod narratio oratorium colorem habeat. — V. 374. Manum attollebat, etiamnum bellum inter Spartanos et Athenienses recitare visus. Carmini epico Thucydidis historiam poëta comparat, cum propter argumentum, tum propter rerum contextum; magis tamen ob prius. Manus sublata et rhapsodo et oratori convenit. — V. 375. sequenti postponit Ed. pr. Flor. quem errorem sqq. edd. correxerunt. — Κεκροπιάδων. Ed. pr. Flor. — ἀμητῆρα lyrice de bello, qui pugnantes *metit*. (Cf. *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* X. 146. et *Burmann.* ad *Valer. Flacc.* III. 670.) *Incertus* in Heroic. ἀδέσπ. XXI. 25. (T. III. p. 147.) Ἑλλάδος ἀμῶν ἄγαμον στάχυν. *Philostratus* Heroic. p. 690. de Ajace: τοὺς τὰ πλήθη ἀποκτείνοντας θεριστὰς ἡγεῖτο μέγα μηδὲν ἀμᾶντας. Plura hujus generis collegit, *Aeschyli* versum eximie corrigens, *Valcken.* in Diatr. p. 225. Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ γ' ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν στρατοῦ. — V. 377. *Herodotus*, qui priscorum virorum gloriam, cum eorum, qui in Asia, tum, qui in Europa floruerunt, novem libris conditam Musis dedicavit. — Ἁλικαρνασσοῦ, uno σ, plurimae edd. veteres; *Stephanus* Ἁλικαρνασσοῦ. — In fine versus Vat. Cod. θέσπις ἀοιδῶν, cui in posterum vulgata lectio ἀοιδὸς cedet. — V. 379. ἀοιδὰς. Vat. Cod. — Ionicae dialecti suavitatem cum facundia conjunxit. — V. 382. *Pindarus* ab ipso Apolline artem musicam edoctus. — V. 384. Βιάττιον. Vat. Cod. — V. 386. λιγυρόϊσι et mox ἀνεπλάσαντο Vat. Cod. De fabula vide *Pausan.* IX. 23. p. 755. et not. ad vers. 342. — 388. *Xenophon*, auctor historiae de Cyro, Platonicae eloquentiae aemulus. De Anabasi hunc locum accepit *Brodaeus*; fortasse recte: nec tamen male Cyropaediam intellexeris. — λιγαίνειν. Vat. Cod. — φιλάγρυπνος μελέσσι sapientiae studium esse videtur. Philosophiae igitur cum historia conjunctionem miratur in *Xenophontis* opere. — V. 393. Prope Xenophontem adstabat signum, cui *Alcmaeonis* vatis nomen appositum erat;

cum tamen ei laurea corona deeſſet, *Chriſtodorus* ſuſpicabatur, *Alcmanis* nomen reponendum eſſe. Cui ſuſpicioni obloquitur *Brodaeus*, non vatem, ſed alium quendam Alcmaeonem, Athenienſem, illa ſtatua repraeſentatum eſſe exiſtimans. Hic enim ſuorum civium primus Olympiae vicerat, teſte *Herodoto* VI. 125. Sed mentem *Chriſtodori* non recte percepiſſe *Brodaeum*, bene monuit *Huetius* p. 37. qui poſt *Salmaſium* ad *Solin.* p. 580. D. E. notavit, idem eſſe nomen Ἀλκμαίων et Ἀλκμάν, nec igitur *Chriſtodorum* nomen baſi inſculptum mutare, ſed interpretari. Unice huc facit *Euſtath.* ad Il. χ. p. 1379. 12. de verbo παιάων agens, γίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ παιάν, ὡς Ἀλκμάωνα Ἀλκμάν, καὶ Ἀμυθάων Ἀμυθὰν παρὰ Πινδάρῳ. Notandum, membranas Vat. non Ἀλκμαίων exhibere ap. noſtrum, ſed Ἀλκμάων, plane ut ap. *Euſtathium*. Hunc Dorienſium metaplaſmum attigit *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoeniſſ. p. 65. — ¶. 471.] V. 394. ὁ βοώμενος, illuſtris ille vates, Amphiarai filius, cujus pietatem et furorem tragoedia repraeſentavit. — Pro οὐὶ Vat. Cod. οὐ legit. — V. 398–406. In his poëta *Pompeji Magni* laudem cum laude Anaſtaſii imperatoris connectit. Fictus erat ille gladios pedibus calcans, quod de victoria de Iſauris interpretatur noſter, ut inde occaſionem caperet laudandi Anaſtaſii, qui de Iſauria triumphaverat. Attingebat Iſaurica regio Pamphyliam et Ciliciam, cujus provinciae partem Iſauri, gens bello et latrociniis dedita, invaſerant. Jam cum Pompejus de piratis Cilicibus triumphaverit, idem h. l. victoriam de Iſauris reportaſſe dicitur. De latrociniis Iſaurorum et bellis Romanorum cum hac gente vide *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* L. LV. p. 880. 51. — V. 403. Anaſtaſium a Pompejo deſcendiſſe, commentum ſive poëtae, ſive aulicorum. Obſcura enim hujus Imperatoris origo, de qua vide *Du Cangium* de Famil. Byz. 85. De ejusdem conditione, antequam ſolium Caeſarum aſcendit, egregie

disputavit *Villoiſon.* in Anecd. T. II. p. 30. ſq. not. 2. — V. 406. διώσας. Vat. Cod. et ἔθεα γαίης. ἔνθεα Ald. I. et Aſc. — V. 407. *Homeri* altera ſtatua; at non antiqui illius, ſed recentioris imaginem eſſe ſuſpicatur Noſter. Erat hic Myrûs, Byzantinae, filius, qui ſub Ptolemaei Philadelphi regno tragoediae operam dedit. Vide *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* IX. 113. — V. 410. Μοιρώ. Vat. Cod. ſolemni circa hoc nomen errore. — πεδνήν. Vat. Cod. et antiq. edd. usque ad Stephan. — V. 412. κεῖνος γάρ. Vat. Cod. et Plan. — V. 414. Ultimum locum occupat *Virgilius*, alter Homerus. — Θυμβρηὶς ἠχώ. Lingua Latina. — Nomen poëtae Βιργίλιος effert Vat. Cod. ut etiam ap. alios Byzantinos ſcriptores reperitur. Vide *Fabric.* Bibl. Lat. T. I. p. 305. ed. *Erneſt.*

¶. 472.] *II.* Cod. Vat. p. 317. »Hoc Epigramma »edidit Berkelius ad Stephan. p. 347. — Factum eſt, »ut et ſequens etiam Epigr. in Joannem praefectum »Illyrici ſub Anaſtaſio, qui et conſul fuit, ut alterum »teſtatur Epigramma, cujusque conſulatus ad annum D. »refertur a Du Cange in Famil. Byzant. p. 86.[a] *Br.* Poſt *Berkelium* edidit *Jenſius* nr. 117. *Reiske* in Anthol. p. 161. nr. 768. — V. 1. »Cod. αὐτός, pro quo κλεινὸς »melius videtur: *Reiskius* contra metrum κλυτός: at »κεῖμαι recte in κεῖται mutavit. Ab eo etiam v. 2. ἀειφα»νέων ſumſi; cod. ἀειφανέων.[a] *Br.* Optima *Reiskii* emendatio in verſus exitu; nam urbs Epidamnus loquitur; at initio αὐτὸς neutiquam ſollicitandum erat. Fefellit clar. editorem verbum κεῖμαι, quod h. l. non de cadavere in terra poſito, ſed de ſtatua Joannis accipiendum eſt. Hoc ſenſu *Euripid.* in Hecub. v. 16. γῆς ἔρ' ἔκειθ' ἑστήματα, *ſtabant.* quam lectionem a quibusdam ſollicitatam tuetur *Markland.* ad Suppl. v. 665. p. 163. κεῖμαι idem quod εἶναι ſignificare judicans; non ſatis ſubtiliter. *Ponendi* ſignificatio in eo obtinet, cum θρόνος, τράπεζα

κεῖσθαι dicitur; de quo vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 453. Jam cum de ſtatua h. l. agatur, ſponte apparet, veriſſimum eſſe αὐτὸς Ἰωάννης, quibus, ut multis aliis in locis, expreſſa ſigni cum homine ſimilitudo indicatur. *Julian. Aegypt.* Ep. XL. αὐτὴν Θεοδότην ὁ ζωγράφος. In Stat. Athlet. Ep. VIII. αὐτὸν Πορφύριον μὲν ἀπεικριβώσατο χαλκῷ ὁ πλάστης. Cf. Ep. ἀδέσπ. DXIV. — V. 3. Μουσάων. Vat. Cod. Liberalitatem Joannis erga poëtas his verbis laudari exiſtimo, qui Epidamnum adducti ipſam urbem praeſentia et carminibus ſuis illuſtrarunt. — ὃς πλέον. Vat. Cod. ὁ emendatum in marg. ap. Guyet. ξένιος δαίμων, *hoſpitalitas*; ſimiliter ut *Euripid.* Hecub. 345. πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία, pro, *ſupplicationem.* εὑρόνας, i. e. αὐξήσας. Inſigniter itaque hoſpitalitatem exercebat ille. Sic mihi haec commode explicari poſſe videntur. Aliter tamen *Reiskius*: „Joannes civitate Epidamnius erat, non ori„gine; Lychnide enim, urbe Illyrii, oriundus erat. „Propterea urbs, loqui ficta, eum ait erga ſe amplificaſſe „beneficentiam hoſpitalis alicujus numinis, i. e. ampliſſi„mis beneficentiae modis excepiſſe Epidamnum, velut „peregrinum ad ſe venientem, quibus ullum numen „hoſpitale peregrinos ad ſe venientes excipere queat.“ Mihi haec interpretatio obſcura et contorta videtur. — V. 5. παμφέρβην. paſcentem manum et alentem. — ἥτινα μούνην. Senſus eſt: cum in omnibus aliis rebus modum ſibi ſtatuiſſet vir inſignis temperantiae, in una beneficentia modum et fines non noverat; nullos manui ſuae beneficae fines praeſcripſerat. — Verſus brevior in membr. nonnihil depravatus: μέτρων ὁριζόμενον. μέτρου emendavit *Salmaſius*. *Reiskius* ſcribebat: ἥτινι μούνῃ οὐκ ἦν ὁ. μέτρον ὁριζόμενον. Brunckiana lectio doctior eſt et *Chriſtodori* ingenio accommodatior. (In ed. Lipſ. omiſſum colon in fine verſus.) — V. 7. Poſt αὔξησε lacuna eſt in Vat. Cod. quam ſagaciter implevit *Reiskius*, qui etiam ὑπήνην in ἀπήνην mutavit. ἀπήνη, *carruca*, ſupre-

mae dignitatis insigne. — V. 11. ἰάσας apogr. Goth. non ἰάσεας, ut *Br.* in Vat. Cod. extare ait. In fine carminis autem γινομένων ibi legitur. Joannes Musarum antistites amore plus quam paterno amplectebatur. Cf. ad vers. 3. — Caeterum *Reiskius Du Cangio* oblocutus hunc Joannem Anastasii Dicori generum fuisse putat. Ejus sententiae rationes ap. ipsum vide. Cf. *Br.* ad *Julian. Aeg.* Ep. LXIX.

III. Vat. Cod. p. 316. sq. Plan. p. 191. St. 279. W. Inficete poëta in nomine patriae ejusdem Joannis ludit. — V. 1. Ἐπιδάμνου ἄστεον. propter honores magna cum laude in illa urbe gestos. — ἦν περὶν Vat. Cod. Ab Heraclidis conditam esse Epidamnum, auctor est *Thucydid.* L. I. 24. ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τῶν ἀφ' Ἡρακλέους. quem locum cum nostro contendit *L. Holstenius* ad *Stephan. Byz.* p. 115. — μέρμερος ἥρως de Hercule interpretatur *Brodaeus*, quod sensum idoneum non facit. De ipso Joanne accipe, qui improborum audaciam contudit, secutus exemplum Herculis, cujus tota vita perpetuum contra improbos bellum fuit. — μέρμεσον. Vat. Cod. — V. 5. σὺν σεβῶν. Vat. Cod. — V. 6. Λύχναδον vulgo; sed vera est lectio membr. Λυχνιδόν. Cf. *L. Holsten.* ad *Stephan.* p. 194. Quae *Christodorus* h. l. de hujus urbis originibus tradit, aliunde cognita non habemus. — V. 7. λύχνος, lychnus, Joannes Heliconis, quia Lychnide ortus. Merito hunc lusum *Brodaeus* frigidum vocat; nec, quae sequuntur, minus inepta sunt: Quia Cadmus Graecos literas docuit, Joannes autem ex urbe a Cadmo exstructa originem ducebat, doctissimus hic erat et Heliconis ornamentum! — V. 8. ἀμέλαμψε. Vat. Cod. Fortasse:

ἄμ' ἔλαμψε.

ISIDORI AEGEATAE EPIGRAMMATA.

¶. 473.] *I.* Vat. Cod. p. 371. Εἰς πολύποδον καὶ λαγωόν. — Ἰσιδώρου Αἰγεάτου. In Plan. p. 61. St. 88. W. gentile varie exhibetur. γεωδότου Ed. pr. Flor. Ald. 1. 3. αἰγεώτου. Ald. 2. et Nic. Sab. αἰγεωδότου Aſcenſ. et Steph. — Idem argumentum tractavit *Antiphil. Byz.* Ep. XXIII. et *Bianor* Ep. II. — V. 1. Τύννιχος. Sic ultro emendavit *G. Koen.* ad *Gregor.* de D. p. 135. quod Laconicum nomen occurrit ap. *Dioscorid.* Ep. XXXIII. et ap. *Polyaen.* V. 23. Emendationem Vat. Cod. confirmat. Vulgo γύννιχος. — εἰς γῆν man. rec. in Vat. Cod. addidit. — V. 3. ὃ δ' ἐφ', et ἐνέδησε vulgo. — V. 5. Tynnichus polypum in mare conjecit, qui ſe, leporis munere, quaſi redemerat. — δ' poſt ἀγρευθεὶς omittit Vat. Cod.

II. Vat. Cod. p. 248. Plan. p. 246. St. 357. W. cum lemmate: ἐκ ναυηγοῦ πρὸς γεωπόνον. quod tamen deſideratur in Ed. pr. Flor. Cautius is, qui lemma ſcripſit in Vat. Cod. εἰς τάφον ἐπὶ χώρας κείμενον ἀροτρευομένης. nam naufragum hîc loqui, ex ipſo quidem Epigrammate non cognoſcitur. Serius alius in iisdem membr. verſui primo appinxit haec: ἐκ ναυηγοῦ πρὸς γεωπόνον. Expreſſum eſt ex *Heraclid. Sinop.* III. T. II. p. 261. — V. 1. τῶι β. Vat. Cod. — V. 3. τοιαύταν. Vat. Cod. — De ὄνυς vide ad *Philippi* Ep. XIV. T. II. P. II. p. 157.

III. Vat. Cod. p. 291. Ἰσ. αἰγεάτου εἰς Ἐτεοκλέα ναυηγὸν ἐν τῷ τυῤῥηνικῷ πελάγει ναυηγήσαντα. Plan. p. 257. St. 372. W. Eteocles, cujus naufragium hoc carmine memoratur, antequam mercaturam exercere inſtituiſſet, agrum coluit. Elegans Epigramma et nativa venuſtate commendabile. — V. 1. ἐκ γαιωμοσίης vulgo. Hîc pronomen μι deſiderari, acute intelligens *Scaliger*, in not.

mſc. εἵλκυσέ μ', ὀθνείης — tentavit. — ὀθνείη ἐργασίη, peregrinarum mercium permutandarum et comparandarum negotium. — V. 3. ἀλλάμενοί. Vat. Cod. — V. 4. κείνης ὕδασιν, maris Tyrrheni undis. Paulo jejunius pronomen κείνης. — V. 5. ἐμβρίσαντος. Vat. Cod. et edd. vett. usque ad Steph. ἐμβρίσαντος probabat etiam *Scalig.* in not. mſc. — V. 6. αὐτός. Vat. Cod. Vaeh ventus, qui aream perflat, nimium diverſus ab eo, qui vela implet! Venuſtum hoc. Agricolae ingemiſcentis et novam inexpectatamque rem mirantis vocem nobis audire videmur. — ἀλωάς, in ventilatione puta.

¶. 474.] *IV.* Vat. Cod. p. 250. Ἰσιδ. αἰγιάτου εἰς Νικόφημον ναυηγήσαντα ὑπὸ δίψους ἐν τῇ θαλάσσῃ. In Plan. p. 247. St. 358. W. *Iſidori* nomini gentile non additum. Ex cod. emendatum protulit hoc carmen *Dorvillius* ad haec *Charitonis* L. III. p. 46. de piratis: θαλαττεύοντες πολὺν χρόνον, ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν τῶν ἀναγκαίων, μάλιστα τοῦ ποτοῦ καὶ — διψῶντες ἀπέθνησκεν ἐν χρυσῷ. — V. 2. κύματος vulgo et in Vat. Cod. ubi praeterea κατ' ἔκλυσεν. Enotavit *Dorvill.* l. c. p. 272. lectionem in Cod. marg. κύματ' οὐ, quam certe in Vat. Cod. non reperit. Huic conjecturae – nam Viri Docti conjecturam eſſe vix dubito – ille praeferebat, et recte quidem, ut mihi videtur, emendationem *Huetii* p. 23. ἀλλ' Λιβύσσης κύμασιν κατέκλυσεν. Nec tempeſtas, nec ſiderum occaſus Nicophemum Libyci maris fluctibus merſerunt. — V. 4. πλόῳ. Vulgo et in Vat. Cod. quod a cl. editore mutari non debebat. ἀνημέμῳ πλόῳ idem eſt, quod νηνεμίᾳ, qua quaſi vinctus et impeditus ille periit. — Mox vulgatum δίψης cum lectione membr. δίψευς commutavit *Dorvillius.* Facit huc etiam alius *Charitonis* locus L. III. p. 48. ἐξαισίοις δὲ πνεύμασιν ἐξεώσθημεν εἰς ταύτην τὴν θάλασσαν· εἶτα γαλήνης μαχρᾶς γενομένης δίψει πάντες ἀνηρέθησαν. — V. 6. venti nautis perniciosi et flantes et cum ſilent.

V. Vat. Cod. p. 229. Ἰουδαίου Ἀλυσάτου. Sine gentili in Plan. p. 240. St. 349. W. In Eumelum aucupem, qui tenui victu contentus libertatem ſervabat, neque unquam ad ſerviles artes deſcendere neceſſe habebat. — V. 3. ἔχυσεν χέρα. De paraſitorum humilitate in patronorum manibus oſculandis, vide, praeter ea, quae *Brodaeus* collegit ad h. l., *Barthii* Not. ad *Statii* IV. Silv. I. 3. et ad *Claudian.* Rufin. II. 443. Ad noſtrum inprimis facit Ep. Anthol. Lat. L. III. LXI. p. 498. *Parvula ſecuro regitur mihi culmine ſedes — Si vero alitibus fraudem contexere *** Seu magis imbelles libuit circumdare cervos, Aut tereti lino pavidum ſubducere piſcem: Hos tantum novere dolos mea ſordida rura. I nunc, et vitae fugientis tempora vende Divitibus coenis.* — V. 6. In voce πτερὰ explicanda fluctuat *Brodaeus.* Primum noctuas eſſe putat, quarum pellibus, foeno impletis, aucupes utantur ad alliciendas aves; deinde retium genus eſſe ſuſpicatur, perperam laudans *Gregorium:* καὶ ἱξευτὴς καλάμους οἰκοδομεῖ, καὶ ὑποβλέπει πτόρθους καὶ περιεργάζεται πτερὸν ὄρνιθος — ubi ipſa avis, cujus plumas auceps viſco tangere conatur, intelligenda eſt. Alia igitur anquirenda interpretatio. Sunt πτερὰ aves, quibus aucupes ad decipiendas aves utebantur. *Eustecnius* de Aucup. L. III. c. I. p. 193. varias aucupii rationes recenſens, aucupem, ait, uti ἱξῷ, ἢ θηρεύειν ἱππείαις, ἢ λίνοις κ. τ. λ. deinde etiam συμφύλοις ὄρνισι. Conf. *Simmiae Rhod.* Ep. IV. T. I. p. 204. et *Wernsdorf.* ad Poëtas min. Tom. I. p. 126. ſeq.

ISIDORI SCHOLASTICI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 151. *Ἰσιδ. σχολ. βολβυθιώτου.* Plan. p. 417. St. 553. W. Gentile in Vat. Cod. additum *Salmaſ.* in not. mſc. in *βαλβυτινήτου* mutandum cenſebat. *Βαλβυτίνη* urbs Aegypti. Idem poſtea *βολβαιώτης* emendabat, a Bolbis, urbe Cariae. Fingit Epigrammatis auctor, Endymionem, ſenem factum, Lunae torum et ſtragulam veſtem, qua ille torus inſtratus erat, dedicare. — *μάτην μίμνοντα.* fruſtra adventum tuum expectantem. *ἀπρήκτου.* otioſi lecti. In re amatoria paſſim hujus verbi uſus. *Philodem.* Ep. V. *τοὔνεκ' ἐν ἀπρήκτοισι καθήμεθα.* *Strato* Ep. LXXIX. *ὄρχεις ἄπρηκτοι.* — V. 2. *σοὶ φίλος.* Vulgo. *σὸς* ex Cod. Vat. emendavit *Salmaſius.* — V. 4. *σώζει.* Vat. Cod. et Ed. pr. Flor. Vulgo male *σώζοι.*

DAMASCII PHILOSOPHI DISTICHON.

¶. 475.] Vat. Cod. p. 294. Plan. p. 235. St. 341. W. In Zoſimam, ſervam ingenuae indolis, morte ſervili conditione liberatam. — *μόνῳ τῷ σώματι.* ut ap. *Sophoclem* in *Stob.* Tit. LX. p. 384. *τὸ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος.* et *Euripides* ibidem: *πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρὸν, ἡ δὲ φρὴν τῶν οὐχὶ δούλων ἐστ' ἐλευθερωτέρα.* Quod autem Zoſima dicitur morte etiam corporis libertatem adepta eſſe, id ad liberum ſepulchrum referendum eſt, quo domini bonos ſervos honorare ſolebant. Cf. *Dioscorid.* Ep. XXXV. *Martial.* L. I. Ep. CII. de ſervo Demetrio: *Ne tamen ad Stygias famulus deſcenderet umbras, Ureret implicitum cum ſcelerata lues, Cavimus, et domini jus*

omne remiſimus aegro: Munere dignus erat convaluiſſe meo. Senſit deficiens ſua praemia, meque patronum Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

QUINTI SMYRNAEI EPIGRAMMA.

„Extat in Planud. p. 308. St. 448. W. absque „auctoris nomine, qui e Joanne Tzetza notus Chil. II. „38. [et II. 490.] Edit. Basil. anni 1546. p. 31. ubi „hi versus leguntur, fere uti hîc eos exhibui. Totidem „sunt, quot certamina. Ex ultimo male nescio quis duos „concinnavit. In uno Regiorum codd. titulus est: *εἰς „τὸ αὐτὸ Κοΐντου Σμυρναίου, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.*“ *Br.* Ex hoc fortasse Epigrammate expressi sunt pessimi versus, quibus item Herculis labores recensentur ap. *Reinesium* Inscr. p. 344. et *Donium* p. 36. ubi v. 7. fortasse supplendum *Θρήικος ἐξελ.* et versu ultimo: *Γηρυόνην ἔκτεινεν ἑλὼν ταύρους ἀγελάτας.* Ejusdem farinae est, quod in eodem argumento versatur carmen, editum a *Gaëtano Marini* Iscrizioni Antiche delle Ville e de' Palazzi Albani. Roma. 1785. p. 154. In eo primus versus ex hoc carmine mutuo sumtus. — V. 1. Νεμέῃ. Vulgo. — V. 2. „Pla„nudeae lectionem *ἅλεσεν ὕδρην*, quae melior est, praetu„lissem, ni vidissem, *ἔκτανεν* scriptum etiam esse in veteri „cod. Bibliothecae Laurentianae, Catal. T. II. p. 74.“ *Br.* — V. 4. *ὑψικέρων δ' ἕλ.* Idem Cod. Laur. — V. 5. *στυμφηλίδας.* Ald. 1. 2. Ascens. *στυμφαλίδας.* Aldin. 3. — V. 8. *ὄγδοον ἐκ Θρήικης Διομήδεος ἥλασεν ἵππους, Ἔννατον ἐκ Κρήτης πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον.* Cod. Laur. — V. 10. *βόας. ἤγαγεν.* Vulgo. — V. 11. *Κέρβερον ἑνδέκατον, κύν' ἀνήγ.* Vulgo. *δωδέκατον δ' ἀνάγκει (ἀνάγει) κύνα Κέρβερον ἐξ ἀΐδαο*

Cod. Laurent. — V. 12. ὃ δ' ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλ. Vulgo. — V. 13. Planudes ſic habet:

Τὸ τρισκαιδέκατον τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον
Μουσονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούρας.

Pro Θεστίεω Cod. Laur. Θυστίεω.

METRODORI EPIGRAMMATA.

¶. 476.] »Epigrammatis primi et problematum »arithmeticorum plerorumque auctor eſſe poteſt Metro»dorus Scepſius, qui Mithridatis aetate vixit. At Epigr. »II. et problematum quaedam aliis cognominibus tri»buenda ſunt. Varios Metrodoros recenſet Jonſius de »Scr. Hiſt. Phil. I. 20.« *Br.* — *I.* Vat. Cod. p. 416. Plan. p. 17. St. 28. W. *Metrodorus* ſibi *Poſidippi* Ep. XVI. hoc carmine refutandum ſumſit, in omni vitae genere et conditione propria quaedam bona ineſſe docens. — V. 2. κήδεα, quod poëtae menti adverſatur, in Steph. ed. operarum vitio legitur, pro κύδεα, quod omnes edd. vett. habent. Opponuntur haec verbis *Poſidippi*: εἰν ἀγορῇ μὲν Νείκεα καὶ χαλεπαὶ πρήξιες. Κύδεϊ ap. noſtrum in Ep. *Juliani Aegypt.* XLIII., quod inprimis comparandum, reſpondet εὖχος: ἄστεϊ μέσσῳ Εὖχος, ἑταιρείῃ. — V. 9. Non igitur opus eſt, alterum ex duobus optare, ut aut nunquam natus ſis, aut cito moriaris: omnes enim vitae partes habent, quo ſe commendent. — βίος Vat. Cod. quod vulgatae praetulerim.

II. Vat. Cod. p. 476. Μητροδώρου γραμματικοῦ εἰς Βυζ. In Plan. p. 294. St. 434. W. *Metrodoro* ſimpliciter inſcribitur. In Joannem quendam juris conſultum magnae ſapientiae et alterum Solonem. ὁ γέρων Θεσμός. Leges antiquitus ſcriptae ubi Joannem acceperant, i. e. ubi Joan-

nes ad magiſtratus honorem evectus eſt, dixerunt, quaſi renovatae et juvenili denuo robore inſtructae: Solonem iterum nacti ſumus.

PROBLEMATA ARITHMETICA
QUORUM PLURIMA METRODORI.

¶. 477.] Haec problemata tantum non omnia primus ex *Salmaſii* codice edidit *Bachet de Meziriac* in *Diophanti* Arithm. Toloſae 1670. Libro V. p. 261. ſq. cum verſione latina et ſolutionibus. Quas ſolutiones hic reperient docti lectores, eas debent doctrinae et acumini Viri Cl. *Friderici Kries*, collegae mihi conjunctiſſimi, qui *Xylandri*, *Meziriaci*, et paucorum aliorum veſtigia ſecutus, humaniores literas cum mathematicis ſtudiis feliciſſime conjunxit. Leguntur autem priora horum problematum in Cod. Vat. p. 615. praemiſſis verbis: γυμνασίας χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόνοις προτίθημι, ἵνα γνῷς (f. γνῶσι), τί μὲν παλαιῶν παῖδες, τί δὲ νέων. Σωκράτους. Haec ſi vera eſt nominis inſcriptio, hoc problema et plura fortaſſe alia referri debent ad *Socratem* illum, quem ἐπιγραμμάτων ποιητὴν appellat *Diogen. Laërt.* L. I. 47. p. 109. hominem aliunde penitus ignotum. Haud paucis horum Epigrammatum in membranis adſcriptae ſunt ſolutiones, modo literis appictis breviter indicatae, modo uberius explicatae. Has ne hoc loco repetam, facit obſcura et intricata veterum arithmeticorum in talibus ſolvendis ratio, unde ad lectores, elegantiori recentiorum temporum methodo adſuetos, parum ſive fructus ſive utilitatis redundaturum eſſe, mihi perſuaſum habeo.

I. Vat. Cod. p. 615. Polycrates, Sami tyrannus, (vide *Diog. Laert.* Vit. Pyth. VIII. 3. p. 489.) Pythagoram de diſcipulorum numero interrogaſſe fingitur. Hic

reſpondet, dimidiam eorum partem mathematicis ſtudiis operam dare; quartam in naturae arcanis perſcrutandis ſtudium ponere; ſeptimam ſilentem. ſedere magiſtrique praecepta repetentem; eſſe autem praeterea tres mulieres interque eas *Theano*, omnium praeſtantiſſimam. (Vide *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VIII. 43. p. 374. *Fabricii* Bibl. Gr. T. I. p. 884.) — Sit numerus diſcipulorum = x.

$$\tfrac{1}{2}x + \tfrac{1}{4}x + \tfrac{1}{7}x + 3 = x$$

ſeu, fractionibus ad eandem denominationem redactis:

$$\frac{14}{28}x + \frac{7}{28}x + \frac{4}{28}x + 3 = x$$

Summa fractionum eſt $= \frac{25}{28}$; erunt ergo

$$\frac{25}{28}x + 3 = x$$

$$3 = x - \frac{25}{28}x = \frac{3}{28}x$$

Jam cum $\frac{3}{28}$ totius numeri = 3, totus diſcipulorum numerus = 28; unde ſequitur, fuiſſe

14 mathematices ſtudioſos.
7 phyſices cultores.
4 ſilentio adſtrictos; quibus omnibus accedebant
3 mulieres.

28.

II. Vat. Cod. p. 615. qui v. 6. αὐτὰς vitioſe; v. 12. κουφοτέρεσιν habet. — V. 9. »Meziriacus τριηκόντων, quod imprudens mutavi [in τριάκοντα]. Ionicum »eſt: vide Etymol. M. p. 290. in δυοί, ubi ex Alcaeo »τὸν δυοκαίδεκον profert, et e Callimacho τῶν τριηκόντων, »pro τῶν τριάκοντα. Callimachi locus eſt inter fragmenta »a Bentlejo collecta LXVII. τριηκόντων eſt etiam ap. Heſiodum

„siodum ἔργ. 694. Recurrit infra Problem. XVII. 13. „τριηκόντων, ubi prava itidem sedulitate scripsi τριήκοντα, „metro quidem in neutro loco repugnante, sed absque „necessitate ulla, quum bona sit codicis scriptura, utro„bique restituenda.“ *Br.* Aliud exemplum vocis τριήκοντα κλινομένης fuit supra in Ep. *Philodemi* XIV. T. II. p. 86. ἐπτὰ τριηκόντεσσιν ἐπέχονται λυκάβαντες. Eadem fere, quae *Brunckius*, ex Grammaticis protulit *Fischerus* in Animadv. ad Weileri Gramm. Gr. T. II. p. 153. sq. — Amor apud matrem conqueritur, quod Musae ipsi magnam partem malorum, quae ex Helicone decerpserit, eripuissent. Quintam ei partem abstulerat Clio; duodecimam Euterpe; octavam Thalia; vicesimam Melpomene; quartam Terpsichore; septimam Erato; Polyhymnia triginta mala rapuerat; Urania centum et viginti; Calliope trecenta; ita ut spoliato nonnisi quinquaginta relinquerentur. Quaeritur, quantus malorum numerus fuerit. Ponatur ille = x; erit

$$(\tfrac{1}{5}+\tfrac{1}{12}+\tfrac{1}{8}+\tfrac{1}{20}+\tfrac{1}{4}+\tfrac{1}{7})x+30+120+300+50=x.$$

id est: $\frac{168+70+105+42+210+120}{840}x+500=x$

sive $\frac{715}{840}x+500=x$. ergo $500=x-\frac{715}{840}x$ $=\frac{125}{840}x$. Quare pars centesima vicesima quarta numeri 500 (i. e. $\frac{500}{125}=4$) erit $\frac{1}{840}x$; ergo $x=4\cdot 840=3360$. Hinc apparet, sumsisse sibi

Clio	672	mala;
Euterpen	280.	
Thaliam	420.	
Melpomenen	168.	
Terpſichoren	840.	
Erato	480.	
Polyhymniam	30.	
Uraniam	120.	
Calliopen	300.	His adde mala, quae Amor ſervavit
	50	

Summa 3360.

¶. 478.] *III.* Vat. Cod. p. 622. — V. 1. „Meziriacus, μήλων καλάθοις φέρον, ἐν δὲ ἑκάστῃ – mendoſe.“ *Br.* In Cod. eſt ἑκάστη. et ſic v. 4. Trium Gratiarum unaquaeque aequalia poma habebat in calatho, et Muſis obviam factis quaelibet aequalem numerum tribuit; quo facto tres Gratiae et novem Muſae totidem poma habuiſſe reperiuntur. Eſt hoc problema ex numero indeterminatorum, i. e. eorum, quorum innumerae ſolutiones reperiri poſſunt. Omnis enim res eo redit, ut, cum unaquaeque Gratiarum ante pomorum distributionem aequalem eorum numerum habuerit, poſt illam cuilibet Gratiarum et Muſarum par pomorum aſſignetur numerus. Jam cum *tres* ſint Charites, *ter ternae* Muſae, ſponte apparet, quamlibet Gratiam ter tantum malorum distribuiſſe, quantum ipſa retinuerit. — Sit igitur numerus pomorum, quae unaquaeque ſibi ſervat, = x; ea, quae distribuit, erunt = 3 x; ergo ea, quae ante distributionem habuerunt, = 4 x. Jam nihil prohibet τῷ x numerum, quemcunque libuerit, ſubſtituere. Ponamus x = 1; quaelibet Gratia principio 4 mala habuit, et omnes conjunctim 12.

x = 2;	—	—	—	8	—	—	24.
x = 3;	—	—	—	12	—	—	36.

et ſic porro.

IV. Vat. Cod. p. 622. — V. 1. τεῦξόν μοι. Cod. et Mez. — V. 2. τ' ἄμμα. — V. 5. ἄμ' ὑδὲ σιδ. — V. 6. κεφᾶσαι. Corona ſexaginta minarum ex auro, aere, ſtanno et ferro facienda proponitur. Aes et aurum duos totius ponderis trientes efficiat; aurum ſtanno mixtum ternos quadrantes; idem cum ferro temperatum totidem πεμπτημόρια. Quaeritur, quantum de unoquoque metallo huic coronae adhibendum ſit. Signentur quatuor metalla ex ordine literis a, b, c, d, quae conjunctim 60 minas pendunt; et quidem

$$\begin{array}{rl} a + b\ \tfrac{2}{3} & \text{totius maſſae i. e. } 40 \text{ minas.} \\ a + c\ \tfrac{3}{4} & \text{— — i. e. } 45 \text{ —} \\ a + d\ \tfrac{3}{5} & \text{— — i. e. } 36 \text{ —} \end{array}$$

ergo ſumma $3a + b + c + d = 121$ minis. Ab his auferantur $a + b + c + d = 60$ minis.

$2a = 61$ minis. Hinc efficitur, eſſe

$a = \frac{61}{2} = 30\frac{1}{2}$ min. Erat autem $a + b = 40$ min.
ergo $b = 9\frac{1}{2}$ — Porro $a + c = 45$ —
— $c = 14\frac{1}{2}$ — Poſtremo $a + d = 36$ —
— $d = 5\frac{1}{2}$ —

Sum. $a + b + c + d = 60$ minis.

V. Vat. Cod. p. 623. Hoc carmen ſic vertit *Mesiriacus*:

Sume tibi phialae, faber ingenioſe, trientem,
Quartamque, et partem ſume duodecimam.
Injice fornaci ſimul omnia mixta; ſed inde
Prodeat unam aequans pondere maſſa minam.

Deinde problema ſic ſolvit: „Quaeritur numerus, cujus $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{12}$ ſimul conficiant 1. Eſto is 1 N. ergo $\frac{1}{3}$ N. $\frac{1}{4}$ N. $\frac{1}{12}$. ſimul, hoc eſt $\frac{2}{3}$ N. aequantur unitati, unde fit 1 N. $1\frac{1}{2}$. quot minas pendebat phiala.“ Alio ſenſu

hoc problema accipiendum esse censebat cl. *Kries*. Sibi poëtam postulare videri, ut pars tertia, quarta et duodecima *ejus*, i. e. *totius phialae* ponderi adjiciantur. Secundum hanc interpretationem, pondere phialae = x posito, problema sic solvendum:

$x + (\frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{12})\, x = 1$ minae, id est

$x + \frac{2}{3} x$ seu, conjunctim, $\frac{5}{3} x = 1$ minae.

Ergo $x = 1 : \frac{5}{3} = \frac{3}{5}$ unius minae.

¶. 479.] *VI.* Vat. Cod. p. 623. Tres hîc ex ordine loquuntur. Primus se tantum pecuniae habere ait, quantum secundus, et praeterea partem tertiam ejus, quod tertius habeat; secundus tantum, quantum tertius et insuper tertiam partem ejus summae, quam primus possideat; tertius denique decem minas se habere gloriatur et tertiam partem ejus, quo primus gaudeat. Sint interlocutores A, B, C, et summa, quam quisque habet, a, b, c; erit ex hypothesi

1) $a = b + \frac{1}{3} c$.
2) $b = c + \frac{1}{3} a$.
3) $c = 10 + \frac{1}{3} a$.

Hinc sequitur, esse

$b = 10 + \frac{1}{3} a + \frac{1}{3} a = 10 + \frac{2}{3} a$.

His addatur $c = 10 + \frac{1}{3} a$

$b + c = 20 + a$. Hinc si auferas summam, quam

A habet: $b + \frac{1}{3} c = a$ sequitur, esse

$\frac{2}{3} c = 20$. ergo $\frac{1}{3} c = 10$. ergo $c = 30$.

Jam cum c sit $= 10 + \frac{1}{3} a$, sequitur $\frac{1}{3} a$ esse $= 20$; $a = 60$; b autem, compositum ex $c + \frac{1}{3} a$ est $= 50$. Itaque habebat

A 60 minas
B 50 —
C 30 —.

Sic hoc problema ſolvendum erat ſecundum lectionem, quam *Brunckius* ex *Meziriaci* exemplo protulit. Sed in membranis v. 3. non τὸ τοῦ πρώτου legitur, ſed τὸ τοῦ μέσου; unde tota res inſigniter mutatur. Tum tertia aequatio erit $c = 10 + \frac{1}{3} b$; et totius ſolutio

$$A = 45.$$
$$B = 37\ \tfrac{1}{2}$$
$$C = 22\ \tfrac{1}{2}.$$

VII. Vat. Cod. p. 619. Senſum carminis ſic explicat Diophanti editor: Volo legitimum filium de mille numis tot accipere, ut eorum quinta pars ſuperet numero 10 quadrantem eorum, quos nothus ſumet. Mille ſtateres igitur in duas partes dividendi, ita ut quinta pars unius quadrantem alterius denario ſuperet. Sit altera pars $= x$, erit altera $= 1000 - x$. et ex hypotheſi:

$$\tfrac{1}{5} x = \tfrac{1}{4}(1000 - x) + 10.$$
$$= 250 - \tfrac{1}{4} x + 10.$$
$$= 260 - \tfrac{1}{4} x.$$

ergo $\tfrac{1}{5} x + \tfrac{1}{4} x = 260.$

i. e. $\tfrac{9}{20} x = 260.$

ergo $x = 260 : \tfrac{9}{20} = \dfrac{5200}{9} = 577\ \tfrac{7}{9}.$

Quum haec ſit filii legitimi portio, nothus (ſubtrahendo $577\ \frac{7}{9}$ a 1000) accipiet $422\ \frac{2}{9}$.

VIII. Vat. Cod. p. 619. qui v. 2. τὴν ἑτέρην et ἑτέρας ſuperſcripto η exhibet. Croeſus dedicat ſex pateras, junctim ſex minas pendentes, ſed ita factas, ut in tota earum ſerie proxima antecedentem drachmae pondere ſuperet. Jam uniuscujusque paterae pondus quaeritur. Ponamus pondus

minimae paterae $= x$.

Erit igitur pondus ſequentis $= x + 1$.
tertiae $= x + 2$.
quartae $= x + 3$.
quintae $= x + 4$.
ſextae $= x + 5$.

pondus omnium $= 6x + 15 = 600$

drachmis, cum ſex minae ſexcentas drachmas pendeant. Sunt ergo

$$6x = 600 - 15.$$

$$\text{ergo } x = \frac{585}{6} = 97\tfrac{3}{6} = 97\tfrac{1}{2}.$$

Fuit igitur pondus primae paterae $= 97\frac{1}{2}$ drachm.
ſecundae $= 98\frac{1}{2}$
tertiae $= 99\frac{1}{2}$
quartae $= 100\frac{1}{2}$
quintae $= 101\frac{1}{2}$
ſextae $= 102\frac{1}{2}$

Summa 600 drachm. ſive 6 min.

IX. Vat. Cod. p. 617. ubi *τέτος* et v. 2. *τέσσα* exhibetur. Quaerenti, quota pars diei praeterlapſa ſit, reſpondetur, ſupereſſe adhuc bis geminos trientes ejus partis, quae jam peracta ſit. Pars diei peracta ſit $= x$; pars, quae ſupereſt, erit $=$ bis $\frac{2}{3}x$, i. e. $\frac{4}{3}x$; dies integer $= x + \frac{4}{3}x$ ſive $\frac{7}{3}x$. Jam cum dies apud Graecos in duodecim horas divideretur, ſequitur, eſſe

$$\tfrac{7}{3}x = 12 \text{ horis.}$$

$$\text{ergo } x = 12 : \tfrac{7}{3} = \frac{36}{7} = 5\tfrac{1}{7} \text{ horis.}$$

Transierant itaque horae $5\frac{1}{7}$; ſupererant $6\frac{6}{7}$. Nam duo trientes horarum $5\frac{1}{7} = 3\frac{2}{7}$, quod duplicatum $= 6\frac{6}{7}$.

X. Vat. Cod. p. 632. in margine: *Μητροδώρου Ἐπιγράμματα ἀριθμητικά.* Sequuntur problemata triginta (X – LX) eodem ordine, quo ap. *Brunckium* habentur, niſi quod uno auctiores ſunt membranae (p. 636.), quod nuper edidit cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 299. Omnibus ſolutiones ſunt additae. Haec igitur problemata in poſterum *Metrodoro* optimo jure et Vat. Cod. auctoritate tribui poterunt. — In noſtro carmine ſeptem puellae puero nuces ad matrem ferendas eripuerant, easque ita inter ſe diviſerant, ut prima ſeptimam earum partem bis ſumeret; altera duodecimam; tertia ſextam; quarta tertiam; quinta viginti nuces; ſexta duodecim; ſeptima undecim ſibi ſumſerat; una autem puero nux ſupererat. — Sit numerus quaeſitus = x, erit

$$(\tfrac{2}{7} + \tfrac{1}{12} + \tfrac{1}{6} + \tfrac{1}{3})\,x + 20 + 12 + 11 + 1 = x$$

$$\text{i. e. } \frac{73}{84}\,x + 44 = x$$

$$\text{ergo } 44 = x - \frac{73}{84}\,x = \frac{11}{84}\,x$$

$$\text{ergo } x = 44 : \frac{11}{84} = 336.$$

Habuit igitur prima puella $\frac{2}{7}$ numeri 336, i. e. 96,

ſecunda	$\frac{1}{12}$ =	28.
tertia	$\frac{1}{6}$ =	56.
quarta	$\frac{1}{3}$ =	112.
reliquae conjunctim		44.
	Summa	336.

Ceterum in membranis v. 4. *ἔχουσαν* legitur, et v. 7. *ἠνρεμ καὶ δ' ἐγέλα γλαύκη.* v. 8. *παρέων.*

¶. 480.] *XI.* Vat. Cod. p. 633. ubi v. 4. *οἴχετ'* legitur. V. 3. non *ἀγανή*, ſed retracto accentu *Ἀγανή*

ſcribendum. Nota de nominibus propriis regula, quam expoſuit *Reizius* de Accent. inclin. p. 116. ſq. Problema antecedenti ſimillimum. Quatuor Cadmi filiae puero poma abstulerunt, et quidem a $\frac{2}{6}$, b $\frac{1}{8}$, c $\frac{1}{4}$, d $\frac{1}{5}$ totius numeri; ipſi puero undecim mala ſupererant, quorum unum ſibi ſervat, reliqua matri affert. Summa pomorum eſt

$$(\tfrac{2}{6} + \tfrac{1}{8} + \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{5})\,x + 11 = x.$$

id eſt: $\frac{109}{120}\,x + 11 = x$

ergo $11 = x - \frac{109}{120}\,x = \frac{11}{120}\,x$

ergo $x = 11 : \frac{11}{120} = 120.$

Quum igitur ſumma pomorum ſit = 120, acceperat

prima	40.
ſecunda	15.
tertia	30.
quarta	24.
adde reliqua	11.
	120.

XII. Vat. Cod. p. 633. ſine varietate lectionis. Myrto poma inter ſex amicas dividens primae tribuit $\frac{1}{6}$, ſecundae $\frac{1}{4}$, tertiae $\frac{1}{10}$, quartae $\frac{1}{10}$, quintae $\frac{1}{20}$, ſextae duodecim poma, ipſa ſibi eorum 120 ſervans. Hae fractiones conficiunt ſummam $= \frac{248}{380}$; his ſi addideris $\frac{132}{380}$, unitatem implebis. Jam cum numerus reliquorum pomorum ſit = 120 + 12, i. e. 132, numerus pomorum, qui quaeritur, eſt = 380. Distributio igitur facta eſt hunc in modum: accepit

prima	76.
ſecunda	95.
tertia	20.
quarta	38.
quinta	19.
ſexta	12.
adde quae Myrto retinuit	120.
	380.

XIII. Vat. Cod. p. 633. ſine lectionis varietate. Ino et Semele inter duodecim puellas poma diſtribuunt; haec parem, illa imparem numerum. Ino tribus dat $\frac{3}{7}$, duabus $\frac{1}{5}$, ſextae puellae 11 poma dividit, ſibi ipſi duo ſervavit. Sit igitur numerus pomorum, quae Ino habuit, $= x$, erit

$$(\tfrac{3}{7} + \tfrac{1}{5})\,x + 13 = x$$

$$\text{i. e. } \frac{22}{35}x + 13 = x$$

$$\text{ergo } \frac{13}{35}x = 13$$

$$\text{ergo } x = 35.$$

Ino ergo diſtribuit	$\frac{3}{7}x =$	15.
porro	$\frac{1}{5}x =$	7.
—		11
adde reliqua		2
		35.

Semele contra dedit quatuor puellis $\frac{3}{4}$, quintae $\frac{1}{6}$, i. e. dimidiam et inſuper ſextam partem totius numeri; ſextae quatuor poma dedit, totidemque ſibi ſervavit. Sit igitur totus numerus $= y$, erit

$$(\tfrac{1}{2} + \tfrac{1}{6})\, y + 8 = y$$

i. e. $\tfrac{2}{3}\, y + 8 = y$

erit ergo $\tfrac{1}{3}\, y = 8$

$$y = 24.$$

¶. 481.] *XIV.* Vat. Cod. p. 634. ubi v. 5. ἀρίθμια. v. 6. Εὑρυνομείη ἐ. μοίρην. — Verſu 2. ſcribendum:

νῦν δέ τις ἐξαπίνης νιν ἀπέθρισεν.

nulla interrogandi nota addita. Sic quoque membranae. Problema hoc eſt: Dividuntur nuces inter quinque puellas, tres Gratias, novem Muſas, ita ut prima accipiat $\frac{1}{5}$, ſecunda $\frac{1}{8}$, tertia $\frac{1}{4}$, quarta $\frac{1}{7}$, quinta $\frac{1}{6}$; Gratiae conjunctim 106; Muſae novies novem = 81. Superſunt in arbore 7 nuces. Sit numerus omnium = x.

$$(\tfrac{1}{5} + \tfrac{1}{8} + \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{7} + \tfrac{1}{6})\, x + 106 + 81 + 7 = x.$$

id eſt: $\frac{743}{840}\, x + 194 = x.$

ergo $\frac{97}{840}\, x = 194.$

ergo $x = 194 : \frac{97}{840} = \frac{162960}{97} = 1680.$

Hunc numerum 1680 ſi diviſeris per denominatores fractionum ſupra expoſitarum, i. e. 5, 8, 4, 7, 6; nucum, quas quaelibet puella acceperit, numerum invenies.

XV. Vat. Cod. p. 634. Deſcribitur hoc carmine via peregrinanti Gadibus inde usque Romam perficienda. — V. 2. Baetis fluvius, unde Baetica nomen habet, propter ovium in ea regione praeſtantiam illuſtris. *Martialis* XII. 99. *Baetis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.* Cf. VIII. 28. 5, 6. — V. 3. πατρὶ χθών, i. e. Vaccaei, Hiſpaniae populus.

„An alibi reperiatur, Pyladem eo coloniam deduxiſſe, „non ſuccurrit.“ *Br.* Notanda vox εὐετίη, pro *felici abundantia;* ejusdem originis ac εὐετὼ (i. e. εὐεστὼ) et εὐετός. In Cod. Vat. tamen eſt εὐεπίη, quo nihil abſurdius. — V. 5. Πυρήνη. Uſitatius τὰ Πυρηναῖα. Verum illud quoque occurrit. Vide *Berkel.* ad Steph. Byz. v. Πυρήνη. Epitheton ὀρθόκραιρος a tauris ad montes translatum: *altos tollentes vertices.* — V. 9. ἀφικομένους Vat. Cod. inepte. ἠλέκτρα Ἠριδ. pro ipſo Eridano i. e. Pado, ob antiquam fabulam de electro ibi invento. — V. 12. Ταρπαίη. Cod. Vat. De hoc problemate ſic disputat doctiſſimus *Krieſius:* Auctor carminis Romam a Gadibus 2500 ſtadia abeſſe dicit, addita ſexta, quinta, octava, viceſima centeſima, quarta et duodecima parte totius diſtantiae. Sic *Meziriacus* quidem poëtae verba interpretatur; nec male. Sed difficultas ineſt verbis v. 6.: ἡ δὲ μιῆς δωδέκατον δεκάδος. i. e. illa vero (Pyrene, ſive via per montes Pyrenaeos) duodecima pars eſt unius *decadis.* Quid h. l. δεκὰς ſignificat? Quum paulo inferius χιλιὰς et ἑκατοντὰς mille ſtadia et centum ſtadia ſignificet, vocem δεκὰς pro *numero decem ſtadiorum* accipiendam eſſe dixeris; tunc duodecima pars unius decadis foret duodecima pars decem ſtadiorum, ſeu $\frac{10}{12}$ unius ſtadii. Jam cum ſtadium 120 paſſibus conſtet, $\frac{10}{12}$ unius ſtadii ſunt = 100 paſſibus; quod ſpatium longe minus eſt quam ille viae tractus requirit. Quare Diophanti editor verba μιῆς δωδέκατον δεκάδος de viceſima centeſima totius diſtantiae parte explicat, quandoquidem duodecima pars decimae partis = $\frac{1}{120}$. Et ſane haec interpretatio optime ad totum problema quadrat. Num vero v. δεκὰς illo ſenſu accipi poteſt? Minime. Igitur nullus dubito, quin pro δεκάδος legendum ſit δεκάτης, i. e. μερίδος, *decimae totius diſtantiae partis.* Quo admiſſo, expedita erit computatio et praecedenti ſimilis. Sit diſtantia Romae a Gadibus = x.

$$(\tfrac{1}{6} + \tfrac{1}{5} + \tfrac{1}{8} + \tfrac{1}{120} + \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{12})x + 2500 = x.$$

$$\text{i. e. } \frac{100}{120}x + 2500 = x.$$

$$\text{ergo } \frac{20}{120}x \text{ seu } \tfrac{1}{6}x = 2500.$$

$$\text{ergo } x = 6.\ 2500 = 15000.$$

¶. 482.] *XVI.* Vat. Cod. p. 635. ubi v. 4. δεκάδες vitiose. Improbus quidam, magna sibi re familiari fraudibus et dolo conquisita, nihil sibi supereſſe conqueritur, cum 40 talenta perfidis amicis dederit, inimicus autem dimidiam, tertiam et octavam ejus partem possideat. Quaeritur, quanta totius summa fuerit. Sit haec = x; erit

$$(\tfrac{1}{2} + \tfrac{1}{3} + \tfrac{1}{8})x + 40 = x.$$

$$\text{i. e. } \frac{23}{24} + 40 = x.$$

$$\text{ergo } \tfrac{1}{24}x = 40.$$

$$\text{ergo } x = 24.\ 40 = 960.$$

XVII. Vat. Cod. p. 635. sq. ubi v. 4. ἕκτος ἔχει, quod optime emendatum est. — V. 5. „Meziriacus „[ex membr.] ἀνεψιοὶ δύο, manifesta menda. Duo ultima „districha protulit Salmas. ad Histor. Aug. p. 348. ubi „recte legitur ἐκ δὲ τριηκόντων [non τριήκοντα], quod re„ponendum jam monui.“ *Br.* Vide ad Ep. II. 9. — V. 6. σύβολας. Vat. Cod. — V. 9. ὧδε. v. 10. δοὺς idem. Acute *Davi* nomen repoſuit sive *Salmaſius*, sive *Meziriacus*. — V. 11. συνετή. Vat. Cod. male. Vide ad Ep. XI. 3. — Mox idem τίμιος. — V. 13. Is, qui hoc Epigrammate sive testamento potius bona sua inter cognatos et familiares distribuit, monumentum sibi triginta talentis exstrui et Jovi οὐδαίῳ sacrum fieri jubet. (Ζεὺς

οὐδαῖος est Pluto. *Cyrill.* in Gloss. οὐδαίων. τῶν καταχθονίων δαιμόνων. *Hesych.* καταυδαῖοι. νεκροί. κατάγειοι.) Idem duo talenta vult impendi rogo, fasciis et dapibus; totidem εἰς εἰκαίην χάριν σώματος. Posteriora haec *Salmasius* ad Plin. p. 745. G. de unguentis interpretatur, quibus et cadaver et cineres inungebant; simul etiam odores rogo addendi significantur. *Plinius* Ep. V. 16. 7. de morte filiae Fundani agens: *Non possum exprimere verbis, quantum animo vulnus acceperim, cum acceperim, Fundanum ipsum — praecipientem, quod in vestem, margarita, gemmas fuerat erogaturus hoc in tus et unguenta et odores impenderetur.* ubi vide *Cortium* p. 378. sq. — εἰκαίη χάρις est, quam *sepulcri supervacuos honores* appellat *Horat.* II. Carm. XX. 23. quem comparant ad *Anacr.* Carm. IV. 11. 12. τί σὺ δεῖ λίθον μυρίζειν; τί δὲ γῇ χέειν μάταια; Adde *Virgil.* Aen. VI. 224. *Congesta cremantur Turea dona, dapes, fuso crateres olivo. Postquam conlapsi cineres et flamma quievit, Reliquias vino et bibulam lavere favillam.* Hic etiam dapium fit mentio, quae ap. nostrum sunt ἄλφιτα. — τελαμῶνες autem sunt fasciae, quibus corpus vinciebant pollinctores. Alio loco hoc vocabulum explicavimus. — Jam quaerenda est problematis solutio. Sint universae testatoris opes = x. Secundum earum in testamento distributionem erit

$$(\tfrac{1}{5} + \tfrac{1}{12} + \tfrac{7}{11})\,x + 51 \text{ talenta} + 120 \text{ minae} = x.$$

Jam cum 120 minae = duobus talentis, summa talentorum erit = 53. Itaque

$$\frac{607}{660}\,x + 53 = x.$$

$$\text{ergo } \frac{53}{660}\,x = 53.$$

$$\text{ergo } x = 660.$$

Filius teſtatoris accipiet itaque $\frac{1}{2}$ x = 132.
conjux $\frac{1}{12}$ = 55.
quisque ſeptem reliquorum $\frac{1}{11}$ x = 60
omnes conjunctim igitur = 420.
adde reliqua = 53.
660.

XVIII. Vat. Cod. p. 636. vbi v. 4. τρὶς δ' ἐμοὶ legitur. Quaeritur numerus liberorum Philinnae, quae omnem prolem ſuam, immatura morte exſtinctam, tumulo condiderat. Quintam partem complebant pueri, tertiam puellae; ſepeliverat praeterea tres recens nuptas. His accedebant quatuor per abortum editi. Sit numerus = x. Erit

$$(\tfrac{1}{5} + \tfrac{1}{3})\,x + 7 = 15.$$

i. e. $\frac{8}{15}\,x + 7 = 15.$

ergo $\frac{7}{15}\,x = 7.$

ergo $x = 15.$

¶. 483.] *XIX.* Vat. Cod. p. 636. ſq. — V. 3. ἴκτην — ὅπασαι μοίρην. Vat. — V. 4. δωδεκάτῃ. V. 5. ἐπ' ἑβδομάτῃ. — Junge ἐπὶ δὲ τῇ, ſcil. δωδεκάτῃ. *huic duodecimae addita ſeptima.* — V. 6. *Brunckius* mallet ἐπέλευσεν; *vidit*, ipſe ſcilicet Diophantus. — V. 8. Vat. Cod. τοῦ δὲ καὶ ἡ κρυερὸς μέτρον ἐλὼν βιότου. nec aliter *Meziriacus* edidit. Totum hunc verſum ſic refinxit *Br.* ut in Anal. legitur; audacter ſane, ſed ſenſu optimo. Diophanti puer ſemiſſem paternae aetatis viderat, cum obiret. — V. 12. σοφίῃ τέρμ' ἐπέρησα. Vat. — „Meziriacus: τῇ δὲ πόσου σοφίῃ — „et ſic ultimum diſtichon vertit: *Quatuor aeſtates genitor lugere ſuperſtes Cogitur, hinc annos illius aſſequere.* „Longe diverſus eſt graecorum ſenſus: πένθος δὲ πατέρα τε

»ἐνιαυτοῖς παρηγορέων τῇδε τοῦ πόνου σοφίῃ; i. e. *per quatuor annos luctum mitigans hac quantitatis disciplina; i. e. logisticae studio.* Si de auctore hujus epigrammatis »constaret, et compertum esset, Metrodori esse Scepsii, »Diophanti Alexandrini, de quo hic agitur, aetas ac»curatius definiri posset.« *Br.* Vide ad Ep. X. et intelliges, vix dubitari posse, quin hoc carmen Metrodoro tribuendum sit. — Quaeritur numerus annorum, quos Diophantus mathematicus vivendo compleverit. Ille autem $\frac{1}{6}$ vitae peregerat puer; $\frac{1}{12}$ puber; post $\frac{1}{7}$ peractum uxorem duxit, unde ipsi 5 annis post natus est filius, quem morte amisit, cum dimidiam aetatis paternae partem attigisset. Tum pater superstes filio quatuor adhuc annos vixit. Ergo

$$(\tfrac{1}{6} + \tfrac{1}{12} + \tfrac{1}{7} + \tfrac{1}{2})\,x + 9 = x.$$

$$\text{i. e. } \frac{75}{84}\,x + 9 = x$$

$$\text{ergo } \frac{9}{84}\,x = 9. \quad \text{ergo } x = 84.$$

XX. Vat. Cod. p. 637. ubi v. 1. ὅσου β. et v. 4. τρὶς καὶ δ. Simile problema praecedenti. Democharis puer $\frac{1}{4}$ aetatis, juvenis $\frac{1}{5}$, vir $\frac{1}{3}$, senex praeterea 13 annos vixerat. Est ergo summa annorum

$$(\tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{5} + \tfrac{1}{3})\,x + 13 = x.$$

$$\text{i. e. } \frac{47}{60}\,x + 13 = x$$

$$\text{ergo } \frac{13}{60}\,x = 13.$$

$$\text{ergo } x = 60.$$

XXI. Vat. Cod. p. 637. Conqueritur quidam de injuria a fratre accepta, qui patrimonium ita diviserat

ut ille nonniſi quintam partem ſeptem undecimarum alterius acciperet, i. e. $\frac{1}{5} \cdot \frac{7}{11}$ ſeu $\frac{7}{55}$. Sit illa pars $= x$. Erit altera $= 5 - x$.

$$\text{et } x = \frac{7}{55}(5 - x)$$

$$= \frac{35}{55} - \frac{7}{55}x.$$

multip. per 55. $55x = 35 - 7x.$

ergo $62x = 35.$

ergo $x = \frac{35}{62}.$

Hinc apparet, $\frac{35}{62}$ unius talenti quaeſitam partem eſſe; quare altera pars, quam avarus ille contra jus faſque ſibi vindicaverat, erit $5 - \frac{35}{62}$, i.e. $4\frac{27}{62}$ talenti. — V. 4. Ζεῦ βαθὺν ὕπνον ἔχεις. Facete de Jove, res humanas et inprimis ſcelera non curante. Comparavit haec, ex *Meziriaci* editione ipſi cognita, *T. Hemſterh.* ad *Luciani* Timon. §. 6. T. I. p. 76. ed. Bip. ἦδη ποτὲ οὖν, ὦ Κρόνου καὶ Ῥέας υἱέ, τὸν βαθὺν τοῦτον ὕπνον ἀποσεισάμενος καὶ νήδυμοι — — ubi ſimilia congeſſit interpres omnium doctiſſimus p. 347.

XXII. Vat. Cod. p. 638. — V. 1. „πόρον Ἀδριακοῖο. Strabonis aetate primum, aut paulo ante, Adria„tici nomine appellatum mare eſt Ionicum totum, cujus „antea pars tantum Adriaticus ſinus dicebatur. Hinc „apparet, hujus Epigr. auctorem Metrodorum Scepſium „non eſſe.“ *Br.* — V. 3. Κριοῦ μέτωπον eſt promontorium Cretae, in occidentali inſulae latere. Vide *Strabon.* X. p. 327.

p. 327. *Pompon. Mel.* II. 7. Ab hoc promontorio usque ad Pelorum Siciliae 6000 ſtadiorum eſſe gubernator naviganti affirmat. Hujus itineris pars confecta erat; ſupererant autem bis bini quintantes partis confectae. Quaeritur, quota pars ſuperſit. Problema antecedenti ſimillimum. Numerus 6000 dividendus in duas partes, quarum altera ſit $= \frac{4}{5}$ alterius. Ponamus illam $= x$, erit altera $= 6000 - x$.

$$\text{et } x = \tfrac{4}{5}(6000 - x)$$
$$= 4800 - \tfrac{4}{5}x.$$
multipl. per 5. $$5x = 24000 - 4x.$$
$$\text{ergo } 9x = 24000$$
$$\text{ergo } x = \frac{24000}{9} = 2666\tfrac{2}{3}.$$

Pars itineris confecta erat igitur $= 3333\frac{1}{3}$; pars adhuc conficienda $= 2666\frac{2}{3}$.

¶. 484.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 638. ubi v. 2. legitur δύο, quod probabiliter emendatum; ut et v. 3. κλήσουσιν codicis in πλήσουσιν. Quatuor ſunt tubuli, quorum unus lacum ſuppoſitum uno die implet, alter binis diebus, tertius ternis, quartus quaternis. Alter igitur, quo tempore primus totum implebat lacum, nonniſi dimidiam ejus, tertius tertiam, quartus quartam ejusdem partem implebat aqua. Quare omnes conjunctim uno die implebunt $(1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4})$ ciſternae illius ſeu $\frac{25}{12}$ ciſternarum ejusdem magnitudinis. Quaerenda igitur pars diei, qua quatuor illi tubuli conjunctim unam illam ciſternam implebunt. Sit haec pars $= x$, erit $x \cdot \frac{25}{12} = 1$, ergo $x = \frac{12}{25}$, paulo minus quam dimidia pars diei.

XXIV. Vat. Cod. p. 638. — V. 3. 4. »Secundi »diſtichi, ſi quid ego intelligo, hic eſt ſenſus: *dexter »autem totidem horis*, quatuor ſcilicet, *me inferior eſt, »mihi ſecundus eſt ad implendum lacum:* i. e. lacum im»plet horis VIII. *tertius denique bis totidem horis*, octo »ſcilicet, *me inferior eſt:* i. e. lacum implet horis XII. »Sic tubus medius lacum implet quatuor horis; dexter »VIII; ſiniſter XII. Quaeritur, quot horis tres ſimul »aquam fundentes lacum implebunt. Si verum eſt, hunc »eſſe graecorum ſenſum, ab eo tota via aberravit Mezi»riacus, qui ſic vertit:

»*Aequali dexter ſpatio, duploque ſiniſter*
»*quando fluit, vitreis hunc tubus implet aquis.*

»Et proinde falſa eſt ſolutio, quam dedit. Indoli hujus»modi problematum repugnant duo tubi aequales: ſa»tius fuiſſet unicum finxiſſe duabus horis lacum implen»tem. Hoc acumen Meziriaci fugiſſe miror.« *Br.* — V. 5. Longe aliter membranae: *βόον ἐμὲν ἀνώγοις.* quod quamvis eleganter ſit emendatum, dubites tamen, an non *ἀνώγοις* vera ſit lectio. Licet enim ſcribere:

εἰ δ' ἄμφω σὺν ἐμοὶ προχέειν βόον εἰς ἓν ἀνώγοις.

εἰς ἕν. in eundem locum. — Jam ſolutionem problematis videamus. Sit numerus horarum, quibus tres illi tubuli conjunctim fluentes lacum implebunt, = x. Videamus primum, quotam ciſternae partem unusquisque illorum tubulorum per *unius horae* ſpatium impleat. *Primus* implebit *quartam* ejus partem; *ſecundus*, octavam; *tertius*, duodecimam. Ergo omnes conjunctim *una* hora $(\frac{1}{4} + \frac{1}{8} + \frac{1}{12})$ i. e. $\frac{11}{24}$ partes ciſternae implebunt. Quare

$$x \cdot \frac{11}{24} = 1$$

$$\text{ergo } x = \frac{24}{11} = 2\frac{2}{11}.$$

qui eſt horarum, quae quaeruntur, numerus.

XXV. Vat. Cod. p. 638. ſq. — V. 1. Vat. vitioſe Κύκλωψ ἐγὼ Π. quod recte emendatum eſſe dubito. In ἐγὼ fortaſſe ἔργον latet, cujus epitheton vel aliud adhaerens vocabulum v. Πολύφημος, a gloſſatore additum, abſorpſit. Deſcribitur autem Polyphemus ex aere, ex cujus oculo, ore et manu aqua in ciſternam prorumpebat. Minimus horum tubulorum tribus diebus, medius uno die, maximus denique duobus quintantibus diei implebat ciſternam. *Uno* die igitur primus $\frac{1}{3}$ ciſternae, ſecundus totam, tertius eandem bis et dimidiam ejus partem implebat; quare omnes conjunctim $(\frac{1}{3} + 1 + 2\frac{1}{2})$ i. e. $\frac{23}{6}$ ciſternae. Quaeritur, quota diei parte $= x$ omnes ciſternam implebunt?

$$\text{Erit ergo } x. \frac{23}{6} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{6}{23}.$$

XXVI. Vat. Cod. p. 639. — V. 1. θεοὶ κερ. at. et Mezir. quod *Brunckius* emendavit. — ¶. 485.] V. 3. Partem hujus verſ. cum ſequente integro excitavit *Salmaſ.* ad Solin. p. 295. F. ut doceret, κορέσαι pro *implere* dici. — V. 5. ἀπερεύεται. membr. — V. 7. Ἀχελῶϊς δὺ' ἥμασιν ἦν δ' ἅμα. ibid. — V. 8. εἰν ὥρῃς πλ. μὴν ὀ. — Fingitur crater, in quem Nili imago, Achelous et Bacchus laticem infundunt. Primus eum unius diei ſpatio implet, Bacchus trium, Achelous duorum. *Uno* igitur die Bacchus tertiam crateris partem, Achelous dimidiam implebat. Omnes conjunctim igitur implebunt

$$(1 + \tfrac{1}{3} + \tfrac{1}{2}) \text{ i. e. } \frac{11}{6}.$$

$$\text{erit itaque } x \cdot \frac{11}{6} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{6}{11}.$$

XXVII. Vat. Cod. p. 639. — V. 2. „Mallet hîc „quis forte *αἰὲν ἀναγκαίων κέντρα φέρουσα πόνων*, et meo „judicio melius esset.“ *Br.* — V. 6. in cod. legitur: *ἀφοπλίζεις μνᾶν ἐρύσασα μόνον.* quod sic, ut in Analectis habetur, emendavit *Salmas.* in Apogr. Lennep. ubi addit glossam: *ὁ κανὼν* h. l. est *μίτος.* Sensum esse voluit: illas nunc nendi labore unam quotidie minam conficere, unde sibi victum pararent. Quamvis nihil illa emendatione incertius, sensum tamen poëtae assecutus esse videtur. Mulierem ille fingit, quae olim unam quotidie lanae minam neverat; filia major natu minam cum triente; minor, dimidiam minae partem. Nunc autem omnes simul unam minam nebant. Quaeritur, quantum quaelibet neverit eadem servata proportione. Jam minimi numeri, qui proportionem numerorum 1, $1\frac{1}{3}$, $\frac{1}{2}$, sine ulla fractione exprimunt, sunt 6, 8, 3, quorum summa est = 17. Itaque mater quotidie $\frac{6}{17}$, filia major $\frac{8}{17}$, minor $\frac{3}{17}$ minae nebant.

XXVIII. Vat. Cod. p. 640. sine lectionis diversitate. Tres Amorum in balneo statuae cisternam (*εὔρειτον. Hesych.* Εὐρίπους, *δοχὰς ὑδάτων.*) aqua complent; ita ut primus, aquam ex alis fundens, sexta parte diei; alter ex amphora (*ἀμφιφορεύς.* Vide ad *Simonid.* Ep. LXXV. 3. Tom. I. P. I. p. 249.) quatuor horis; tertius ex arcu dimidio diei totam cisternam impleat. Quum dies sit = 12 horis, primus 2 horis, alter 4, tertius 6 horis implet euripum; *unius* igitur horae spatio primus dimi-

diam ejus partem, ſecundus quartam, tertius ſextam implet. Quare omnes conjunctim una hora

$$(\tfrac{1}{2} + \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{6}) \text{ i. e. } \frac{11}{12} \text{ totius ciſternae.}$$

Numerus horarum, quibus totam conjunctim implebunt, = x, erit

$$x \cdot \frac{11}{12} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{12}{11} = 1\frac{1}{11} \text{ horae ſeu } \frac{1}{11} \text{ totius diei.}$$

— V. 5. 6. laudat *Salmaſius* ad Solin. p. 295. E. de verbo κορέσαι agens. Cf. Ep. XXVI. 3.

XXIX. Vat. Cod. p. 640. — V. 2. ἀννέφελλον. membr. — ¶. 486.] V. 5. »Vertit Meziriacus:

»— — *tantum ſolus formare ſolebas*
»*qualibet ipſe die: ſed centum filius; atqui*
»*illo quinquaginta minus gener edere ſuetus.*

»At in graecis res aliter ſe habet; nam filius ducentos, »gener totidem et quinquaginta inſuper i. e. 250. quotidie formabat lateres. καῖς ἀπέλιγεν ἐκ καμάτοιο διακοσίαις τετευγμέναις· ὁ δ' αὖ γαμβρὸς τόσσγε καὶ εἴκοσι πεντήκοντα τετευγμέναις ἀπέλιγεν ἐκ τοῦ καμάτου. Planum hoc »et perſpicuum eſt. Inde manifeſtum eſt, ſolutionem »Meziriaci falſam eſſe.« *Br.* De tribus operariis primus toto die 300 lateres conficit, alter 200, tertius 250; quaeritur, quota parte diei omnes conjunctim 300 lateres confecturi ſint. Quum omnes toto die 750 lateribus conficiendis ſufficiant, quaeſita pars diei invenietur per regulam trium:

$$750 : 300 = 1 : x$$

$$\text{erit ergo } x = \frac{300}{750} = \tfrac{2}{5}.$$

XXX. Vat. Cod. p. 640. — V. 2. *πεσών.* — V. 3. *ὅλων θεὸς* omissa copula. — V. 4. *ἴσορε κ.* recte. — V. 7. *αὐτὸς τ' Ἀντ.* — Hoc epitaphio numerus convivarum, qui ap. Antiochum epulantes gravi ruina domus oppressi fuerant, indagandus proponitur. Erant illi numero 23, et praeterea Spartanorum dimidia totius pars numeri, Athenienſium quinta quintae partis i. e. viceſima quinta. Sit numerus omnium convivarum = x; erit

$$(\tfrac{1}{2} + \tfrac{1}{25})\,x + 23 = x$$

i. e. $\frac{27}{50}\,x + 23 = x$

ergo $\frac{23}{50}\,x = 23$

ergo $x = 50.$

XXXI. Vat. Cod. p. 641. vbi v. 2. legitur: *καρύων κλεῖτ' ἴσορεν τὸ τρίτον.* quod ut manifeſto mendoſum *Br.* mutavit. — V. 3. *Ἀριστοδίκη* et v. 6. *Νικαρέτη.* — Nicarete inter quinque amicas nuces distribuit, primae tertiam, alteri quartam, tertiae quintam, quartae viceſimam et iterum duodecimam, quintae viceſimam quartam partem tribuens; ſibi ipſi quinquaginta nuces ſervat. Sit numerus, qui quaeritur, = x, erit

$$(\tfrac{1}{3} + \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{5} + \tfrac{1}{20} + \tfrac{1}{12} + \tfrac{1}{24})\,x + 50 = x.$$

i. e. $\frac{115}{220}\,x + 50 = x.$

ergo $\frac{5}{120}$ ſeu $\frac{1}{24}\,x = 50.$

ergo $x = 24.\ 50 = 1200.$

Hic numerus per denominatores fractionum, ſupra poſi-

tarum, diviſus, numerum nucum, quas ſingulae puellae acceperint, indicabit.

XXXII. Vat. Cod. p. 641. Emendatius hoc Ep. edidit *Salmaſius* Exerc. Plin. p. 448. B. Nam in Cod. legitur v. 2. πόλιν ἡλ. χρ. κύκλα (non μῆλα, ut *Salmaſ.* ait, apographi ſui vitio deceptus.) Recte Vir doctiſſimus emendavit πόλον, quod tamen, ſi quid video, non, quod ille volebat, vas illud ſignificat, in quo gnomon erectus eſt, ſed *coelum*, ut ſaepe. Deinde caveas, κύκλα mutes; qua lectione nihil verius eſt nec ſincerius. κύκλα ſunt rotae, tum ipſe currus, quo Sol per coelum vehitur. Cf. *Schol. Apollon. Rhod.* L. III. 137. — Sol partem diurni itineris confecerat; id, quod ei reſtabat, erat $= \frac{3}{5}$ curſus peracti, quater ſumtis. Pars, quae reſtat, ſit $= x$, erit $4 . \frac{3}{5} x$ ſeu $\frac{12}{5} x =$ reliquae diei parti; ergo

$$x + \frac{12}{5} x = \text{toti diei, ſive XII horis.}$$

i. e. $\frac{17}{5} x = 12$.

ergo $x = 12 : \frac{17}{5} = \frac{60}{17} = 3\ \frac{9}{17}$ horae.

Praeterlapſae erant itaque 3 horae integrae cum $\frac{9}{17}$.

Reſtabant 8 horae et $\frac{8}{17}$.

¶. 487.] *XXXIII.* Vat. Cod. p. 641. ſq. Lunae lumen veneficarum artibus ſubito extinctum, cum noctis ſupereſſent $2 . (\frac{2}{6} + \frac{1}{7})$ partis jam peractae. Sit pars peracta $= x$. Erit altera

$= 2 . (\frac{2}{6} + \frac{1}{7}) x = 2 . \frac{20}{42} x = \frac{40}{42}$ ſeu $\frac{20}{21} x$.

Ergo $x + \frac{20}{21} x =$ toti nocti, seu 1.

i. e. $\frac{41}{21} x = 1.$

ergo $x = \frac{21}{41}$ totius noctis.

Unde conficitur, partem noctis jam peractae fuisse $= \frac{20}{41}$ totius noctis, sive 12 horarum, i. e. $6\frac{6}{41}$ hor.; partem adhuc peragendam $= 5\frac{35}{41}$ hor.

XXXIV. Cod. Vat. p. 642. sine lectionis diversitate. Astrologo tempus indicaturus quidam, cum uxor peperisset, Soli, ait, ad occasum 6. $\frac{2}{7}$ ejus partis, quam jam peregisset, conficiendas fuisse. Pars diei confecta sit $= x$; altera erit $= 6. \frac{2}{7} x = \frac{12}{7} x.$

Ergo $x + \frac{12}{7} x =$ toti diei $= 1.$

i. e. $\frac{19}{7} x = 1.$

ergo $x = \frac{7}{19}$ totius diei, seu $7\frac{11}{19}$ horis.

Erat igitur pars confecta $= \frac{3}{43}$ totius diei, sive $\frac{36}{43}$ unius horae.

XXXV. Vat. Cod. p. 642. Lanificae ad opus faciendum excitantur, quod jam quinta pars trium octan-

tum reliqui diei praeterlapſa ſit. Sit pars diei, quae reſtabat, = x, erit altera, quae transierat,

$$= \frac{1}{5} \cdot \frac{3}{8} x = \frac{3}{40} x.$$

Ergo $x + \frac{3}{40} x = 1.$

i. e. $\frac{43}{40} x = 1.$

ergo $x = \frac{40}{43}$ totius diei ſeu $11\frac{7}{43}$ horae.

Pars diei jam praeterita erat igitur $= \frac{3}{43}$ totius diei ſeu $\frac{36}{43}$ unius horae.

XXXVI. Vat. Cod. p. 642. ſine lectionis varietate, niſi quod v. 5. *μυτέρη* habetur. Dividebantur quinque talenta, quae ex patris hereditate duobus filiis et conjugi obvenerant, ita ut alter fratrum quatuor trientes ($\frac{4}{3}$) ejus ſortis acciperet, quae alteri cecidiſſet, mater autem binos octantes partis aut utriusque filii aut certe alterius nanciſceretur. Prima pars ſit = x; altera = $2 \cdot \frac{2}{3} x$, i. e. $\frac{4}{3} x$; tertia aut = $\frac{1}{4} \cdot \frac{4}{3} x$, i. e. $\frac{1}{3} x$, aut = $\frac{1}{4} (x + \frac{4}{3} x)$, i. e. $\frac{7}{12} x$. Quaeritur enim, v. *ἡμετέρης* verſ. 5. utrum pro *ἐμοῦ* ſit poſitum, ita ut *alterius* fratrum portionem ſignificet, an propria vi *amborum* ſortem indicet. Poſterior interpretatio probabilior viſa cl. *Krieſio*. quod auctor v. 3., ubi de altero tantum ſermo eſt *ἐμοίγε* dixerit, non *ἡμῖν*. Altera ratio placuit *Meurſiaco*, qui quinque illa talenta ita inter heredes diviſit, ut prima pars eſſet $1\frac{7}{8}$ talentorum, altera

$2\frac{1}{2}$ tal., tertia $\frac{5}{8}$. — Quodſi alteram interpretationem ſequimur, erit

$$x + \tfrac{4}{3}x + \tfrac{7}{12}x = 5.$$

$$\text{i. e. } 2\tfrac{11}{12}x \text{ ſeu } \tfrac{35}{12}x = 5.$$

$$\text{ergo } x = \frac{5.12}{35} = 1\tfrac{5}{7}.$$

Accepit itaque prior fratrum $1\frac{5}{7}$ tal.
alter — $2\frac{2}{7}$.
mater — 1.

Secundum hanc computationem portiones minus inter ſe discrepant, quam ſecundum priorem.

XXXVII. Vat. Cod. p. 642. ſq. Duarum ſtatuarum cum earum baſibus pondus quaeritur. Erat autem utriusque pondus, ſi cum baſi ſua pendebatur, alteri aequum; ſed ſeparatim prior duplum baſios alterius pendebat, ſecunda triplum baſios prioris. Sint illae ſtatuae A, ß, earumque baſes a, b; erit ſecundum hypotheſin

$$A + a = B + b$$
$$\text{porro } A = 2b$$
$$B = 3a.$$

Ex his datis pondus, quod vocant, abſolutum nec ſtatuarum nec baſium inveniri poteſt, ſed tantum rationes ponderum. Nempe ſi in prima aequatione τῶ A et B, ipſorum valores e duabus alteris aequationibus ſubſtituimus, habemus

$$2b + a = 3a + b$$
$$\text{ergo } b = 2a.$$

Itaque pondus baſios b eſt duplum ponderis baſios a. Porro quum

A sit = 2 b, et b = 2 a, erit A = 4 a
Est vero B = 3 a

Erit ergo A : B = 4 a : 3 a
= 4 : 3

Itaque A erat tertia parte gravior quam B, et B tantum $\frac{3}{4}$ ponderis statuae A pendebat.

¶. 488.] *XXXVIII.* Vat. Cod. p. 643. ubi v. 1. σοὶ γ. et v. 2. πενθάπλους legitur. Problema et hujus et sequ. Epigr. duas quantitates ignotas continet. Ponamus priorem = x, alteram = y. Secundum hypothesin prioris versus erit

$$x + 10 = 3 (y - 10)$$
$$= 3y - 30$$
$$\text{ergo } x = 3y - 40.$$

Ex hypothesi posterioris versus erit

$$y + 10 = 5 (x - 10)$$
$$\text{i. e. } y + 10 = 5x - 50.$$
$$\text{ergo } y = 5x - 60.$$

Substituamus hunc valorem τοῦ y in priore aequatione x = 3 y — 40; erit

$$x = 3 (5x - 60) - 40$$
$$= 15x - 180 - 40$$
$$= 15x - 220$$
$$\text{ergo } 14x = 220$$
$$\text{ergo } x = \frac{220}{14} = 15\frac{5}{7},$$

unde ex altera aequatione (y = 5 x — 60) invenitur esse $y = 18\frac{4}{7}$.

XXXIX. Vat. Cod. p. 643. ubi iterum vs. 1. σοὶ γίνομαι legitur. Prorsus simile hoc problema praecedenti.

Ponatur itaque iterum prior quantitas = x, altera = y. Ex priore hypotheſi habemus

$$x + 2 = 2(y - 2)$$
$$= 2y - 4.$$
$$\text{ergo } x = 2y - 6.$$

Ex altera hypotheſi eſt

$$y + 2 = 4(x - 2)$$
$$= 4x - 8$$
$$\text{ergo } y = 4x - 10.$$

Hunc valorem ſubſtituamus τῷ y in priore aequatione, erit:

$$x = 2(4x - 10) - 6$$
$$= 8x - 20 - 6$$
$$= 8x - 26.$$
$$\text{ergo } 7x = 26.$$
$$\text{ergo } x = \frac{26}{7} = 3\tfrac{5}{7}, \text{ unde invenitur eſſe}$$
$$y = 4\tfrac{6}{7}.$$

XL. Vat. Cod. p. 643. Facillimum problema, quod ſola multiplicatione ſolvitur. Erant 7 foci et ad quemlibet focum 50 verua; ergo in ſumma 7. 50, i. e. 350 verua. In quolibet veru autem tantum carnis erat, quod nongentis militibus ſufficeret. Fuerunt igitur 350. 9000, i. e. 315000 milites. „Extat hoc Epigr. „in Agone Homeri et Heſiodi graece edito, ſed cor„ruptum; nam initium primi verſus ſic legitur:

„Πεντήκοντ' ἦεαν πυρὸς ἰσχάρω.

„unde non immerito agonis illius autor incredibilem, „quae inde colligitur, militum multitudinem miratur; „ſic enim fieret eorum numerus 2,250000.“ *Meziriac.*

XLI. Vat. Cod. p. 615. Planud. p. 67. St. 97. W. In Palladis ſtatuam ex auro, — V. 1. Π. ἐγὼ τελέσω σφ. Vulgo, et in Cod. Gudiano. Noſtrum eſt in Vat. Cod. — V. 3. χαρίσιος. Vulgo et membr. — V. 4. ἔθηκε Σ. Vulgo et in Gud. ἔδωκε Vat. — Aurum, unde haec ſtatua conflata erat, quinque juvenes contribuerant. Primus dederat $\frac{1}{2}$, ſecundus $\frac{1}{8}$, tertius $\frac{1}{10}$, quartus $\frac{1}{20}$; quintus denique, qui idem operis artifex fuit, novem talenta de ſuo addidit. Numerus talentorum, qui quaeritur, ſit = x.

Erit $(\frac{1}{2} + \frac{1}{8} + \frac{1}{10} + \frac{1}{20})\,x + 9 = x.$

i. e. $\frac{31}{40}\,x + 9 = x$

ergo $\frac{9}{40}\,x = 9$

ergo $x = 40.$

XLII. Vat. Cod. p. 617. Planud. p. 67. St. 97. W. — V. 1. Ἀλκείδαο. omnes. *Brunckius* ſcribi vult Ἀλκεΐδαο. — V. 4. ὄχθος Κρόνου. collis, ad quem Piſa fuit condita. Veterum loca collegit *Brodaeus.* — V. 5. Ταραξίππου παρεῖον Vat. Cod. οὖρον eſt in Plan. quod pro ὅρος, *terminus*, eſt poſitum. Cf. *Schol. Homer.* Il. φ. 405. Sic appellari poterat ara Taraxippi, quae in ſtadio Olympiae erat poſita. *Pauſan.* VI. 20. p. 504. — ¶. 489.] V. 7. „Male in Planudea, quam ſequitur Meziriacus, „Ἀρκαδίῃ τριηκοστήν, metro claudicante. Vat. Cod. lectio„nem dedi.“ *Br.* Errabat Vir doctiſſimus, qui h. l., ut in plurimis aliis, interpolati apographi lectione deceptus, Vat. Cod. ſcripturam ſe dare putabat, in quo tamen haud aliter legitur ac in Planudea. — V. 8. λεύσεις. Vat. — Quaeritur numerus armentorum Augiae, quae in diverſis Elidis partibus paſcebantur. Sit numerus, qui quaeritur, = x, erit

$$(\tfrac{1}{2} + \tfrac{1}{3} + \tfrac{1}{12} + \tfrac{1}{20} + \tfrac{1}{30})\,x + 50 = x.$$

$$\text{i. e. } \frac{19}{24}\,x + 50 = x.$$

$$\text{ergo } \frac{5}{24}\,x = 50.$$

$$\text{ergo } x = \frac{50.24}{5} = 240.$$

XLIII. Vat. Cod. p. 617. Planud. p. 67. St. 98. W. — V. 2. καὶ στόμα καὶ θέυαρ. Vat. Cod. καὶ τὸ θ. Cod. Gudian. quod verum videtur. Noſtrum eſt in Planud. — V. 4. πισύρεσι. Vat. — V. 5. ἐν δ' ἕμα. Vat. et Plan. male. — V. 6. εἰπὲ πόσον. Vat. Plan. Cod. Gud. — Deſcribitur leo, ex cujus oculis, ore et pede aqua proſiliebat. Sunt igitur quatuor tubuli, quorum primus duobus, alter tribus, tertius quatuor diebus, quartus ſex horis ciſternam ſuppoſitam implet. Quaeritur, quot horis omnes ſimul ad eam implendam ſufficiant. Falli videtur *Meziriacus*, qui diei h. l. nonniſi 12 horas tribuit, quum non de ſpatio, quod inter ſolis ortum et occaſum effluit, ſed de tempore lucis et noctis agatur. Quare tempus 24 horarum ſtatuendum videtur. Quo facto, computatio ſic inſtituenda. *Una* hora *primus* tubulus implet

$\frac{1}{48}$ totius ciſternae

ſecundus $\frac{1}{72}$.

tertius $\frac{1}{96}$.

quartus $\frac{1}{120}$.

Ergo omnes conjunctim implent $(\frac{1}{48} + \frac{1}{72} + \frac{1}{96} + \frac{1}{120})$, i. e. $\frac{61}{288}$ totius ciſternae. Jam numerus horarum, ad totam implendam neceſſarius, ſit $= x$, erit

$$x. \frac{61}{288} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{288}{61} = 4\frac{44}{61} \text{ horae.}$$

XLIV. Vat. Cod. p. 619. Planud. p. 68. St. 98. W. In ſtatuas Zethi, Amphionis et matris eorum, Antiopae. — V. 2. λάβυς. Vat. Cod. Quatuor edd. Plan. λάβυ. — V. 3. τὸ τέταρτον. Vat. — V. 4. ἐξ ἂν τὰ πάντ' ἀνευρών. Vat. Cod. — Statuae amborum fratrum viginti pendebant minas. Prioris autem pars tertia et alterius pars quarta conficiebant pondus 6 minarum, quas Antiopae ſtatua pendebat. Sit pondus alterius ſtatuae = x; cum ambae 20 minas pendeant, alterius pondus erit = 20 — x. Ex hypotheſi autem eſt

$$\tfrac{1}{3}x + \tfrac{1}{4}(20 - x) = 6.$$

i. e. $\tfrac{1}{3}x + 5 - \tfrac{1}{4}x = 6.$

ergo $(\tfrac{1}{3} - \tfrac{1}{4})x = 6 - 5 = 1$

i. e. $\tfrac{1}{12}x = 1.$

ergo $x = 12.$

Quum igitur altera ſtatua 12 minas penderet, alteram 8 min. pependiſſe apparet.

ASCLEPIODOTI EPIGRAMMA.

¶. 490.] Hoc Epigramma baſi ſtatuae Memnoniae inſculptum primus edidit *R. Pocock* in Deſcript. Itin. Aegypt. T. I. p. 149. ubi corruptelis obſitum legitur. Medicinam afferre conatus eſt *Leichius* in Novis ad Muratori Theſaur. Emendatt. p. 85. ſqq. quem a vero

ſenſu aberraſſe judicat *Dorvillius* ad *Chariton.* p. 530. Verum nec hunc veram carminis lectionem aſſecutum eſſe cenſebat *Toupius* in Emendatt. in Suid. P. III. p. 430. ſq. cujus emendationes, ex *Dorvillii* et *Leichii* lectionibus compoſitas, expreſſit *Brunckius.* Hanc inſcriptionem poſt Hadriani demum aetatem ſtatuae additam eſſe, *Leichius* inde conjicit, quod *Dio Chryſoſtomus*, qui ſub Trajano floruit, Memnonis coloſſum inſcriptione carere affirmet, Orat. XXXI. p. 338. D. — Adſcribam primum Epigramma ita, ut ap. *Pocockium* legitur:

ΖΩΕΙΝ ΕΙΝΑΛΙΗ ΘΕΤΙ ΜΕΜΝΟΝΑ ΧΗΝ ΡΓΑ ΦΩΝΕΙΝ
ΜΑΝΟΙΝΕ ΜΤΡΩΗΙ ΛΑΛΙ ⁻[. . ΙΘΜΠΙCΜΕΝΟΝ
ΑΙΓΥΠΤΟΥ ΛΙΒΥΚΗΙCΙΝ ΤΠΟ . . . ΦΙΤCΙΝΟΝΑΠΟΤΑCCA
ΚΑΛΛΙΠΤΑΟΝ ΘΗΒΗΝ ΕΥΡΑΟC ΕΛΑΥΝΟΠΕΝΟC
ΤΟΝΔΕ V ΑΧΗC ΑΚΟΡΗΤΟΝ ΑΧΙΛΑ CΑΜΗΤΕΝΙ ΤΟΩΩΝ
. ΦΟΕΙΓΕCΕΑΙ ΠΕΔΙΩΩ ΗΠΕΝΙ ΟΕCCΑΛΙΗι.

Ex his tam obſcuris verbis haec eliciebat *Leichius:*

Ζώειν εἰναλίῃ ἔτι Μέμνονα καὶ μέγα φωνεῖν
Μάνθανε, μητρώῃ λαμπάδι θαλπόμενον.
Αἰγύπτου Λιβυκῆς ὃν ὑπ' ὀφρύσιν ὄντα ποτ' . . . .
Καλλίπυλον Θήβην εὖρος ἐλαυνόμενος·
Τὸν δὲ μάχης ἀκόρητον Ἀχιλλέα, μήτ' ἐνὶ Τρώων
. . . . . πεδίῳ, μήτ' ἐνὶ Θεσσαλίῃ.

In his quaedam feliciter expedivit ille, a quibus nec *Dorvillius*, quamvis *Leichio* infeſtus, recedere audebat; in v. 1. autem, et magis etiam in v. 4. a vero aberravit. Praeclare vidit *Dorvillius*, in 1. v. εἰναλίῃ θέτι legendum eſſe; ut ad Thetidem glorietur Aurorae filius, quod poſt fata adhuc vivat et cantum edat, cum Achilles neque apud Trojanos, neque in patriis terris vocem edat. At idem v. 2. male receſſit ab *Leichio*, legens: χάδεα φωνεῖν Μάνθαν', ἐπὶ Τροίης ἄλλοχ' ἁπολλύμενον. *ad Trojam quondam occiſum.* *Toupius*, qui *Leichii* lectionem revocavit, apte compa-

comparat *Calliſtrat.* Stat. IX. p. 900. προσεφθέγγετο, ἐπισημαίνων τῇ φωνῇ τὴν χαρὰν, καὶ ἐπὶ ταῖς τῆς μητρὸς παρουσίαις φαιδρυνόμενος. — Verbum θαλπόμενον, materno affectui pingendo accommodatiſſimum, illuſtrat *Wakefield* in Sylv. crit. p. 133. — V. 3. 4. emendatio debetur *Dorvillii* acumini, a quo in hoc uno receſſit *Toupius*, quod, cum ille οὗ κτοτάμνει legiſſet, hic ἵνθ' κτοτάμνει ſcriberet, praeter tantillam rem nihil novi afferens. Thebae a Nilo ita ſecabantur, ut pars urbis Libyae, pars Aegypto adjudicaretur; in Libyca autem parte Memnonis ſtatua erat poſita. — V. 5. ἐπὶ τῳ. *Dorvillius*, cui mox φθέγγεσθαι debetur, cujus vocabuli manifeſta ſunt in lectione *Pocockii* veſtigia.

RUFI DOMESTICI DISTICHON.

Vat. Cod. p. 134. Ῥουφίνου Δομ. In Plan. p. 473. St. 615. W. Ad puellam ſcriptum videtur. — ἄκρητον ὄμμα. oculum probos ab improbis non diſtinguentem.

CYRILLI EPIGRAMMATA.

¶. 491.] *I.* Vat. Cod. p. 420. Plan. p. 65. St. 94. W. Brevitatem in Epigrammatis commendat. Optimum eſſe id, quod duobus verſibus conſtet; quem modum ſi exceſſerit, non Epigramma eſſe, ſed epos. — V. 1. Ed. pr. Flor. et Ald. 1. τῶν κακόν, inepto errore; nec minus tamen ineptum, quod ex Lectt. Aldin. in poſteriores edd. receptum eſt, et in Vat. quoque mem-

branis reperitur, πᾶν καλόν. Hoc miror probaſſe magnum *Grotium*, qui vertit:

Verſibus ex geminis bona ſunt epigrammata —

Caeterum conf. *Parmenion.* Ep. I. T. II. p. 201.

II. Hoc Cyrilli Epitaphium in filium, tertio aetatis anno morte extinctum, edidit *Sponius* Miſc. erud. Antiqu. p. 376. *Fabrett.* p. 287. et *Gorius* T. I. p. 421. — V. 2. τριετειον αφειλετο Μοιρα κρατερη. *Sponius.* quod emendavit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 262. lapidarios, non minus ac librarios, voces poëticas et e dialecto petitas in vulgares commutaſſe, notans. — V. 3. πέλος. *Spon.* Similiter *Simonid.* Ep. CII. ἐρατῆς ἥβης πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν. quae inter ſe et cum ſimilibus comparavit *Mitſcherlich* ad *Horat.* L. II. Carm. V. 14. p. 398. — V. 4. φθιμένοις. *Spon.* Ducta videtur formula ex *Platonis* Menexen. p. 248. B. ἀλλ' εἴτις ἐστὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων. *Antipater Sidon.* Ep. LXXII. εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα.

DIOGENIS EPISCOPI AMISENI EPIGRAMMA.

¶. 492.] Vat. Cod. p. 304. Plan. p. 260. St. 375. W. Diogenes ille, in cujus honorem haec ſcripſit Epiſcopus Amiſenus, ad patruum profectus, ſive ap. eum educatus, diem ſupremum immatura aetate obierat. Ei Phryx, pater, monimentum ad Ponti Euxini litora exſtruxit, ubi Amiſus poſita eſt. — V. 3. ἄγεν. Huc te adduxit Dei voluntas, ut patruo tuo moriens luctum creares. πένθος ὀφειλόμενον, a fatis ipſi deſtinatum. Sic haec interpretanda ſunt cum *Grotio*, qui vertit:

Deus hoc curarat, ut ires
Ad patruum, luctus cauſa futura brevi.

Minus recte *Huetius* p. 25. „Aequius exhibita fuiſſent „patruo tuo, jam decrepito et exactae aetatis viro, juſta „haec, quae tibi a patre perſolvuntur.“ — V. 5. *ἱερῇ παλάμῃ τε καὶ εὐχῇ*, ad ceremonias refer ſolemnes, quibus Diogenes epiſcopus in defuncti exequiis praefuerat. — *γείτονα — χορόστασίης*. tumulum in loco ſancto, prope templum fuiſſe puta. Ductus color ex ethnicorum poëtarum locutionibus, qui beatorum *χορόστασίας* in Elyſiis campis celebrant. Cf. *Marcelli* Dedic. Regillae v. 58.

JULIANI EX GENERE PRAEFECTORUM AEGYPTI EPIGRAMMATA.

¶. 493.] *I.* Plan. p. 484. St. 629. W. In Vat. Cod. inter Anacreontica legitur, cum quibus paſſim editum reperias. Vide *Anacreont. Fiſcheri* p. 223. Huic odario niſi *Juliani* nomen adſcriptum eſſet, multi, qui antiquioribus magis quam recentibus delectantur, hoc genuinum Teji vatis foetum eſſe quovis pignore contenderent. Jam quid interſit inter hoc odarium et ea, quae ſub *Anacreontis* nomine vulgo leguntur, equidem me non perſpicere fateor. At illa non magis ſunt veteris illius poëtae, quam Epiſtolae illae Menandri aut Demetrii inter *Alciphronis* Epiſtolas ab his viris conſcriptae ſunt. — V. 1. *ποτ'* Vat. Cod. — V. 5. *ἔπιον* vulgo et in Cod. quod *Brunckius* metri cauſa in *ἔπινον* mutavit. — V. 7. *γαργαλίζει*. Tanquam *Anacreontis* laudantur verba *ἀλλ' ἰαίνει Τἄμ' Ἔρως ὁ γαργαλίζων σπλάγχνα* — a *Scaligero* in A. P. II. 8. quae tamen, cum alibi non reperiantur, ab ipſo *Scaligero* ficta eſſe probabiliter ſuſpicatur *Pauwius* et alii.

II. Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 467. St. 607. W. In Mariam, nimis de pulchritudine ſua ſuperbientem. Conf. *Rufini* Ep. XXXI. et XXXII. — V. 3. ἐς τείχας ἥξοι. Vulgo et in Vat. Cod. Haec ſatis arguta ſunt. Dum bona precari videtur puellae, (cf. *Rhian.* Ep. IV. 11. 12.) cum eam ἐς τείχας γήραος ſive πολιὰς ἵξεσθαι optat, revera ei mala imprecatur. — σκληρὸν βέβος per prolepſin, quod rugis aliquando ſecabitur. *Ovid.* II. A. A. 118. *Et tibi jam veniens cani, formoſe, capilli; Jam veniens rugae, quae tibi corpus arent.* Vide *Burm.* ad *Propert.* II. 14. 8. — V. 5. τίσιαν πολλαὶ τάδε δάκρυα. Parodia imprecationum Chryſae ap. *Homerum* Il. α. 42. τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν. — κάλλος, pulchritudo, peccatorum ejus fons et cauſa, quae ſuperbia peccavit, expiet. — ὑπέσχοι ἀμπλ. breviter dictum pro ὑπέσχοι δίκην ἀμπλακίης.

III. Vat. Cod. p. 144. *Juliano* vindicat, quod *Planud.* p. 421. St. 556. W. ad *Lucianum* retulit. Laïs, quae omnem Graeciam pulchritudine ſuperavit, ipſa annis victa, ſpeculum ſuum Veneri dedicat. Hoc et duo ſequentia Epigrammata expreſſa ex *Platon.* Ep. VII. ubi vide not. T. I. P. I. p. 343. — V. 1. 2. Simili acumine Ep. ἀδεσπ. DCXXVIII. τῆς δὲ ποθ' ἡ μεγάλαυχος, ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου. — ¶. 494.] V. 3. μούνῳ δ' ἐν. Vat. Cod. Non opportuno loco poſita copula ſic fortaſſe melius collocabitur:

μούνῳ ἐνικήθη δ' ὑπὸ γήραϊ.

— V. 6. τῆς δέ. Vulgo. — Ut canos ipſos cum dolore videt, ſic etiam eorum in ſpeculo repraeſentatam imaginem averſatur. σκιὰ et doctius σκιώεις τύπος eſt imago in ſpeculo, ut ap. Latinos *umbra.* — σὺν ἀχθαίρει. Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 143. Planud. l. c. In membranis verſus leguntur hoc ordine: 3. 2. 1. 4. 5. 6. ſed literis

appositis describentis error corrigitur. — V. 2. γηραλέην. Vulgo. — V. 3. ἀπ' ἀχθείσασα. Vat. Cod. — δεσποίνῃ τ. π. ἀ. Veneri, deae pulchritudinis, qua et ipsa olim conspicua erat. — V. 6. δίσκος speculum, a forma rotunda. Venus ipsa speculo uti putabatur. Primus, ut videtur, *Sophocles* ἐν Κρησὶ τῷ δράματι τὴν μὲν Ἀφροδίτην — μύρῳ ἀλειφομένην παράγει καὶ κατοπτριζομένην, ap. *Athen.* L. XV. p. 687. C. quem secutus est *Callimachus*, ubi Venerem Minervae opponit, in Lavacr. Pallad. v. 21. Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῦσα Πολλάκι, τὴν αὐτὴν δὲς μετέθηκε κόμαν.

V. Cod. Vat. p. 144. Plan. l. c. — V. 2. ὁ χρόνος ἐμπόζων. Temporis progressus pulchritudinis munus corrumpit. — V. 3. παραπταμένου. transfugit aetas. De tempore *Simonides* Fragm. II. ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ πανπτερύγου μυίης οὕτως ἡ μετάστασις. ubi similia quaedam notavi T. I. P. I. p. 203. sq. — V. 4. δ. καὶ δώρου, Vulgo.

VI. Vat. Cod. p. 145. Plan. p. 414. St. 549. W. Piscator, senectute debilitatus, Mercurio artis suae instrumenta dedicat. Plura ejusdem argumenti carmina in eodem Planudeae capite leguntur. „Alterum in „membranis extat Juliani in hoc argumentum Epigram„ma, quo carent schedae quibus sum usus, Distichon „ex eo profert Salmasius in Plinianis p. 699. Ἑρμείῃ „Βαίτων κ. τ. λ.“ *Br.* Non *Juliani* est, sed *Macedonii Consulis* Epigramma, cujus distichon cl. editor excitat. Integrum edidit V. Cl. *Chardon de la Rochette* Magas. Encycl. an. VI. T. II. nr. 1. p. 101.

Ἑρμείῃ Βαίτων ἁλιηχέος ἔργανα τέχνας
ἄνθετο, δειμαίνων γήραος ἀδρανίην,
ἄγκυραν, γυρόν τε λίθον, σπυρίδας δ' ἅμα φελλῷ,
ἄγκιστρον, κώπην καὶ λίνα καὶ δόνακας.

Nostri Epigrammatis v. 1. laudat *Suidas* in ἰμάσθλη T. II. p. 116. — remus, quo navis, sicuti equus flagello, impellitur et incitatur. — V. 2. ἵππος ἀγκίστρων. hami in

orbem flexi ambitus. Quot verba *Julianus* cumulavit ad curvitatem hami significandam! — Excitat h. v. *Suidas* in ἶτυς T. II. p. 158. Est autem ἡ ἶτυς ἡ ἰσχάτη περιφέρεια τῆς ἀσπίδος· ἡ τοῦ τροχοῦ ἄψις. ἔστι δὲ καὶ πάντες τοῦ περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος. *Apollonii* Lex. Homer. v. *Oppian.* Hal. V. 138. in hami descriptione, τόσσον ἶτυν κρυερὴν, ὅσσον περὶ χάσμα καλύψαι. — V. 3. περίπλεα. Vulgo et in Vat. Cod. — μολύβδῳ. Vat. Cod. a man. sec. Plumbum orae retis appensum, ut illud degravet et deprimat. Hinc poëta ap. *Plutarchum* T. II. p. 75. B. ἡ κακία περιθεμένη μολιβδὶς ὥστε δίκτυον κατέσπασε. — V. 4. φελλούς. cortices suberini, naffarum sub aqua latentium indices. Vide *Archiae* Ep. X. *Philipp.* Ep. V. XXII. XXIII. et, unde haec omnia, cum pluribus, expressa, *Leonid. Tar.* Ep. XXV. — V. 5. ἐπλεκτέων. Vat. Cod. — ζεῦγος σπυρίδων, (διπλᾶς σχοινοτενεῖς σπυρίδας dixit *Philippus*) ut infra Ep. XXVI. πτερύγων ζεῦγος ἐπαμάδιον. κυλίκων ζεῦγος *Ister* ap. *Athen.* XI. p. 471. B. Similia collegit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 649. et *Valckenar.* ad Phoeniss. p. 116. — V. 6. laudat *Suid.* in ἔδρανον T. I. p. 681. — ἔδρανον. qua naves nituntur et retinentur. — V. 7. *Suid.* v. γρίπεδς T. I. p. 498. omisso βλίτων. Idem exhibet v. 8. in ἀντιάσας T. I. p. 221.

¶. 495.] *VII.* Vat. Cod. p. 145. Planud. p. 413. St. 548. W. Cinyras piscator, senex factus, Nymphis retia detrita ponit. — V. 1. Κεκμηκὼς χρονίῃς π. ὑ. θήρης. Vulgo. Membr. Vat. κεκμηώς, in reliquis cum vulgata lectione conspirantes, quae fortasse mutari non debebat. δίκτυα χρονίης θήρης sunt retia, quibus ille jam diu piscaturam exercuerat. πεπονημένα ornatus causa additum. — V. 2. Κινύρης. Vat. Cod. — V. 3. περὶ ἠιόνα. Vat. Cod. — V. 5. εἰ δ'. Haec quoque nimis prolixa pro: εἰ δ' ὀλίγον δῶρον sive ὀλίγη ἡ δόσις. — V. 6. ὅλος ἔσκε βίος. Similiter *Theocritus* Eid. XX. 14. enumerata piscatorum suppellectili: οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόνος, οὗτος ὁ πλοῦτος.

VIII. Vat. Cod. p. 145. Plan. l. c. Idem argumentum paulo aliter exornat. — V. 1. Κινύρης. Cod. Vat. a man. ſec. — ἀκοντιστὴς μόχθος eſt labor retium in undas emittendorum, quem ſe, a ſenectute impeditum, ferre poſſe negat Cinyras. — V. 3. θαλάσσῃ. Cinyrae ſenectus mari, in quo ille quaſi regnum exercebat, libertatem reſtituit.

IX. Vat. Cod. p. 142. Planud. p. 431. St. 565. W. Trium fratrum dedicationes. — V. 1. laudat *Suid.* in γνωτὸς T. I. p. 489. — V. 2. πίγρις. Vat. Cod.

X. Vat. Cod. p. 153. Plan. p. 446. St. 579. W. In hoc et ſq. Epigr. ſcriba Mercurio artis ſuae inſtrumenta dedicat. Multa hujus argumenti Epigrammata in Anthologia reperiuntur. Cf. *Phaniae* Ep. III. ibique notata T. II. P. I. p. 161. ſqq. — V. 1. Plumbum ſtilo viam ſignat, unde ei nefas eſt deflectere. ἄγων, ſi verum eſt, ad Philodemum referri debet, cujus nomen infra eſt poſitum v. 7. Sed depravatum videtur vocabulum. Plumbum, quod inter librariorum inſtrumenta non poſtremum eſt, apud Epigrammatarios modo τροχὸν et τροχαλὸν, modo κυκλοτερὲς et κυκλομόλιβδον, ſemel etiam ap. *Paul. Silent.* Ep. L. γυρὸν vocatur. Horum locorum comparatio efficit, ut corrigendum exiſtimem:

τὸν μόλιβον γυρὸν, καὶ μολίβου κανόνα.

— V. 3. 4. laudat *Suidas* in λᾶας T. II. p. 406. — θῆγε. Stephan. ex ed. Aſcenſ. recepit. Antiquiores θῆκε legunt. — V. 5. μυστήρια φωνῆς. Obſcurius dictum. Sic atramentum vocatur, quo vox humana arcanis quibusdam notis ſignificatur et a vulgi cognitione quaſi ſecernitur. — V. 6. σμύλης. Edd. vett. ante Aſcenſ.

¶. 496.] *XI.* Vat. Cod. p. 153. Planud. l. c. — V. 1. κύκλοισι, quia rotundum eſt plumbum. — V. 2.

τροχθείς. Vat. Cod. unde apparet, librarium cogitaſſe de τροχόεις.
Quod non ſpernendum. Quamvis enim τροχθείς de plumbo vetuſto et diuturno uſu hic illic exeſo ſine difficultate explicari poteſt, illa tamen lectio verior videtur, quod reliqua anathemata, quae hoc carmine recenſentur, nullum ejusmodi epitheton habent; nec in reliquis ejusdem argumenti carminibus quidquam tale reperitur. τροχόεις μόλιβδος occurrit in Ep. *Paul. Sil.* LI. Si quis oppoſuerit, vim hujus epitheti in κύκλοισι jam expreſſam eſſe, is, velim, *Juliani* noſtri Epigrammata attento animo perlegat, et multa loca inveniet, propter inanem quandam verborum copiam et vitioſam luxuriem reprehendenda. — V. 4. θηγαλέος, Vulgo. — V. 5. 6. laudat *Suidas* v. γῦρις T. I. p. 481. — ὦ θεμεθές. cui Mars et Muſae ſuum in hac arte tribuerunt munus; Mars, quia ferreum, Muſae, quia ſcribendi artificio adhibetur. — V. 10. λειπ. βίου. cum ipſi jam victus deſit, tu, Mercuri, qui lucro et quaeſtui praees, ejus vitam regas et tuearis.

XII. Planud. p. 331. St. 470. W. Phryne Amori imaginem Amoris dedicat, a Praxitele, qui ejus archetypum ex ſuo ipſius pectore duxerat, Phrynae donatam. Expreſſum carmen ex *Simonid.* Ep. XC. ubi vide not. T. I. P. I. p. 258. — V. 1. κλίνας. Amoris impotentiam, amantium haud aliter ac ſervorum cervicibus inſtantis, eadem imagine ſignificat *Propert.* L. I. 1. 4. *caput impoſitis preſſit Amor pedibus.* II. 23. 59. *Inſtat ſemper Amor ſupra caput, inſtat amanti, Et gravis ipſa ſuper libera colla ſedet. Meleager* Ep. XXVIII. Κεῖμαι, λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγρια Δαῖμον — ubi ſimilia quaedam comparavi, p. 49. — V. 2. χερσὶ λιγδίαις. victis manibus. Ἑλλάδα λιγδίην Noſter ſupra dixit Ep. III. λιγδίαις, *doctis, facilibus manibus*, malit *Heynius* in Com-

ment. Soc. Reg. T. X. p. 91. — V. 4. χαλκάσεις. Falsum hoc quidem. Illud enim Amoris simulacrum, quod Phrynae donavit Praxiteles, ex marmore fuit. Vide *Junium* in Catal. p. 180. Duo tamen alia Amoris signa idem artifex fecit, quae descripsit *Callistr.* Stat. III. et XI.

XIII. In prioribus Vat. Cod. paginis. Scriptum est in statuam Adonidis, qui, quamvis Venere juxta stante, oculos tamen in canes conjicit. — V. 1. ἐς κ. Vat. — V. 2. Verba σχέτλι' Ἔρως, quibus poëta hanc Adonidis severitatem ad Amorem referre videtur, parum commode interposita sunt.

XIV. Sine auctoris nomine legitur in Vat. Cod. p. 477. quod etiam in Planud. p. 304. St. 444. W. omissum est. Unde igitur novit cl. editor, *Juliani* esse hoc distichon? nisi forte in uno regiorum codd., quibus usus est, nomen adscriptum fuit. — V. 1. τέχνα et v. 2. τὰν ψυχὰν Vat. Cod.

¶. 497.] *XV.* Vat. Cod. p. 485. Planud. l. c. — Antitheseos efficiendae cupiditas poëtam ad ineptias deduxit. Verba ἡ φύσις ἄπνοός ἐστιν vix sensum habent.

XVI. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. Pastorem fingit Myronis vaccam stimulo urgentem. Cf. Epigr. κδίσν. CCXVII. quod antiquius esse, apparet ex parodia *Lucillii* in carmine, *Philippi* Epigrammatibus temere interposito, nr. XL. T. II. p. 222. — V. 1. πῦ. Vat. Cod. — V. 2. καὶ τόδ'. cum omnia reliqua mihi tribuerit, currere tamen non dedit. — καὶ τόδ' ἴδωκεν ἔχειν. Vulgo.

XVII. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. Compar. Ep. *Leonidae Tar.* XLII.

XVIII. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. Fur Myronis vaccam avertere conatus, non prius errorem cognovit, quam eam tangeret. — V. 2. κενεός. Ald. 1. 2. 3.

XIX. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. — V. 1. εἰρ' ἐρέων. Cod. Vat. — V. 2. γειοκόνοις. Ibid. et in fine τ'ἐδόνην. Ductus color ex *Demetrii Bith.* Ep. I. T. II. p. 65.

XX. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. — V. 2. τέχνην. Edd. Ald. 1. 2. 3. „Scribendum videtur:

„α. ταῦθι φύσις, τέχνη σε βιάζεται. β. ἄπνουν ἔργον.

„Naturam poëta alloquitur: *Perfer, Natura; tibi vim* „*ars facit.* Cui Natura reſpondet: *At vita caret opus:* „*ex natura ars eſt, non enim naturam reperit ars.* Ser- „vata vulgata lectione ταῦθι Μύρων, nullum in his ſen- „ſum video.“ *Br.* Crediderim tamen, lectionem Cod. et edd. explicari poſſe. Myronem ſibi ſubtriſtem finxit *Julianus*, quod, cum operi ſuo omnia tribuerit, ita ut animatum eſſe videretur, vitam tamen non haberet. Quam ejus aegritudinem leniturus Noſter, Fer, Myron, ait, quod mutari non poteſt; artis, quam exerces, natura tibi vim facit, teque impedit, ne vaccae, praeter omnia alia, etiam ſpiritum dones. Inanimatum opus, nec aliter eſſe poteſt, cum ars naturae originem debeat, nec ars naturae opus facere poſſit. Sic *Grotium* quoque hoc diſtichon accepiſſe, ex ejus verſione apparet:

Quod non ſpirat opus, perfer Myro; nam jubet ars hoc.
Non ars Naturam genuit, Natura ſed artem.

XXI. Vat. Cod. p. 477. Planud. l. c. — V. 1. ἐμάχοντο. *Calliſtrat.* Stat. VI. p. 897. Lyſippum Occaſionem finxiſſe dicit, πρὸς τὴν φύσιν ἀμιλλωμένης τῆς τέχνης. — V. 3. Etiam hujus Epigrammatis acumen ineptum eſt, et prava antitheſis.

¶. 498.] *XXII.* Vat. Cod. p. 477. Plan. l. c. Aſilum Myronis vaccam ſtimulo petere *Julianus* fingit; quod mirandum eſſe negat, cum illud opus ipſorum

paſtorum oculos deceperit. μώνα *Brodaeus* inepte *luſciosum* vertit. — V. 2. χαλκοχότοις. Vat. Cod. quod revocandum. — V. 3. αὐτός. Vat. Cod. — V. 4. ἀτειρέμενος. Id.

XXIII. Quae ſequuntur Epigrammata usque ad nr. XXXIII. deſiderantur in Vat. Cod., ut plurima, quae artis opera celebrant. Plan. p. 307. St. 446. W. Prometheus conqueritur, quod, cum artium facem primus inter homines extulerit, artifices ſuis donis, arte et igne, abutentes eum perpetuos dolores perferre cogant. Erat enim in illa ſtatua graviſſimi doloris ſignificatio, ut apparet ex verbis ἀλλήκτου πήματος ὄψιν ἔχω. Idem color in Epigr. ἀδεσπ. CCXCIV. Pictam Promethei vincti imaginem diſerte deſcripſit *Achill. Tat.* L. III. p. 167. *Salm.* ſtatuam ejusdem *Libanius* T. IV. p. 1116. ſqq. *Reisk.* Nota ejus imago, a Parrhaſio ad ſenis, inter tormenta exſpirantis, exemplar picta; de qua tradidit *Seneca* Controv. L. XII. 10. — V. 2. Fallitur *Huetius* p. 30. qui ἄλληκτον πῆμα de catenis, ignis ope factis, interpretatur. Sunt potius cruciatus, quos ars quodammodo perpetuos fecit. Acumen hisce poëtis familiare. *Glaucus* Ep. V. T. II. p. 348. de Philoctetis imagine: ζωογράφων ὧ λᾷστε, σὺ μὲν σοφός, ἀλλ' ἀναπαύσω Ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει. — V. 3. εἶγε. ut Ep. XXII. 3. εἶχε ſuſpicabatur *Heynius* in Comm. S. R. X. p. 93.

XXIV. Plan. p. 307. St. 446. W. In eandem Promethei ſtatuam. — V. 1. Aëneus hic Prometheus, graviſſimis cruciatibus affectus (τειρόμενος), *Homerum* erraſſe docet, cum χαλκὸν diceret ἀτειρέα. Ineptum acumen. — V. 5. Iraſcendum tibi eſt, o Hercules, quod ſtatuarius Prometheum a te liberatum aeternis vinculis et cruciatibus denuo tradidit. — φαέτρην. poſt ſagittas, quibus Hercules aquilam confixiſſe traditur. Vide *Apollodor.* L. II. 5. p. 139.

XXV. Planud. p. 311. St. 451. W. In Icari ſtatuam aëneam in balneo ſtantem. Balneum prope Tripolin, propter Icari ſignum, in eo poſitum, Ἴκαρον appellatum, commemorat *Malala* T. II. p. 73. — V. 1. Quod vulgo legitur νῦν δέ σε κηρῷ, *Brodaeus* induxit, ut ſeq. verſu χαλκοτύπου per κηροπλάστην interpretaretur; quo nihil ineptius. *Brunckius* vulgatam tacite mutavit, ex conjectura, ne dubites. Sed aëneam ſtatuam fuiſſe, jam ſatis intelligitur, cum χαλκοτύπος eam feciſſe commemoretur; quare in κηρῷ aliud quid latere putaverim. Fortaſſe

νῦν δέ σε καινὴν
ἤγαγεν εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοτύπος.

vel ſimile quid. — V. 3. ἀλλ' ἄγε. Vulgo. — Iterum in Epigrammatis fine poëta lapſus eſt. Monet Icarum, ne volare auſus, balneum reddat Icarium pelagus. At quod malum inde ad Icarum redundaturum eſſet? Hoc dicere voluit: Sol aeneas tuas alas non minus liquefecerit, quam cereas; quare cave, ne ad eum evoles, et denuo caſum patiaris. — τολέσεις. Ed. pr. Flor.

¶. 499.] *XXVI.* Planud. p. 311. St. 451. W. — V. 1. τέχνη. ne ars te decipiat, quae te tantum non vivum et animatum expreſſit, neque alae, quas artifex tibi addidit. — ζεῦγος. Vide ad Ep. VI. 5. — V. 4. χάλκεον εἶδος ἔχων pro χάλκεος ὤν.

XXVII. Planud. p. 312. St. 452. W. Expreſſum videtur ex *Glauci* Ep. V. Tabula picta deſcribitur, non aëneum illud ſignum, quod laudatur in Ep. κδ' σπ. CCXCIV. Philoctetem, vulnere tabeſcentem *Antipho* pinxit, tradente *Plutarcho* T. II. p. 18. et p. 674. A. — V. 4. αὐσταλέην. In marg. Wech. γρ. καὶ αὐαλέην. Coma hirſuta, per longum tempus nec pexa nec uncta. Talem Philoctetem deſcribit *Philoſtr. Jun.* XVII. p. 889. κόμην δὲ καὶ αὐχμοῦ πλήρη δεικνύς, καὶ τὴν γενειάδα ὑπαγεστηκὸς καὶ

φρίττων. — τριχαλέοις. Capillorum epitheton ad colores translatum. — V. 5. Cutis arida, rugoſa et ſqualida, ut eſſe ſolet in iis, qui corpus diu non curarunt. De Phineo *Apollon. Rhod.* L. II. 198. πίνῳ δέ οἱ αὐταλέος χρὼς Ἐσκλήκει, ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. — καρφαλέον. *Archilochus* in Enchir. Hephaeſt. p. 19. οὐκ ἐϑ' ὁμῶς ϑάλλοις ἁπαλὸν χρόα, κάρφεται γὰρ ἤδη. Vide Animadv. T. I. P. I. p. 170. — V. 7. ξηροῖσιν. ὀφθαλμοὺς ἐσκληκότας vocat *Glaucus* l. c. ξηρὰ ἄκλαυστα ὄμματα *Aeſchyl.* VII. c. Theb. 702. Oreſti ὀμμάτων ξηραὶ κόραι tribuuntur ap. *Euripid.* in Tragoedia illius nominis v. 389. Ap. *Aeſchylum* VII. c. Theb. 681. Furiam ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι ſibi aſſidere ait Eteocles. — δάκρυα παγέντα. *Homer.* Odyſſ. 211. ὀφθαλμοὶ δ' ὥσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισιν. quem locum plures expreſſerunt, quos *Clarke* laudat, etiam *Themiſt.* Or. XX. p. 234. A.

XXVIII. Planud. p. 316. St. 456. W. Statua ex marmore, *Nioben*, liberos plorantem, repraeſentans. — V. 2. ἐπιμυρομένης. Ed. pr. Flor. — V. 3. ἔλαχε. Edd. vett. ante Steph. — Animam ſtatuae adjeciſſet artifex, niſi mulierem in ſaxum mutatam finxiſſet. Simili acumine Auctor Ep. ἀδεσπ. DXIV. in imaginem Pythagorae: Αὐτὸν Πυθαγόρην ὁ ζωγράφος, ὃν μετὰ φωνῆς Εἶδες ἄν, εἰ γε λαλεῖν ἤθελε Πυθαγόρης.

XXIX. Planud. p. 318. St. 458. W. ubi plurima ſunt Epigrammata in eandem Medeae a Timomacho pictam imaginem. Noſtrum inprimis expreſſum ex *Antiphili* Ep. XX. τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ, Ζέλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν. ubi vide not. T. II. P. II. p. 52. ſq.

¶. 500.] *XXX.* Planud. p. 322. St. 461. W. In Minervae armatae ſignum Athenis. Nullam cauſam eſſe ait, cur dea in media urbe arma gerat. εἰξὸ ποσ. Reſpi-

citur ad notam illam de contentione inter Minervam et Neptunum fabulam.

XXXI. Planud. p. 325. St. 464. W. In Venerem armatam Lacedaemone. Lusus poëtarum de hoc signo recensuit et exposuit *Heynius* in Comment. Soc. R. T. IX. p. 108. — V. 3. Venerem poëta Lycurgi legibus obtemperantem, Spartanosque non, ut alios mortales, sagittis, sed gravioribus telis vulnerantem fingit. Turpe putabant Spartani arcu et sagittis uti, nec eminus, sed cominus pugnare didicerant. Itaque Venus quoque Spartanos aggreditur cominus τεύχεσιν ἐγχειμάχοις. — V. 5. Κυθείρης. Edd. vett. ante Stephan.

XXXII. Planud. p. 326. St. 465. W. ubi et alia sunt in Venerem Anadyomenen Epigrammata. Noster ante oculos habuit *Antip. Sidon.* Ep. XXXII. ubi vide not. T. II. P. I. p. 40. — Θαλασσαίης λοχείης. *Leonid. Tar.* Ep. XLI. Venerem μητρὸς ἐκ κόλπων ἐκφυγεῖν dicitur; quanto rectius quam apud Nostrum! — V. 2. ἀπελλαίην. Vulgo. Forma ἀπέλλαιος est ap. *Antip. Sid.* l. c. — V. 5. Si tanta pulchritudine conspicua fuit Venus eo tempore, quo ante Paridem stetit, immerito Pallas Paridi succensuit, tam formosae deae pulchritudinis praemium tribuenti.

¶. 501.] *XXXIII.* Planud. p. 378. St. 516. W. Lemmati fidem non habeo. Scriptum videtur hoc distichon in pateram, cujus imo fundo piscículi insculpti erant, in concava vasis parte, tanquam in maris sinu, natantes. Respicitur autem verbis, Οὕτω Βάκχον ἔδεκτο Θέτις, ad fabulam de Bacchi ex Thracia fuga, ap. *Homer.* Il. Z. 130. Simile toreuma describit *Martial.* L. III. 35. *Artis Phidiacae toreuma clarum, Pisces adspicis: adde aquam, natabunt.*

XXXIV. Planud. p. 380. St. 518. W. In Pythagorae statuam, quae non docentem, sed silentem illum re-

praesentavit. Similiter lusit Anonymus auctor Ep. ἀδέσπ. DXIV. quod etiam *Juliani* esse suspicor. — V. 1. αὐτόν, Ed. pr. Flor. contra poëtae mentem, ut ex sq. disticho apparet. — φύσιν ἀριθμῶν. numerorum naturam, unde Pythagoras omnium rerum ortum explicabat. — V. 3. τὸν ἐν σιγῇ. Quia discipulos silentio etudiviſſe dicitur. Huc referendus locus *Claudiani* de Fl. Mallii Conſ. v. 90: *Quicquid Democritus riſit dixitque tacendo Pythagoras.* Cf. *Palladas* Ep. LXXVII. et quae collegit *C. Rittershuſ.* ad *Porphyr.* de Vita Pyth. nr. 19. p. 20. ſqq. ed. Kuſt. — V. 4. Haereo in ἔνδον, quod quo commode referam, non habeo: *Hinc* (ut illum prudenter ſilentem repraeſentaret) *vocem occultavit* — — vehementer jejunum et tautologicum eſt. Fortaſſe ſcribendum:

καὶ τάχα φωνὴν
ἔνδον ἀποκρύπτει (ſive ἀπέκρυπτεν), καὶ τόδ' ἔχων ἐπόησε.

Statuarius vocem, quam operi ſuo tribuere potuiſſet, *intus* occultare maluit. Hunc ſenſum poëtam efficere voluiſſe, probabile eſt ex disticho ſupra adſcripto ad Ep. XXVIII. Ad poſtrema verba cf. *Ovid.* Heroid. XIII. 155. de cerea Proteſilai imagine: *Crede mihi; plus eſt, quam quod videatur imago. Adde ſonum cerae, Proteſilaus erit. Anacr.* Od. XXVIII. fin.

XXXV. Vat. Cod. p. 467. Plan. p. 358. St. 498. W. — V. 2. τοὐλιπές. Ald. 2. 3. Aſc. Steph. τοὐλλιπές. Ed. pr. Flor. et Ald. pr. Veteres in exſtruendis aedificiis, et interioribus eorum partibus distribuendis coeli et temporum anni rationem habuiſſe, apparet ex *Vitruvio* VI. 7.

XXXVI. Vat. Cod. p. 467. Plan. p. 359. St. 498. W. τωθαστικὸν eſſe in lemmate notatur, ſed perperam. Conf. Ep. *Leonidae Alex.* (ſeu *Tarentini* potius) XXX. T. II. p. 196.

XXXVII. Vat. Cod. p. 468. Plan. p. 360. St. 500. W. Suggeſtum, de quo Craterus Sophiſta verba ſolebat fa-

cere, fortunam ſuam ſibi gratulatur. — V. 2. ἐτρεφόμην. δένδρον ἀνεμοτροφὲς illuſtravimus in Exercitt. crit. T. II. p. 77. — λιγυφωλ ἄνεμοι, circum arborem dulci ſuſurro ludentes, et aves canorae in ejus frondibus conſidentes, ſuaviorem et graviorem eloquentiae Crateri ſonum portendebant. — V. 4. ἐτμήγην. Vat. Cod. — ¶. 502.] V. 5. In eundem Craterum vide Ep. LXIV. et LXV. — ἄρδομαι. perfundor Crateri eloquentia, et quaſi nutrior, ut olim ventis et pluvia. Verbi ἄρδεσθαι nutriendi ſignificationem illuſtravit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 117. ſq. et *Heynius* ad *Pindar.* Ol. V. 55. p. 64.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 378. St. 516. W.

XXXIX. Vat. Cod. p. 435. ſq. Planud. p. 28. St. 43. W. In Tatianum quendam, incorruptae probitatis virum, quem cum Imperator gravioribus negotiis adhibere vellet, ille paterna rura et otium ſplendidiori conditioni praetulit. — Ceterum incertum eſt viri nomen. Nam in Planudeae edd. omnibus Τιτιανὸς vocatur, in Vat. Cod. Τητιανός. Haec cl. editor pro arbitrio ſuo in Τατιανὸς mutavit. — V. 3. ἐν βίοιο γ. γαλήνῃ paſſim de vita tranquilla. *Philetas* ap. *Stob.* Tit. CII. p. 482. ἡ μὲν δὴ πολίεσσι πεφόρηται χαλεποῖσι, Θυμέ, γαληναίη δ' ἐπιμίσγεται οὐδ' ὅσον ὅσσον. — V. 5. Patrimonium tuum, juſte partum, colis et auges, civium tuorum bona minime attingens. τῶν ἐρχομένων. Magiſtratum fuiſſe Tatianum, ſed in parva urbe, hinc apparet. — ἐ. πρὶν Vat. Cod. et in marg. πλήν. — V. 6. πλοῦτος Vat. Cod. a pr. man. — σύνθρονος Δίκῃ. Juſtitia, quae tibi jus reddenti haud ſecus ac Jovi aſſidet. *Heſiod.* Ἔ. καὶ Ἡ. 258. Δίκη — Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι. Similiter regi juſtitiam aſſidere ait *Themiſt.* Or. XVI. p. 201. Δίκη πάρεδρος βασιλείας καὶ κόσμος τῆς αὐλῆς. De Baſilio proconſule *Himerius* Or. XIII. p. 602. in loco mutilo et ſic fortaſſe conſtituendo:

tuendo: Ἐκεῖνος (Achilles) μὲν ὅπλα ἔχων χρυσᾶ [ἱρίστευσε] καὶ διέσωζε [τοὺς] Ἕλληνας· σὺ δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπλα χρυσᾶ, δίκην δὲ ἔδειξας (vulgo τινα) χρυσῆν καὶ θέμιν. ταύτας δὴ τὰς τοῦ πατρὸς [ἀρετὰς] πτερόεσσας λαβὼν ἦλθες εἰς Ἕλληνας. Ad hunc locum *Wernsdorfius* similia, etiam noſtrum carmen excitavit.

XL. Vat. Cod. p. 296. Planud. p. 229. St. 334. W. — V. 1. αὐτήν. De expreſſa ſimilitudine. Vide ad *Chriſtodori* Ep. II. p. 472. — αἴθε. Tam bene et ad vivum expreſſam Theodotes cum videmus imaginem, luctuoſa ejus memoria tantopere refricatur, ut optandum ſit, pictorem a fine propoſito aberraſſe.

XLI. Vat. Cod. p. 301. Planud. p. 241. St. 357. W. — V. 1. γλυκερόν, quae dulcem ſimul et fortem vocem pectore edebat. Generalis haec laus citharistriae, nec ad Ionicam et Doricam modulationem cum *Brodaeo* referri debet. — θρόον ῥηξαμένη. *Agathias* Ep. X. εἴποτε δὲ τραγικῷ βοιζήματι ῥήξατο φωνήν. Epigr. ἀδεσπ. CCCCLV. ἄῤῥενα ῥηξαμένα φθόγγον ἐπὶ κταμένῳ. *Eurip.* Suppl. v. 710. ἔῤῥηξε δ' αὐδὴν ὥσθ' ὑπηχῆσαι χθόνα. ubi ſimilia protulit *Marklandus*. — V. 2. θηλυτέρης. Vat. Cod. quod Planudeae lectioni non videtur praeferendum. — V. 4. λυγρά. Ed. Steph.

¶. 503.] *XLII.* Vat. Cod. p. 301. Bis in Planudea exſtat, p. 241. St. 351. W. et p. 282. St. 408. W. — V. 1. οὔτε. Vat. Cod. *Fortem* Calliopes vocem, quam praecedens carmen laudat, etiam h. l. miratur poëta. Hanc vocis vim et virtutem, quam nec muliebris naturae imbecillitas, nec ſenectus fregerat, vix demum cum vita amiſiſti. — V. 4. „Vulgo legitur: φεῦ, φεῦ, καλλιόπη, σὴν κατέλυσας ὄπα. Quod dedi multo acutius ex „admodum verisimili conjectura eſt cl. Reiskii.“ *Br.* Acutam eſſe hanc conjecturam non nego; an vera ſit

eadem, dubito. Certe *Julianus* sic potius, quam librarii vitium corrigi videtur.

XLIII. Vat. Cod. p. 436. Anth. Plan. p. 18. St. 29. W. Expressum ex *Metrodori* parodia carminis *Possidippi*, T. II. p. 476. — V. 2. εὖχος ἑταιρείαν. Duo haec vocabula vulgo commate sejunguntur. Et sic *Grotius: dant fora nosci, Dant decus.* Huic interpunctioni nonnihil favet Ep. *Metrodori:* εἰν ἀγορῇ μὲν κύδεα καὶ πίνυται πρήξιες, ubi κύδεα respondent τῷ εὖχος. Elegantior tamen et gravior sensus ex Brunckiana interpunctione emergit. — In fine vers. vulgatum ἄκη, quod cum κρυπτὰ non bene coit, ex Vat. Cod. emendatum est. Meliorem hanc lectionem expressit *Grotius: absondit, si qua molesta, domus.* — V. 6. φεοῦδος. Orbi liberis non timent. — V. 7. ὀπάζειν. Vulgo.

XLIV. In Vat. Cod. p. 359. hoc distichon annexum est Epigrammati *Julii Polyaeni* II. probante doctissimo *Chardon de la Rochette* Mag. Encycl. T. I. VI. an. nr. 3. p. 322. Mihi secus videtur. *Polyaeni* Epigramma bene terminatur v. 4. Nec in nostro disticho quidquam ad integritatem desiderabis, si γνώμην esse reputes, qualia multa seriores inprimis Epigrammatarii conscripserunt. Ceterum *Juliano* inscribitur, nescio quam bene, in Plan. p. 70. St. 101. W. In Cod. Laurent. certe *Palladae* tribuitur, in Cod. Band. p. 99.

XLV. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 79. St. 115. W. In navigium, quod, cum maris pericula effugisset, in terra incendio crematum est. Expressum carmen ex *Leonidae Tar.* LXII. ubi vide not. T. I. P. II. p. 119. — V. 2. μητρίαις. Vulgo. δημητρίας. Vat. Cod.

XLVI. Vat. Cod. p. 299. Plan. p. 196. St. 285. W. In eodem argumento luserunt *Antiphil.* Ep. XLII. *Hetrusc. Mess.* Ep. T. II. p. 307. — V. 1. αὐτόστολος. Sua

ipſius cymba, non Charontis uſus. Alio ſenſu αὐτόστολον vocat Leandrum *Muſaeus* v. 255. — ¶. 504.] V. 6. συλλήξας. Ap. *Hesruſc. Meſſen.* l. c. κοινὰ λαχοῦσα τέλη piſcatoris navis, tuetur vulgatam *Juliani* lectionem contra *Caſauboni* conjecturam συννήσας tentantis. Mydon cum ad vitae finem perveniſſet, una cum incenſa cymba eſſe deſiit. — V. 7. πέλεν σκ. Vat. Cod. — ἀέξων. Ed. pr. Flor. — V. 8. Μύγδου. Vat. Cod. — ἐς βίον. ad victum comparandum, vitamque ſustentandam.

XLVII. Bis legitur in membr. Vat. p. 241. in marg. et p. 436. Planud. p. 6. St. 11. W. Hiſtoria, ſaepe ab Epigrammatariis tractata, de matre Spartana filium ignavum ſua manu necante. Cf. *Tymnis* Ep. IV. *Antip. Theſſ.* XXVI. Ep. ἀδέσπ. CCCCLV. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in μνῆστις T. II. p. 569. — V. 2. ἔκτουνεν. Vat. Cod. — γνήσιον αἷμα. Lacedaemon genuinam ſobolem non patria et genere, ſed fortitudine, in bello exhibita, dijudicat. Nec mirum itaque, matrem ignavum filium tanquam alienum et extraneum interfeciſſe.

XLVIII. Planud. p. 207. St. 301. W. „Duo diverſa „ſunt Epigrammata in membranis (p. 298. ſq.), ſingula „unius diſtichi, quae ſeparanda eſſe ex aliorum in idem „argumentum comparatione palam eſt.“ *Br.* Conf. inprimis Epigr. ἀδέσπ. CCCCLXXIII. – CCCCLXXVIII. quae omnia expreſſa ſunt ex archetypo *Simonidis* Ep. LIX. T. I. p. 137.

XLIX. Vat. Cod. p. 299. Planud. p. 251. St. 364. W. Naufragum poëta alloquutus, Ne, inquit, ventos et undas accuſes, cum tua te cupiditas perdiderit.— V. 1. πόντος ὄλεσσε καὶ οὐ πν. Vulgo et in Vat. Cod. quo tacite mutato *Brunckius* verſum dedit minime elegantem. — V. 3. ὀλίγος βίος. *Propert.* L. III. 5. 70. *Viveret ante ſuos dulcis conviva penates, Pauper, at in terra,*

nil ubi flere poteſt. Terrae et agriculturae bona cum navigationis periculis eleganter comparata vide in Ep. Anthol. Lat. L. III. 62. p. 501. ſqq. et ap. *Libanium* T. IV. p. 992. ſqq. ed. *Reisk.* — V. 4. χέρσος ἀελλέμαχον. *Leonid. Alex.* Ep. XXVIII. δέδοικα γὰρ οὓς πάρος ἔτλην Κινδύνους, ἀνέμοις ἀντικορυσσόμενος. Similia vide ap. *Dorvillium* ad *Charitonem* p. 87.

L. Vat. Cod. p. 253. in marg. inferiore, et p. 298. hoc Epigramma *Juliano* vindicat. In Plan. p. 219. St. 318. W. ἄδηλον inſcribitur. Fingit poëta Timonem in trivio ſepultum et de hominum circa illum locum frequentia conquerentem. Conf. ad *Hegeſippi* Ep. VIII. T. I. P. II. p. 76. — V. 2. τύχῃ. Vat. Cod. utroque loco; in priore tamen οι ſuperſcriptum. — ¶. 505.] V. 3. πάντ' ἐπεὶ Τίμων νέκυν Vat. Cod. loco pr. — Pro καλέουσιν idem loco ſec. πατέουσιν, quod non plane ſpernendum. Vulgata tamen Timonis ingenium melius videtur exprimere. — V. 4. καὶ μένος. Ductus color ex *Archiae* Ep. XXXIII. in naufragum ad maris litus ſepultum: μὴχθων δ' οὐδ' Ἀίδης με κατεύνασεν, ἠνίκα μοῦνος Οὐδὲ θανὼν λείῃ κέκλιμαι ἡσυχίῃ. ubi vulgatam lectionem λείῃ ἡσυχίῃ nuper egregie munivit *Huſchke* in Analect. crit. p. 122. ſq.

LI. Vat. Cod. p. 301. Planud. p. 230. St. 334. W. Epitaphium in mulierem et nomine et forma *Pulchram*, eandemque caſtiſſimam. — V. 2. Χαρίτων ἔαρ. Charitum jucundiſſima. Ep. LVII. Similiter *Antip. Sidon.* Ep. LXXV. εὖδες καὶ Σμέρδις, τὸ Πίθων ἔαρ. Amoeniſſimam totius populi partem, juvenes, τὸ τοῦ δήμου ἔαρ appellabat *Demades rhetor* ap. *Athen.* L. III. p. 99. D. cui ſimilia dedit *Valcken.* ad *Herodot.* L. VII. 162. p. 580. Parum diverſum, quod noſter habet Ep. LVI. εὐθαλέων Χαρίτων ἄνθος, Ἀναστασίη. — V. 3. συνεύνῳ μούνῳ. *Hyperides* ap. *Stob.* T. LXXII. p. 441. 18. τοὺς (καλλωπισμοὺς) περὶ τὰς ἐξόδους

οὐκέτι πρὸς τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἑτέρους. — V. 5. τίς λίθος. Epigr. ἀδεσπ. DCLVI. Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε, σέθεν φθιμένοιο, Κασάνδρου; Τίς πέτρος, ἣς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης; Pro ἐξήρπαξε in vulgatis edd. et ἐξήρπασα et ἐξήρπασσε legitur.

LII. Vat. Cod. p. 302. Planud. p. 230. St. 335. W. Facetum Epigramma. Gratias agit maritus conjugi, quod ſibi morte libertatem reddiderit. — V. 2. βόσια. Pauperibus eleemoſynam distribuit, ut animam tuam ex flammis et cruciatibus ſolveret.

LIII. Vat. Cod. p. 299. Plan. p. 250. St. 363. W. In naufragum, cujus cadaver undae in patriam detulerant. — V. 1. Ventis iraſci debes, non undis. — V. 3. ἐδάμασαν. Vat. Cod. Ed. Flor. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ. Nic. Sab. Eaedem edd. ſequ. verſu ἐξεκόλισε.

¶. 506.] *LIV.* Vat. Cod. p. 299. Plan. p. 250. St. 363. W. Naufragus nautis, qui ejus cadaver ex undis exceperant et humaverant, gratias agens, ut ſalvi in portum perveniant, precatur, aut, ſi quid acciderit, ut idem illis ab aliis beneficium contingat. — V. 2. Μαλειάων. Periculoſiſſima nautis loca. Iis, quae notavimus ad *Gaetulici* Ep. VII. T. II. P. II. p. 35. adde *Propert.* L. III. 17. 7. ἀδύνατα cumulantem: *Et placidum Syrtes portum, et bona litora nautis Praebeat hoſpitio ſaeva Malea ſuo. Ovidius* II. Amor. XVI. 24. cum domina *Nec timeam veſtros, curva* (f. *torva*) *Malea, ſinus.* — V. 3. βέξει. Vat. Cod. — Minus recte *Joſ. Scaliger* in not. mſc. tentabat ἦν δέ τυ βέξῃ, i. e. εἰ β. quam formam Dorienſibus propriam hoc carmen non admittit. Idem v. 1. corrigebat καὶ σῆμά τι χώσας — non magis feliciter. Vulgo quidem σῆμα, τάφον χεῦσαί τινι dicitur. *Sophocl.* Antig. 80. τάφον χώσουσ' ἀδελφῷ. Ibid. v. 1203. τύμβον ἀρθέντα χώσαντες. Plura cumulare nihil attinet. Quum

autem verbum χωννύναι proprie ſit, aggerere, affundere terram, ſignificare coepit etiam ſepelire, operire terra; cujus ſignificationis vi cum ablativo rei, quem vocant, jungitur. *Euripid.* Oreſt. 1585. ἀπόδος δάμαρτος νέκυν, ὅπως χώσω τάφῳ. qui locus noſtram lectionem abunde confirmat. Rem conficit Ep. Noſtri LXX. 3. γαῖα γὰρ αἰδομένη λιτῷ μέγαν ἀνέρα χώσαι. — V. 4. τούτων ἀ. χ. Vat. Cod. Cf. Ep. XLVIII. 4.

LV. Cod. Vat. p. 299. ſq. Plan. p. 251. St. 364. W. Pamphilum, philoſophum, *Suidas* commemorat T. III. p. 14. ubi conf. *Kuſterus*, an eundem, de quo hoc Epigr. agit, haud dixerim. — V. 1. ἔτεκεν. Vat. Cod. σὲ τέκεν. Vulgo. — θῶκος πλουτῆος h. l. nihil aliud eſt niſi ſepulchrum, quod Ἀιδης, Ἀιδου οἶκος appellatur; dicendi uſum docte illuſtravit *Huſchke* in Anal. crit. p. 124. ſqq. — V. 2. οὐρανόν. De Hercule *Euripides* in Heracl. v. 910. ἔστιν ἐν οὐρανῷ βεβακὼς θεὸς γόνος — φεῦγε λέγων, ὡς τὸν ἅιδα δόμον κατέβα. — V. 3. Non adverſae fortunae hoc tribuendum, quod in maris fluctibus periiſti, ſed potius eam ob cauſam tibi evenit, ut omnium deorum regnis (κλήροις, partibus, quas quisque deorum in ſortitione accepit) ornamento ſis. Sic haec acceperunt *Brodaeus* et *Grotius*, qui vertit:

Non hoc paſſus eras, ut naufragus, optime, ſed tu,
Pamphile, ut ornares omnia regna Deûm.

Alium tamen ſenſum quaerebat *Iſ. Caſaubonus*, qui in not. mſc. κόσμον ἔχῃς tentavit, ſenſu non ſatis expedito.

LVI. Vat. Cod. p. 301. ſq. *Juliano* auctori tribuit, quod in Plan. p. 259. St. 373. W. *Paulo Silentiario* inſcribitur. Hoc et ſq. Epigramma ſcriptum eſt in Anaſtaſiam, quae haud major ſedecim annis, cum vix duodecim menſes cum marito exegiſſet, immatura morte exſtincta eſt. — V. 1. εἶχέ σε παστάς. Vulgata lectio, membranarum lectioni fortaſſe anteferenda. — V. 2.

χαρ. ἄνθος. Cf. ad Ep. LI. 2. — V. 3. κατχθάκρυα. junctim edd. ante Stephan.

LVII. Vat. Cod. p. 302. etiam hoc carmen ad *Julianum* refert, cum in Planud. p. 259. St. 374. W. *Eratoſthenis* nomen gerat. Equidem *Juliani* eſſe vix puto, ſed imitatoris cujusdam, ejusque minime boni. — V. 1. Tempeſtas ab inferis exorta, ſive hiems apud inferos, quae te circumdat, ver tuum perdidit. — χειμῶνα ἔαρ. ex Ep. LI. 2. Ad rem comparandus *Statius* III. Sylv. III. 126. *media cecidere abrupta juventa Gaudia, florentesque manu ſcidit Atropos annos; Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pubentesque roſae primos moriuntur ad auſtros, Aut ubi verna novis exſpirat purpura pratis.* — ὠμοφάγων. *Mors, quae perpetuo cunctos abſorbet hiatu.* Anthol. Lat. L. IV. 63. p. 45. — ¶. 507.] V. 5. ἀλάωσεν. Vat. Cod. et edd. nec mutanda lectio. Verbum pendet a τύμβος, et accurate ſibi reſpondent verba: σὲ μὲν ἥρπασε τύμβος ἀπ' ἠελιώτιδος αἴγλης et τύμβος σὸν πόσιν γ. τε ἀλάωσεν ἀλόχους. Mors et te ſolis lumine privavit, et conjugem tuum patremque luctu obcoecavit, quandoquidem tu illis pro face eras.

LVIII. Vat. Cod. p. 302. Plan. p. 259. St. 374. W. Colloquium de juvenis cujusdam immatura morte. Alter interlocutorum illum voluptatibus, alter malis vitae ereptum eſſe demonſtrat. — V. 3. ἀλλά. De puero Ep. Anth. Lat. L. IV. 308. p. 229. *Viciſti priſcos longaeva aetate parentes, Annis parve quidem, ſed gravitate ſenex.* In mentem venit illud poëtae Itali: *Sotto biondi capei canuta mente.* — V. 3. ἀπεστυφάλιξε. Ed. pr. Flor.

LIX. Vat. Cod. p. 218. Plan. p. 271. St. 391. W. De Archilochi ad inferos deſcenſu, ad Cerberum. V. 1. 2. *Suidas* laudat in δειμαλέος T. I. p. 530. Errabat *Toupius* in Epiſt. crit. p. 125. cum de Diogene mortuo

agi putaret. — V. 3. θυμὸν ἰάμβων δεινόν. Jambis tribuitur, quod poëtae fuit, quem *proprio rabies armavit iambo. Horat.* ad Piſon. 79. — πικροχόλου. *Gaetulic.* Ep. VI. in tumulum Archilochi, ὃς ποτε πικρὴν Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ. — V. 5. Noſti, quantum ipſius vox valeat, quae etiam Lycambis filias ad inferos coëgit deſcendere. — „διασάς. Vulgo. τρισσάς Cod. „Laſcaris, quod ideo recepi, quia in antiquioris poëtae „carmine, quod Gaetulici eſt, ſupra p. 167. trium „Lycambis filiarum mentio.“ *Br.* At in talibus ſaepenumero discrepant ſcriptores (vide *Bayle* Dict. v. *Archilochus*, not. D.); nec *Gaetulicum* expreſſit Noſter, ſed alium quendam, cujus Epigramma periit.

LX. Vat. Cod. p. 218. Planud. l. c. Archilocho inferna regna accedente, Cerberum poëta hortatur, ut curatius quam antea Orci portas obſervet, ne umbrae Archilochicorum carminum timore ad fugam compellantur. — V. 1. τὸ πάρος θε, diviſim, vulgo et ap. *Suidam*, qui hoc diſtichon laudat in βέρεθρον T. I. p. 430. — τρισσέ. triceps Cerbere. — V. 3. 4. *Suidas* in ἀλισκάζειν T. I. p. 128. et in Λυκαμβιάδες T. II. p. 467. Utroque loco φθέγμα exhibetur, ut eſt in Plan. In Vat. Cod. φλέγμα, ſed ſuperſcriptum γρ. θεγμα. Eadem eſt diverſitas in *Erycii Cyzic.* Ep. XI. 4. ubi Parthenius, Homeri cenſor, Πιερίδεσσιν ἐνήμασε μύρια κεῖνα φλέγματα. — V. 3. ἔλιπον. quaedam edd. vett. et ἁλισκάζουσιν.

LXI. Vat. Cod. p. 213. Planud. p. 277. St. 401. W. Cum hoc diſticho in edit. Flor. conjungitur aliud, quod in Planudea proximo loco legitur (inter ἀδέσπ. DXXVII.); unde *Schneiderus* in Peric. crit. p. 122. totum carmen ſic conſtituendum exiſtimat:

Πολλάκι μὲν τόδ' ἄειρα, καὶ ἐκ τύμβου δὲ βοήσω·
πίνετε, πρὶν ταύτην ἀμφιβάλησθε κόνιν·
ἀλλὰ πιὼν τέθνηκας, Ἀνακρέον. — ἀλλὰ τρυφήσας,
καὶ σὺ δέ, μὴ πίνων ἴξεαι εἰς Ἀΐδην.

Huic ſententiae non ſolum hoc patrocinatur, quod ſic ſenſus efficitur longe argutior, verum etiam hoc, quod alterum diſtichon *Juliano* diſerte tribuitur in Vat. membr. Εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ. Vel ſic tamen membranarum auctoritatem ſequendam et duo haec diſticha ſeparatim a *Juliano* ſcripta eſſe exiſtimo. Huic enim poëtae argutas lectiones et acumina ex conjectura tribuentes, vereri debemus, ne ei affingamus, quod ipſe non agnoverit.

¶. 508.] *LXII.* Vat. Cod. p. 301. „Planudeae re„giorum codd. optimus, ut Vatic. membrana, epigra„ma hoc Juliano adſcribit. Non omnia vulgatae Antho„logiae vitia Planudi ſunt tribuenda; multorum culpa „liberandus eſt, quae in librariorum ſocordia haeret, „quod ſaepe animadverti ex comparatione antiqui illius „codicis cum Vat. membranis.“ *Br.* In Planud. p. 281. St. 407. W. ἄδηλον eſt. Scriptum eſt in Theodorum quendam, cum quo *Julianus* omnem veterum poëtarum multitudinem interiiſſe ait; quae *Brodaeus* de Theodoro interpretatur poëta, quem cum alia heroïca, tum carmen de Cleopatra ſcripſiſſe tradit *Suidas* in Θεόδωρος T. II. p. 176. Quod ſi verum eſt, *Julianus* Theodorum omnes veterum poëtarum virtutes carminibus ſuis expreſſiſſe et quaſi comprehendiſſe ait, ita ut illi, dum viveret, revixiſſe, et ſimul cum eodem periiſſe viderentur. Alius fuit Theodorus, admodum illuſtris, Tragoediarum actor, quem Aëropes (ſive Meropes, vide *Valcken.* Diatr. p. 182. A.) partes agentem crudeliſſimo tyranno lacrymas elicuiſſe tradit *Aelianus* V. H. XIV. 40. ubi vide *Perizon.* quemque inter clariſſimos hujus generis homines recenſet *Plutarch.* T. II. p. 348. E. Cf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. II. p. 324. ed. *Harl.* Sed *Julianum* ſuae aetatis ſcriptorem celebraſſe veriſimile eſt. Eum Grammaticum fuiſſe, ex ſeq. Epigr. ſuſpicari licet. — V. 3. πᾶσα γὰρ ἐμὴν. Vulgo. π. γὰρ ἔκτην. Hîc ut *Brunckius*

optime dedit ἀμπνείοντι, ſic γέρ, quod praecedentis enuntiationis cauſam reddit, temere ab eo mutatum eſſe puto. — V. 4. πάντα. Quaſi, illis cum Theodoro ſepultis, nihil jam ſuperſit, quod in cenſum venire mereatur.

LXIII. Vat. Cod. p. 301. Plan. p. 282. St. 408. W. Ἰουλιανοῦ. In eundem Theodorum. — V. 1. μνῆμα. non tumulus tibi exſtructus, ſed libri, quos edidiſti, pro monimento tuo habendi ſunt. οὐδ' ἐπὶ τ. Vulgo. — V. 2. ἐπὶ β. Vat. Cod. quod ſuavius ad aures accidit. — V. 3. αἰεὶν. Theodorus libris ſuis veterum poëtarum memoriam ab oblivione vindicaverat. μόχθος opera eorum ſignificare debet. *Huetius* p. 28. hinc colligebat, Theodorum veteres poëtas carmine celebraſſe. Eadem tamen de eo praedicare potuit noſter, ſi veterum vitas enarravit et opera recenſuit. Ex plurimis Theodoris nullus eſt, ad quem haec apte referri poſſint. — V. 4. νοερῶν Vat. Cod. et edd. Cauſam mutationis, quae quidem ſat gravis ſit, non reperio.

LXIV. Vat. Cod. p. 295. ſq. Planud. p. 285 a. St. 412. W. in Craterum ſophiſtam, cujus cathedra Ep. XXXVII. commemoratur. Ex hoc carmine eum immatura morte periiſſe intelligitur. — V. 2. ἄξιον. priſcorum illorum temporum heroibus virtute comparandus. Similiter fere *Antip. Theſſ.* Ep. XXIV. στίχον αἴνεσον Ἀντιμάχοιο, Ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων. — V. 3. ἀνιγροῖς ἀντιπάλοις. peſſimis adverſariis. ἀνιγρὸς ὁ φαῦλος λέγεται, καὶ ἀνιγρὸν τὸ ἀνιαρόν. *Suidas*, ubi vid. *Kuſterus*. — γόῳ inſolenter de morte ipſa, cum proprie luctum de mortuis ſignificet. An μόρῳ ſcribendum? — V. 4. δάκρυα. Vat. Cod. — V. 6. κόσμον ἄκοσμον. mundum mundo ſuo (ornamento) privare voluit.

LXV. Vat. Cod. p. 296. Planud. p. 285 a. St. 413. W. Ejusdem Crateri eloquentiam et apud omnes

admirationem celebrans, illo defuncto, ait, omnes rhetores obmutuisse, cum nemo inveniretur, qui dicentibus aurem praeberet; eloquentiam igitur una cum Cratero interiisse. — V. 1. τί σοι πλέον. Quid tibi nunc prodest, quod eloquentiae tuae aemulis et dicendi et tacendi causa fuisti? — V. 3. Te vivente omnes loquebantur. — Nova laudandi ratio, cujus vim non penitus perspicio. Magnorum oratorum eloquentia, tantum abest, ut alios ad dicendum excitet, ut iis potius silentium imponere soleat. Acumen igitur in his latere videtur, quod non extrico. — ὑμετέρης. Notandus pluralis numeri usus pro singulari, τῆς σῆς. — ἔδησαν ὅπα. de obmutescentibus. Alio sensu δίδεται στόμα dixit *Lucilius* Ep. XLVIII. 2. — V. 5. τανύσσαι ὦτα λόγοις. arrectas dicentibus aures praebere. Taedet homines reliquorum sophistarum, quos tu dicendo tantopere superabas. — Κρατερῷ. Cratero et eloquentiae idem finis.

¶. 509.] *LXVI.* Vat. Cod. p. 216. *Juliano* vindicat, quod in Planud. p. 283 b. St. 419. W. ἄδηλον est. De Democrito ad Proserpinam, ut ridentem ejus animam benigne recipiat, Cereris memor, cujus vehementem luctum risus leniverit et temperaverit. — V. 1. laudat *Suidas* in ἀμείδητος T. I. p. 138. qui Περσεφόνη legit. — Male vulgo inciditur post Δημοκρίτου, cum εὐμενέως ad δέχνυσο pertineat. — V. 4. ἔκαμψε γέλως. Nota fabula. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* I. 5. 1.

LXVII. Vat. Cod. p. 216. Planud. p. 289. St. 427. W. Vulgo sine auctoris nomine prostat. Paulo vividior foret oratio, si loquentem fecisset Democritum sic forte:

Πλούτων δέξο μ', ἄναξ, Δημόκριτον.

idque ipsum olim reponendum putabam. Nunc languidiorem lectionem *Juliani* ingenio magis convenire existimo. — V. 2. γελάοντα. Vulgo.

LXVIII. Vat. Cod. p. 298. Planud. p. 289. St. 426. W. in Pyrrhonem Scepticum. Ridet philoſophum de omnibus, etiam de morte ſua dubitantem. — V. 1. *κάτθανεν.* Vat. Cod. — *ἐπέχω.* Cf. *Luciani* Vitar. Auct. §. 27. T. III. p. 114. ſq. ed. Bip. — V. 2. *ἐπέχη.* Vat. Cod. — *σκέψιν ἔπαυσε τ.* Nihil hîc dicit poëta, quod Pyrrhonem ejusque in disputando rationem propius tangat. Inter vitam mortemque nihil intereſſe dicebat Pyrrho, cujus de hac re dictum laudat *Stob.* T. CXX. p. 607. *Πύῤῥων ἔλεγεν μηδὲν διαφέρειν ζῆν ἢ τεθνάναι· καί τις ἔφη πρὸς αὐτόν· Τί οὖν οὐ σὺ οὐκ ἀποθνήσκεις; ὁ δέ, ὅτι, εἶπεν, οὐδὲν διαφέρει.*

LXIX. Vat. Cod. p 300. Planud. p. 191. St. 279. W. „Lemma in cod. Vat. *Εἰς Ἰωάννην τὸν γαμβρὸν Εὐφημίας γυ-„ναικὸς Ἰουστίνου.* At falſum eſt. Juſtinus enim ex Eu„phemia conjuge prolem nullam ſuscepit. Joannes au„tem, de quo hîc agitur, Hypatii, imperatoris Anaſtaſii „fratris, fuit nepos et uxorem duxit Praejectam Vigi„lantiae, Juſtiniani Imper. ſororis, filiam, quae Vigi„lantia hîc *ἀνάσσης* nomine deſignatur.“ *Br.* — V. 4. *ἔρεται.* Sententia paſſim ap. veteres occurrit. Similes locos collegit *Rittershuſ.* ad *Oppian.* Halieut. L. II. 640. p. 251.

LXX. Planudem hoc carmen non intellexiſſe apparet inde, quod illud p. 251. St. 364. W. in caput de Naufragis retulit. „Hypatius, Magnae, Anaſtaſii Imp. „ſororis, filius. Vide *Du Cangium* de Famil. Byzant. „p. 87. auctoresque ibi laudatos. In mari non periit, „ut imperite Brodaeus interpretatur; ſed Juſtiniani „juſſu capite multatus eſt, et cadaver in mare pro„jectum. Argutum eſt Epigramma, quo laudatur Hy„patius absque peſſimi imperatoris invidia. In eundem „Hypatium factum eſt etiam ſequens carmen, ex quo „apparet, Juſtinianum, poſtquam ſublato rivali deſerbuit

»ira, cenotaphii honorem manibus conceſſiſſe, quod »factum putida adulatione extollit Julianus. Unius »aſſis non ſunt, quae ſatis prolixe de hoc carmine dis»putavit Reiskius.« *Br.* Brodaeus de *viro conſulari* agi putabat hoc carmine, de Hypatio ne cogitans quidem. Vide de eo *Gibbon Hiſtory of the Decl. and Fall of the R. E.* VII. p. 70. Baſ. Cenotaphium loquitur. — V. 3. Terra ſeſe minus dignam putans, quae tantum virum tegeret, eum oceano potius tradidit.

¶. 510.] *LXXI.* Vat. Cod. p. 300. in cujus margine adſcripta ſunt haec: οὗτος ὁ ταλαίπωρος παρὰ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἀπεσφάγη ἐν περιγκήπῳ. (live περιγείπῳ, quae eſt pars Conſtantinopolis. Vide *Du Cange* Gloſſar. p. 1227.) ἦν δὲ ἀνεψιὸς Ἀναστασίου τοῦ πρώην βασιλεύσαντος. τοῦτον ἔστειλεν ὁ θεῖος μὴ βουλόμενον ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα ἔπαθεν. Deinde: ἐρρίφη δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπὸ προστάξεως Ἰουστινιανοῦ καὶ ταφῆς οὐκ ἔτυχεν. Edidit *Jenſius* nr. 90. *Reisk.* in Anthol. p. 152. nr. 741. Vide *Brunck.* ad praeced. Epigr. Putidam *Juliani* adulationem, quam in eo reprehendit cl. editor, equidem non agnoſco, ſed eum potius ſub laudantis ſpecie Juſtinianum irridere puto, qui cenotaphium exſtruxerit ei, quem prius trucidari et fluctibus committi juſſiſſet. — V. 1. αὐτὸς ἄναξ. Juſtinianus ipſe iraſcebatur fluctibus maris, qui Hypatii cadaver ſubmerſiſſent. πολυφλοίσβοισι. Vat. Cod. Idem v. 2. καλυψάμενος. Utrumque emendavit *Salmaſ.* in Ap. Guyet. — V. 4. Mare Hypatium occultans impedimento fuit, quominus Imperatoris munificentia et benignitas ſeſe exſereret. — V. 5. μέγα δεῖμα. Vat. Cod. quod emendavit *Salmaſius.* Cum *Jenſius* edidiſſet κραδίης σήματι τῷδε, *Leichius* in Praef. ad Carm. Sepulcr. p. XIII. nomen ejus, qui cenotaphium exſtruxiſſet, excidiſſe putabat. Sed μέγα δεῖγμα reponendum eſſe, verbo monuit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 81.

cui, quamvis nullam auctoritatem afferenti, obsecutus est *Reiskius*.

Juliano Vat. Cod. tribuit Ep. ἀδέσπ. DXXVII. Conf. not. ad Ep. LXI.

MENSES AEGYPTIORUM.

Vat. Cod. p. 423. Planud. p. 122. St. 176. W. *Palladio* hos versus tribuit, nescio qua auctoritate, *Salmasius* ad *Solin.* p. 304. A. De Aegyptiorum anno ejusque in menses descriptione consulendus *Scaliger* de Emend. Temp. p. 194. et 236. Nostro carmine in recensendis mensium nominibus usus est *Jo. Baptista Pius* Annot. Poster. Syll. III. 65. (Lamp. crit. T. I. p. 472.) — V. 2. φαωθί. Vulgo. φαωφί. Vat. Cod. et sic emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. — V. 3. φαίνουσαν. In marg. Wech. γρ. καὶ δύνουσαν. — V. 5. Τυβί. Respondet Romanorum Januario. Schol. edit. Wech. Ἐν γὰρ τῷ Ἰανουαρίῳ τοὺς ὑπάτους οἱ Ῥωμαῖοι καθίστασαν. — V. 6. omittit Vat. Cod. — V. 7. Ἄρεως. Vat. Cod. — V. 9. δεσπάνῃσι φυλάττει. Vat. Cod. In marg. Wech. γρ. χαράσσει. — V. 11. Ἐπηφί. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 12. φυσίζωον. Vat. Cod.

MARIANI SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 511.] *I.* Planud. p. 330. St. 469. W. In simulacrum Amoris coelestis, pro arcu reliquoque apparatu, quo vulgo instructus incedit, tres coronas manu, unam in capite gerentis. Amorem quatuor coronis ornatum

commemorat auctor Ep. ἀδεσπ. CCLIII. binas idem gerit in gemma exhibita a *Begero* in Theſauro Brandenb. p. 39. ubi noſtrum carmen excitatur. Amorem armis et alis carentem ſibi fingit *Themiſtius* Orat. XXII. p. 281. C. cujus verba adſcribam, ut a vitio liberem: τὸ δὲ παιδίον ἐκεῖνο τὸ σεμνότερον τῆς ἡλικίας, ὃ τὰ χρύσεα φέρει ὄπισθε ταῖν χεροῖν, Ἔρως φιλίας ἐστὶν ὑπουργός. οὐκ ἔχει δὲ οὐδὲ πτερὰ οὐδὲ βέλη. οὔτε γὰρ πέτεσθαι βούλεται, καὶ ἀναίμακτον αὐτοῦ τὸ ἔργον. ἀλλ' οἵους ἂν καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ οὕτως ἁρμόζοντας (f. καὶ εὖ προσαρμόζοντας), τούτους συγκολλᾷ καὶ συνδεῖ. — V. 5. Dicta ſunt haec de Amore οὐρανίῳ ad mentem Pauſaniae ap. *Platonem* in Conviv. p. 180. ſq. T. X. p. 182. ſqq. ed. Bip. — V. 9. Pro πισύρων Schedae Krohn. τεσσάρων ex gloſſa. — Quatuor ſunt virtutes, quas cardinales vocant, inter quas ſapientia primum locum tenet. Hujus coronam in capite gerit Amor.

II. Vat. Cod. p. 469. ſq. Planud. p. 374. St. 513. W. In ſuburbium Amaſeae, propter inſignem amoenitatem Ἔρωτος nomine ornatum. Eodem nomine appellati cubiculi mentionem facit *Conſtantin. Porphyr.* in Ceremon. p. 118. A. quod lavacrum fuiſſe ſuſpicatur *Reiskius* p. 81. Color deſcriptionis in noſtro carmine ductus ex *Theocriti* Ep. IV. 5. ſqq. — V. 3. ἐρεύνης. Vat. Cod. — V. 4. πελύν. Vat. Cod. — ἰοστεφάνων καλύκων, roſae eſſe videntur violis cinctae, ut Ep. III. 6. ὑγρὸν ἴον ῥοδέᾳ κιρνάμενον κάλυκι. κάλυξ enim cum florum folliculum in univerſum, tum roſas per excellentiam ſignificat. — V. 5. Ex triplici ordine fiſtularum aqua proſiliebat. μαστός. Pars tubuli ſive fiſtulae fuiſſe videtur, ex qua aqua exprimebatur. Latini eandem ob ſimilitudinem *papillam* vocant, ſive *mamillam*; utrumque enim legitur ap. *Varron.* de R. R. L. III. 14. 2. *ſi adduxeris fiſtulam, et in illam papillas impoſueris tenues, quae eructent aquam.* — ἅλσος ἐπ' ἄλλῳ. Vat. Cod. — V. 6. Ναϊάδος. Ibid. —

¶. 512.] V. 7. Erat illud ſuburbium haud procul a loco nemoroſo, quem Iris alluebat. *Etymol. M.* Ἅλυς. ποταμὸς Παφλαγονίας κατὰ Οἰνάπην. Ἶριν δὲ αὐτὸν λέγει Καλλίμαχος. Irin ab Haly diſtinguit *Apollon. Rhod.* L. II. 366. ἀκτῇ ἐπὶ προβλῆτι βοὴ Ἅλυος ποταμοῖο Δεινὸν ἐρεύγοντα· μετὰ τὸν δ' ἀγχίβροος Ἶρις Μειδιόωσα λευκῇσιν ἐλίσσεται εἰς ἅλα δίναις. In γέρων haerebat *Joſ. Scaliger*, qui in not. mſc. ῥέων tentavit, quod codd. lectioni minime anteferendum. — δενδρήεντι. Vat. Cod. — V. 8. ἀβρόκομον. Vat. Cod. αὐροκόμων invenit Aldus in Cod. quodam. — V. 9. Verba ſic jungenda: ἀνὰ ὀργάδα εὐβοτέων ἐρισταφύλων θειλοπέδων θάλλει πάντοθι καρπὸς λιπαρῆς ἐλαίης. — θηλοπέδων. edd. ante Stephan. Vide ad *Ariſtonis* Ep. III. T. II. P. II. p. 261. — Pro πάντοσε, quod ex Vat. Cod. receptum eſt, vulgo πάντοθι. — V. 11. ὃς δέ, pro οὗτος δέ, non valde elegans. Debebat eſſe ὁ δὲ τέττιξ, quod idem valet ac οἱ δὲ τέττιγες. *Scaliger* tentavit in not. mſc. ὡς δέ — quod non magis ſatisfacit. — ἀντῳδόν. Cicadae obſtrepunt luſciniis. — V. 13. τὸν ἀκλήιστον δόμον. lucum appellat, quem quisque accedere poteſt. — λιτῆς ἀντίσσον ξενίης. parvum munus, quale hoſpitibus porrigi ſolet, a me accipias; aliquid de fructibus, puta, quos hortus ferebat. Neſcio, quid *Brodaeo* in mentem venerit, ut verteret: *has meas preces audi.* Nec *Grotius* ſatis accurate:

noli transire, viator,
Non quaeſita nimis prandia ſi quis amas.

III. Vat. Cod. p. 470. Planud. p. 374. St. 514. W. Idem locus deſcribitur. — V. 1. Haec ſimilia ſunt verbis in Ep. ἀδέσπ. nuper edito a cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 232. τᾷδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες, ὁδῖται, Γυῖα παρ' Ἑρμείᾳ σμικρὸν ὁδοῦ φύλακι. cum quibus conf. Ep. ἀδέσπ. CCLX. T. III. p. 203. et *Anytes* Ep. VI. — V. 2. πολυπλανέως. Ald. 1. 3. et Aſcenſ. — V. 3. Junge:

ὅπου

ὅπου ὕδωρ αὐτόῤῥυτον καλῶς προέρει ἐκ πολυκρούνων στομάτων ἐς μέσον χῶρον πλατάνων. Aquae ſalientis fiſtulas platanis circumdatas fuiſſe hinc apparet. — V. 5. ποικιλίης. florentis, ſplendentibus floribus ornatae. In voce ποικίλος enim ſaepe, nulla coloris ratione habita, ad ſplendorem tantum et varietatem reſpicitur. *Virgil.* Georg. IV. 54. *Apes — ſaltus ſylvasque peragrant, Purpureosque metunt flores.* Eleg. in obit. Maec. v. 62. *purpurea candidiora nive.* Huc faciunt etiam *purpurei olores* ap. *Horatium* IV. Carm. I. 10. — V. 6. πεινάμενον. Vat. Cod. — V. 7. ἔρεψεν. Vat. Cod. — Hederae coma humida prata ornat. κισσὸς εὐχαίτης. πλόκαμοι κισσοῦ dixit *Anacr.* VI. 5. quod recte interpretatur *Fiſcherus* p. 31. — V. 9. λασίην ἔχθην. arboribus et fruticibus conſitam. Vide ad *Erycii* Ep. III. T. II. P. II. p. 354. — V. 10. ὑποξύων. *Dionyſ.* in Periegeſi v. 61. ἢ ὄρεων ἢ πέζαν ὑποξύουσα πολήων. *Callimach.* Ep. VI. ὑποτρώγων ἦσυχος ποταμός. *Silius Ital.* IV. 350. *Liris — perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.* quae expreſſa videntur ex *Horatii* I. Carm. XXXI. 8. *rura, quae Liris quieta Mordet aqua, taciturnus amnis.* ubi inter plura ſimilia nec noſtrum locum omiſit *Mitſcherlich.*

IV. Vat. Cod. p. 463. Planud. p. 354. St. 493. W. Balnei cujusdam laudatur amoenitas, cujus cauſam poëta ab Amore repetit, qui Venerem in eo laverit ipſasque aquas face accenderit. Comparandum Ep. Anth. Lat. T. I. p. 476. XXVIII. de Bajis: *Ante bonam Venerem gelidae per litora Bajae; Illa natare lacus cum lampade juſſit Amorem. Dum natat, algentes cecidit ſcintilla per undas. Hinc vapor uſſit aquas; quicunque natavit, amavit.* Apud *Longum* L. II. p. 35. ed. *Moll.* Amor, ταῖς πηγαῖς, inquit, ταύταις λούσομαι· διὰ τοῦτο καλὰ καὶ τὰ ἔνδη καὶ τὰ φυτά, τοῖς ἐμοῖς φυτοῖς ἀρδόμενα. — V. 3. Suavis odor, quem aqua ſpirat, huic balneo ab eo inde tempore proprius eſt, quo Veneris fudor ſe cum aqua

miſcuit. *Plinius* H. N. XXXI. 3. 22. *Unus in toto orbe traditur fons aquae jucundae olentis in Meſopotamia, Chabura. Fabulae rationem afferunt, quoniam eo Juno perfuſa ſit.* Eandem fabulam commemorat *Aelian.* H. A. XII. 30. p. 697. ed. *Gron.* Haud abſimile, quod *Marianus* tradidit de fluvio Paphlagoniae Παρθένιος vocato, quem καλὸν εἶναι λέγος, ὅτι λουτρὸν Ἀρτέμιδι γένοιτο (f. ἐγένετο). — ¶. 513.] V. 4. πνοιῆς ἕας, de odore ſuaviſſimo. Cf. ad *Julian. Aegypt.* Ep. LI. 2. Sic hoc malim interpretari ex uſu dicendi poëtico, quam *vim odoris* (ἕης. ἰαχή. *Heſych.* cujus interpretationis originem recte indicavit *Alberti*) cum *Wakefieldio* in Sylv. crit. T. II. p. 112.

V. Vat. Cod. p. 463. Planud. p. 354. St. 494. W. Earundem thermarum originem alia ratione interpretatur. Nymphas fingit, quum forte Amorem juxta fontem in platanorum umbra dormientem inveniſſent, ejusque facem extinguere conarentur, ipſam aquam incendiſſe. — V. 1. τάχ' ὑπὸ τ. π. ἁ. πεπεδημένος ὕπνῳ. Vulgo. Hoc ex Vat. Cod. emendatum eſt, in quo tamen vulgari errore τετυμμένος legitur. Inſolentius dictum τετρυμένος ὕπνῳ pro laſſitudine confectus et in ſomnum delapſus. Nec hoc verbum cum ἁπαλῷ bene coire videtur. In talibus non ſatis diligentes fuerunt ſequioris aevi poëtae, quos orationis variandae et a recepto uſu abducendae ſtudium ſaepe in errores induxit. Hoc quidem loco *Marianus*, ſi meliores poëtas ſequi, quam nova fingere maluiſſet, ſcribere poterat:

ἁπαλῷ δεδεμένος ὕπνῳ.

ut eſt in Iliad. Κ. 2. εὗδον πανύχιοι, μαλακῷ δεδεμένοι ὕπνῳ. — V. 3. τοῦτο recte ſervatum eſt ex Planud. In Vat. Cod. τοῦτο, idque probabat *Salmaſ.* in not. mſc. — V. 6. Ἐρωτίδες. Ald. I. 2. 3. Ἐρωτιάδες poëta Nymphas vocat ob nomen Ἔρως, thermis illis tributum. — λουτρὸν χεῦσιν. Vat. Cod. — ὡς ἂν ἔφλεξε. Sched. Krohn.

MUSARUM INVENTA.

Vat. Cod. p. 443. Planud. p. 94. St. 138. W. cum lemmate: Ὅσαι Μοῦσαι καὶ εἶαι. Cf. Fulv. Urſin. in Famil. Rom. p. 213. ſqq. — V. 4. εἶρε ex Vat. Cod. receptum eſt (idque ſua ſponte invenit *Joſ. Scalig.* in not. mſc.) pro vulgato ἧρε. quod ortum ex πῆρε, ut in marg. membr. Vat. legitur. Hoc potiſſimum probabat *Salmaſ.* in not. ined. — V. 7. Poſt hunc verſum vulgo et in membr. Vat. legitur alius, in eandem Muſam:

Ἀρμονίην πάσῃσι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς.

quem compoſuit aliquis, qui Polyhymniam muſices potius quam ſaltationis praeſidem eſſe putabat. At in muneribus Muſis tribuendis minime inter ſe conveniunt veteres. Cf. *Heynium* in Opuſc. Acad. T. II. p. 309. — V. 9. τε omittit Vat. Cod. — Latina carmina duo, noſtro ſimilia, vide in Anth. Lat. L. I. nr. LXXIII. LXXIV. p. 50. ſq.

THEAETETI SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 514.] *I.* Vat. Cod. p. 145. Planud. p. 413. St. 549. W. Baeton piſcator, ſenio confectus, artis piſcatoriae inſtrumenta diis marinis dedicat. Ejusdem argumenti Epigrammata laudavi ad *Leonid. Tarent.* Ep. XXV. T. I. P. II. p. 86. *Philipp.* Ep. XXII. T. II. P. II. p. 165. — V. 1. λίνον πολυωπὸν καὶ εὔθηρον. alterum variavit: ἐπ' εὐθήρου ἄγρης, quae verba cum πόρε jungenda ſunt. πολυωπὸν (πολυωπὲς Vat. Cod.) epitheton ornans retis, propter maculas. — V. 3. πιστῶν. Vat. Cod. — V. 4.

„κρούματι. Vulgo. κρούσματι in Vat. Cod. ſcriptum eſſe „jam notaverat *Dorvill.* in *Charit.* p. 179.“ *Br.* κρούματι habet *Suidas*, qui h. v. laudat in ἀντιπνοῆσαι T. I. p. 230. — V. 5 laudat *Suidas* in Ἔχενηΐς T. I. p. 927. Anchora ἐχενηΐς, quae navem retinet; *remoram* appelles nomine piſciculi, quem, quia navium curſum morari putabatur, ἐχενηΐς vocabant. *Plin.* H. N. IX. 25. XXXII. 1. — δεσμῶν. Vat. — Durius dicta anchora δεσμὸς κέλλης, vinculum navis, ne tempeſtatibus abripiatur, impediens. — V. 7. „Melius ſcripſiſſet θαλασσοπόρος ὄντο B. quam „θαλασσοπόρος πόρε.“ *Br.* — V. 8. laudat *Suidas* in βριθομένη T. I. p. 456. Hoc ſumtum a *Philippo* l. c. ἔντρομος ἤδη Δεξιτερήν, πολλοῖς ἀχθόμενος καμάτοις.

II. Cod. Vat. p. 492. Planud. p. 77. St. 113. W. ubi multa hujus argumenti Epigrammata leguntur. Cum noſtro inprimis comparandum Ep. *Agathiae* LVII. In his carminibus ipſe Priapus, vere ineunte, nautas hortatur, ut, ſacris ipſi factis, navigationem inſtituant. Hunc igitur deum etiam noſtro carmine loqui exiſtimo, licet v. 11. de eo, ut de tertio quodam, agatur. Parum tamen intereſt, utrum haec omnia ex poëtae, an ex Priapi perſona dicta accipias. — V. 1. Ager, poëta ait, vernis Zephyris emollitus, ſegetem *parturit*, cujus prima folia ex purpureis folliculis, erumpunt. ἐπὶ κύκλοισι λοχείαις. In his ἐπὶ cauſam indicat; quaſi dixiſſet: ἐπ' ἐλπίδι κύκλων λοχείων i. e. καρπῶν; ſeges, fruges aliquando prolatura. — Pro καλύκων Vat. Cod. κυλίκων habet. — V. 3. ἰσοζυγέων ſi nihil aliud ſignificat quam *aequales*, *ejusdem altitudinis*, elumbe eſt epitheton. Sed ad ramorum ſibi oppoſitorum ordines videtur reſpici. — V. 4. μουσ. Haec ducta videntur ex *Theocrito* Eid. XVI. 94. τεττὶξ δ' ἀκπονέοντο ποτὶ σπόρον, ἄνίκα τέττιξ ποιμένας ἀνδίους πεφυλαγμένος ἔνδοθι δένδρων Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν. μουσεμανὴς autem cicada, quae ingenti Muſarum percuſ-

ſa amore indeſinenter canit. — V. 5. γεῖσσα. Vulgo, Modo uno, modo dupliei σ ſcribitur. Vocem illuſtrarunt *Valcken.* ad Phoeniſſ. 1165. p. 401. et *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 65. — V. 6. Pullos hirundo nutrit in luteo nido, χελιδὼν — καρφίτην πηλοδομεῖ θάλαμον. *M. Argentar.* Ep. XXIV. κάρφεσι κολλητὸν πηξαμένη θάλαμον. *Agath. Schol.* Ep. LVII. — V. 6. ὑπνώει θάλασσα. Simili, ſed felici audacia *Alcman* ap. *Apollon. Soph.* v. Κνώδαλον: Εὕδουσι δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες, πρῶνές τε καὶ χαράδραι. — γαλήνης πεπταμένης. *Oppian.* Hal. I. 781. γαληναίης δὲ ταθείσης. *Homer.* Od. ζ. 45. αἴθρη πέπταται ἀνέφελος. quae *Bergler.* comparavit ad *Alciphron.* I. 1. p. 3. — πεπταμένη. Ed. Flor. et Ald. pr. — V. 9. nec contra navium puppes arietat mare. πρυμναίοισι κορύμβοις. *Heſych.* κόρυμβα. τὰ ὑπ' ἐνίων ἄφλαστα, τὰ ἀκροστόλια, τὰ ἄκρα τῶν πρυμνῶν. τὰ ἐπεξυσμένα πρὸς κόσμον τῶν νεῶν ἄκρα, καὶ ἐπικεκαμμένα, ἃ ἐστι κατὰ τὴν πρύμναν καὶ κατὰ τὴν πρῷραν. — ¶. 515.] V. 11. παντομέδοντι. Vat. Cod. — V. 12. τευθίς. Latinorum *loligo.* Vide de eo *Ariſtotel.* Hiſt. An. IV. 1, V. 18. *Schneiderum* in Hiſt. nat. Sepiarum p. 114. et ad *Aeliani* H. A. IX. 52. p. 304. — De τρίγλῃ vide ad *Apollonidae* Ep. VII. T. II. P. I. p. 356. — ἴτυς de rotunda hujus piſcis forma accipiendum. Vide ad *Julian. Aegypt.* Ep. VI. 2. — V. 13. σκάρον αὐδήεντα. *Oppian.* Hal. I. 134. Καὶ σκάρον, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις φθέγγεται ἱμαλέην λαλαγήν. — παρὰ vulgo. παραὶ Planud. Codd. Cf. *Agathiam* Ep. LVII. μοῦνον ἐνορμίταο παραὶ βαμοῖσι Πριήπου Ἢ σκάρον ἢ βᾶκας φλέξον ἐρευθομένους. — V. 14. ἄτρεμος. Vat. Cod.

III. Planud. p. 337. St. 476. W. In Panis ſtatuam, poſt Perſas devictos a Miltiade poſitam. Vide not. ad *Simonid.* Ep. XXVIII. T. I. P. I. p. 219. — V. 2. μαλοφύλαξ. cuſtos ovium, h. l. cum λυγίλας conjunctum, cuſtos ſimpliciter. — V. 3. ὁ πολύσπορος eo ſenſu intel-

„ligi poteſt, quo exponunt Lexica; vel *multorum ſemi-*
„*nibus concretus:* quippe cujus mater Penelope ab
„omnibus procis compreſſa fuerat.“ *Br.* — V. 3. μετα-
νάστας. Vulgo is eſt, qui, patria relicta, in peregrina terra degit, nihil diverſus a μέτοικος, (vide *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 110. ſq.) hoc loco autem latiori ſignificatione is eſt, qui ad auxilium ferendum accurrit, βοηθός, σύμμαχος. *Heſychius:* Μετανάστης. μέτοικοι. φυγάδες. σύμμαχοι. Pan autem tum temporis nondum colebatur Athenis. *Herodot.* VI. 105. 106. Itaque Miltiades ei ſtatuam poſuit ξεινικὰ ἀκλήτου συμμαχίης, *gratiam ei pro auxilio altro lato referens*, hoc donum ei tanquam hoſpiti tribuens. — V. 7. ἄλλοις. Haec Minervam ſpectant, quae, quamvis in ipſa Athenarum arce culta, Athenienſibus tamen in illo bello praeſens auxilium non tulit. Ipſi Pani poſt pugnam Marathoniam antrum ſub arce dedicatum eſt. — μαραθωνομάχαις. Ducta vox ex *Ariſtoph.* Nub. 982. et Acharn. 180. His campus Marathonius quaſi ſacer putabatur, utpote ibi ſepultis, id quod illis propter ſingularem virtutem tributum eſt. Vid. *Thucyd.* II. 34.

IV. Planud. p. 334. St. 473. W. In Nemeſios ſimulacrum ex marmore a Perſis advecto ſculptum. Vide ad *Parmenion.* Ep. VI. T. II. p. 113. — V. 1. χιονέην. Ad colorem marmoris Parii refer, unde haec Nemeſis facta. *Pauſan.* L. I. 33. p. 81. Sic *niveos lapillos* dixit *Horat.* I. Serm. II. 80. Fruſtra igitur ad hoc vocabulum offendiſſe videtur *Scaliger*, qui in not. mſc. χονίην (*in litore inventam*) tentavit. — παλινοίξεας περιωπῆς. Lapicidinae circumſcriptio, quatenus ſaxa in monte ſeſe ipſa reſtaurant. — V. 3. ὅπως. ut tropaeum inde facerent, in victoriae, quam ſe ab Athenienſibus reportaturos eſſe ſperabant, memoriam. καμμονίην. τὴν ἐκ καταμονῆς νίκην. *Schol. Homeri* Il. ψ. 661. Cf. *Interpp. Heſychii*

v. *Plutarch.* de Aud. Poët. c. 5. καμμονίην δὲ νίκην Αἰολεῖς (καλοῦσιν) τὴν ἐξ ἐπιμονῆς καὶ καρτερίας. Hoc loco de victoria ſimpliciter accipiendum. — V. 5. Μαραθών. pugna Marathonia, Perſis adverſa. ἀντέστυπε. Tumidum vocabulum de bellatoribus hoſti fortiter obnitentibus. — V. 9. ἀντιταλαντεύω. Levibus hominum nimia ſperantium conſiliis Nemeſis infeſta, ſuam illis vim et robur opponit. — Νίκη. Athenienſium victoriam, Perſarum cladem et ultionem ſignifico. Marmor, unde haec Nemeſis facta, victoria partum eſſe indicaturus Phidias, deae capiti coronam impoſuerat, Victoriae ſigillis exornatam. Vide *Pauſan.* l. c.

¶. 516.] *V.* Vat. Cod. p. 468. Planud. p. 360. St. 500. W. In idem Praetorium, Juſtino regnante, Domnini cura refectum, legitur Ep. *Pauli Silent.* LXV. Juſtitia ſibi gratulatur, quod filium invenerit Domninum, qui ipſi ſenectute confectae opitularetur, et ſplendoris a matre accepti memor, gratiam ei referret. Praetorium CPolitanum ao. XII. imperii Arcadii incendio abſumtum, plebe, cum annonae inopia laboraret, ignem ſubjiciente. Vide Chronic. Alex. p. 717. Poſt Domnini reſtaurationem bis conflagravit. *Du Cange* CPolis Chriſt. L. II. p. 152. ſq.

VI. Planud. p. 291. St. 430. W. Ad Salvium Julianum, qui Hadriano imperante edictum perpetuum condidit, hoc diſtichon retulit *Brodaeus* et alii, quos propterea notat *Menagius* in Amoen. Iur. Civ. c. XXIV. p. 131. qui cum *Pithoeo* in capite Epitomes Novellarum, et *Fabroto* in Not. prioribus ad Theophilum, Julianum Patricium, Anteceſſorem CPolitanum, ſignificari ſuſpicatur. Conf. de hoc viro *Guil. Grotium* in Vit. Jure Conſ. II. 6. p. 122. — V. 2. Ῥώμη. Julianum illum Conſtantinopoli Profeſſorem Juris fuiſſe conſtat; eodem autem munere eum Romae eſſe functum, nemo

tradidit. Jam cum hoc loco Roma cum Beroa commoretur, haeret *Menagius*, qui tum non meminerat, etiam Conſtantinopolin modo Ῥώμην, modo νέην Ῥώμην vocari. — Βερόη in Βηρυτὸς fruſtra mutandum cenſebat *Bertrandus* de Jurisper. I. 1. p. 30. cum Beroë et Berytus diverſa ſint ejusdem urbis nomina.

HYMNUS IN BACCHUM.

¶. 517.] Vat. Cod. p. 446. Planud. p. 58. St. 82. W. et in *Eudociae* Violar. p. 123. — V. 1. in calce carminis repetitur in Vat. Cod. — εἰραφιώτην. Ductum ex *Orphei* Hymn. XLVII. 2. εἰραφιώτην Μηρῷ ἐγκατέραψας. Varia Bacchi epitheta illuſtrans *Eudocia* p. 121. εἰραφιώτην, παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός, ἢ ἀπὸ τοῦ ἔρια φαίνειν καὶ ἀφιέναι. Cf. *Interpp. Heſychii* v. p. 1112. — V. 1. ἄγροικον. qui in agris habitat. — V. 4. γιγαντολέτην. *Horat.* II. Carm. XIX. 21. *Tu, quum parentis regna per arduum Cohors gigantum ſcanderet impia, Rhoetum retorſiſti leonis Unguibus horribilique mala.* — γελοιοτέρα. *choreis aptior et jocis Ludoque dictus.* Ibid. v. 25. ἐγερσίγελως. *Paul. Silent.* Ep. XL. — V. 5. δίγονον. διμάτωρ ap. *Orpheum* Hymn. XLIX. 1. — διθυραμβογενής. Ridiculam hujus vocabuli explicationem dedit *Suidas*: Διθύραμβος. ὁ Διόνυσος. παρὰ τὰ δύο θύρας βῆναι, τήν τε τῆς μητρὸς Σεμέλης, καὶ τῶν μηρῶν τοῦ Διός. Alia non minus inepta vide ap. *Eudociam* p. 121. Satius erat, originem hujus vocabuli incertam fateri. — V. 6. εὐχαίτην. Intonſi Bacchi crines notiſſimi; ſed magis etiam recondita ſignificatio huic vocabulo ſubeſt, quam illuſtrat *Wernsdorf.* ad haec *Himerii* Or. XXI. 8. p. 742. Τιμῶμεν νῦν αὐτὸν μὲν ὡς ἥλιον, ὅταν ἐξ ὠκεανοῦ λουσάμενος ὑπὲρ γῆς ἱππεύῃ πυρσῷ κατάκαμος λάμποντι· νῦν δὲ ὡς εὐχαίτην

Διόνυσον, ὅταν κοιμίσας τὴν φλόγα χοροῖς ἐναθύρῃ καὶ μέλεσι. — ἐγερσίκωμον. Vat. Cod. quod in marg. corrigitur. — V. 7. ζηλαῖον. Ex hoc loco *invidum* interpretantur, quod quomodo in Bacchum cadat, non video. Quum ζῆλος omnem fervidiorem animi affectum significet, ζηλαῖον eum esse puto, qui, quodcunque animo destinaverit, magno cum ardore exsequitur. — V. 8. ἡτεροκλῆα. qui mortales decipit, sive propter varias, quas induit, formas, sive propter muneris suavitatem, qua se in hominum pectora leniter insinuat. — V. 9. Θυρσοφόρον, θρήϊκα. Vat. Cod. — θυμολέοντα. ob fortitudinem in bello contra Gigantas praestitam. — V. 10. ἐριαφιώτην. Vulgo et ap. Eud. contra literarum ordinem. — V. 13. μαινόλιον. *Clemens Alex.* Protrept. p. 11. Διόνυσον μαινόλην ἀργιάζουσι Βάκχοι. Plura de hoc vocabulo collegit *Arnaldus* in Animadv. p. 261. — μεθυδώτην omnes edd. vett. ante Stephan. ubi μεθυδότην. — V. 14. Νυκτέλιον. Aram Bacchi Nyctelii commemorat *Pausan.* I. 40. p. 97. *Ovidius* varia Bacchi epitheta recensens Metam. IV. 11. *Bacchumque vocant, Bromiumque Lyaeumque, Ignigenamque satumque iterum (δίγονον), solumque bimatrem. Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus, Et cum Lenaeo genialis consitor uvae, Nyctelius Eleleusque parens, et Iacchus et Evan.* Cf. Eund. in A. A. I. 567. Propter sacra noctu peragi solita *nocturnus Bacchus* vocatur ap. *Virgil.* Georg. IV. 521. — νεβρόδετα. Vat. Cod. — V. 15. ξυστοβόλον. qui hastas jaculatur. Thyrsum, Bacchantium arma, significat, cujus ἐπ' ἀκροτάτῳ κορύμβῳ Χαλκοβαφὲς πεπάλοισι κατάκτιος ἦεν ἀκωκή. *Nonni* Dionys. XIV. 244. Cf. *Euripid.* Bacch. v. 751. *Salmas.* ad *Solin.* p. 379. — ξενοδώτην. Ita vetus codex. Sed ad oram correctum ξεινοδώτην. *hospitalia dantem munera.* quod non deterius est." *Br.* ξενοδώτης appellatur propter sodalitatem mysteriorum. — V. 18. ἰμερόεσσαν. vim faciens animis, lene tormentum ingeniis adhibens. — ἰμερόεντα. Vat.

Cod. βικκώδης vocatur a saltatione et motibus vehementioribus, quibus Bacchici utuntur. *Pollux* IV. 99. βικκοῦσθαι, ὅπερ ἦν τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. *Suidas*: βικκοῦσθαι — τὸ καμπύλου γλυφῆναι ἀσχημόνως, καὶ κατὰ συνουσίαν καὶ ὄρχησιν κάμπτοντα τὴν ὀσφύν. Cf. *Sallier.* ad *Moer. Att.* p. 335. *Toup.* Emend. in Hesych. P. I. p. 301. — Mox vulgo βηνοχοεῖα legitur, quod *Jos. Scaliger* in not. msc. cum βινοτοεῖα permutandum censebat. In Vat. Cod. τῷ χ superscriptum est φ. βηνοφοεὺς idem est quod supra νεβριδόπεπλος. — V. 19. σκιρτητήν, τὸ σκιρτᾶν Satyris proprium. Hinc ad Bacchum translatum. *Eudocia* p. 119. Ἐκστάσεως δὲ σύμβολόν εἰσιν οἱ Σάτυροι — καὶ οἱ Σκιρτοὶ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν. Exercitt. critic. T. II. p. 9. — σομολιγενέτην. Vat. Cod. — V. 20. τυρηνολέτην. Vat. Cod. Nota fabula de piratis Tyrrhenis, a Baccho in delphinos mutatis. — V. 21. ὑπνοφόβην. qui somnum pellit propter sacra nocturna. — ὑμενήϊον. ad venereos amplexus provocantem. — V. 22. In marg. Vat. Cod. φωρομανῆ. φηρομανής, qui inter feras versatur easque amat. De tigribus cogitandum aliisque feris, quas ille mitigasse dicitur. Cf. *Mitscherlich.* ad *Horat.* II. Carm. XIX. 19. p. 540. et ad III. Carm. 3. 14. p. 42. — V. 23. χρυσόκερων. *aureo cornu decorus. Horat.* l. c. 29. — καλίφρονα. Vocabulum Homericum, Odyss. δ. 371. sive a καλῆν derivandum, sive a κάλις, κάλιξ, οἶνος. Vide *Villois.* et *Tollium* ad *Apoll. Soph.* Lex. Hom. p. 705. ed. T. — V. 24. ψυχοπλανῆ. Vat. Cod. — ψοφομηδέα. qui clamorem meditatur, clamosum; propter strepitum Bacchantium. — V. 25. ὠμηστήν, ὠμεστροφον, ὠμεσίλοιπον. Vat. Cod. ὠμεστρεφον edd. vett. ante Stephan. qui ὠμεστρεφον dedit. ὠμεστρεφον emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. Idem sq. vocabulum ὠμεσίλοιπον, nam sic in Planudea legitur, in ὠμεσίλοιστον mutabat. — ὠμηστὴν de Bacchis crudis ferarum carnibus vescentibus docte interpretatur *Brodaeus.*

HYMNUS IN APOLLINEM.

¶. 518.] Vat. Cod. p. 447. Planud. p. 58. St. 84. W. — V. 1. Hic verſus in fine carminis repetitur. — „Typothetae errore excuſum eſt ὑμνεύω pro „ὑμνείω. At neutrum rectum eſt. Scribendum ὑμνέωμεν, „ut in praecedenti μέλπωμεν. In Vat. membr. primus „ſingulorum Hymnorum verſus initio non legitur, ſed „in fine, et iterum ſummae orae appoſitus. Scriptum „autem in membr. ὑμέομεν omiſſo ν. [In Apogr. Gotha„no ὑμνέομεν, et in fine ὑμνέωμεν legitur.] Bonum qui„dem eſt ὑμνέομεν, et ſic ſaepe apud Homerum et alios „poëtas indicativus pro ſubjunctivo occurrit; ſed alte„rum ὑμνέωμεν probabilius eſt. Eſt autem triſyllabum, „facta ſynizeſi vocalium εω, ut in iſto Homerici in Apol„linem Hymni:

„αὐτὰρ ἐγὼν οὔ λήξω ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα
„ὑμνέων ἀργυρότοξον, ὃν ἠύκομος τέκε Λητώ.“

Br. — V. 4. γιγαντολέτην. Propter Tityum, terrae filium, ab Apolline ſagittis confixum. — V. 5. δρακοντολέτην. qui Pythonem interemit. Vide *Exercitt. crit.* T. II. p. 161. — V. 7. ζηνόφρονα. *Brodaeus* de divinandi facultate a Jove accepta interpretatur. Idem mox ζηλοδοτῆρα legit, ſtudii honeſti datorem. Emendatione vix opus. Idem ſignificant epitheta ζηνόφρων et ζηνοδοτής, nempe eum, qui oracula ſive conſilia Jovis cum mortalibus communicat. Apollo ap. *Aeſch.* Eum. 602. οὐ ποῖστ' εἶπον, ait, μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις — Ὃ μὴ κελεύσῃ Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ. — V. 8. ἡπιόχειρα. Ad medicae artis peritiam referendum videtur. Ob eandem cauſam conjux Aeſculapii Ἡπιόνη vocatur, cui μαλακὰς χεῖρας tribuit *Crinagoras* Ep. XIII. 4. Cf. *Valckenar.* Diatr. p. 299. B. C. — V. 9. θηροφόνον. Apollinem λυκοκτόνον ſignificat.

Vide *Schol.* ad *Soph.* Electr. v. 6. et ad *Aeſchyli* VII. c. Th. v. 147. — V. 10. ἰαφέτην. qui ſagittas jaculatur. Ἰήϊος ὁ Ἀπόλλων, εἰς ὃν ἡ ἄγγελος τῶν λοιμῶν ἀναφέρεται· ἢ ὅτι ἐπίφθεγμα κοινὸν ἐστι καὶ Ἀρτέμιδος. *Schol. Sophocl.* Oed. T. 172. Cf. *Callim.* H. in Apoll. 98. *Apollon. Rhod.* L. II. 714. — V. 11. κοσμοκλέκον. ornatum quaſi nectens, i. e. ornans omnia et coeleſtia et terreſtria. κοσμεῖνας κυκλέκειν Solem dicit *Dionyſ.* in Hymno v. 12. T. II. p. 254. Fortaſſe tamen κοσμοκλόκος is eſt, qui univerſum mundum quaſi nectit i. e. ordinat. Sic quidem de Apolline *Orpheus* H. XXXIII. 16. σὺ δὲ πάντα τέλον κιθάρῃ πολυκρέκτῳ Ἀμύζεις. — Κλάριον. De nobiliſſimo Apollinis Clarii oraculo in Colophoniorum agro vide *Spanhem.* ad *Callim.* p. 123. — V. 12. λυροθυγέα. Vat. Cod. — V. 13. μυστοπόλον. Vulgo. — μυριόμορφον. quia Sol ſub multis nominibus colitur, quod *Macrobius* plurimis in locis docere conatus eſt. — V. 14. »νευροχαρῆ. Vulgo »male ναβροχαρῆ legitur, quod epitheton Baccho, non »Apollini convenit. In libris calamo exaratis frequen»tiſſima permutatio literarum υ et β, de qua Caſaubo»nus ad Athen. p. 334. et Heſychii interpp. in ναβεῖς. »Inde in formis expreſſis multae corruptelae. νευρο»χαρής, nervis, citharae ſcilicet, gaudens.« *Br.* — νηφαλέον τε. Vat. Cod. — V. 15. ξυνοδοιτῆρα. in notis habet *Brodaeus.* Cf. Hymn. in Bacch. v. 15. Vulgata lectio et omnia hujus verſus epitheta ad Solem omnibus communem ſpectant. — V. 18. ἰυστῆρον. propter medicam facultatem, ut puto. *Brodaeus* ad Solem occidentem retulit, laboribus finem imponentem. ἰηξικέλευθον idem de Sole oriente, viatoribus iter oſtendente et quaſi aperiente, interpretatur. — V. 20. Τερψίχορον. cui ſtellae choreas agunt, quique iis laetatur. Vide ad *Dionyſii* Hymn. 14. T. II. P. II. p. 249. — τελέστορα. quatenus tempora, rerumque adeo initia et fines deſignat. *Orpheus* Hymn. XXXIII. 15. σοὶ τ' ἀρχή τε τελευτή τ' ἐστὶ

μέλουσα. — V. 21. „ὑετόεντα expungendum eſt. Apol„lini non convenit hoc epitheton, quod Jovi proprium „eſt. In Vat. membr. ſcriptum eſt ὑψοεντα [ὑψοεντα] per„peram pro ὑψήεντα, quod reponendum, niſi quis malit „ὑψιμέδοντα. In Planudeae codd. reperitur ὑετώντα et „ὑετόεντα.“ *Bt.* — V. 23. χρυσαγόρην. Vat. Cod. et mox χρυσάχρεον. — V. 24. ψυχοδοτῆρα, omnibus vitam tribuentem, ſecundum eos philoſophos, qui animam igneae naturae, ignemque omnes naturae partes penetrare cenſebant. — V. 25. ὠκύπορον. Vat. Cod. — Ultimum vocabulum in ὠρεσινοίτην mutandum putabat *Joſ. Scaliger* in not. mſc. quem ὠρεσινοίτην ſpiritu leni ſcripſiſſe exiſtimo, *in montibus cubantem*, νόμιον, ſignificans.

MENSES ROMANORUM.

¶. 519.] Vat. Cod. p. 423. ſq. Planud. p. 123. St. 177. W. Ejusdem argumenti carmen vide inter *Leonis* reliquias T. III. p. 130. nr. VII. et in Anthol. Lat. T. II. p. 358. ſqq. — V. 1. Januarius, initium anni et conſularis ap. Romanos dignitatis. *Ovid.* Faſt. I. 81. *Jamque novi praeeunt faſces; nova purpura fulget: Et nova conſpicuum pondera ſentit ebur.* Plurima alia huc facientia ex latinis poëtis collegit *Burmann.* ad Anth. L. p. 362. — Vulgo ὑπ' ἠελίοιο θόρητα. In Vat. Cod. ὑπνελίοιο. Bis hoc diſtichon tentavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. Primum ὑπηλίοιο, quam conjecturam commemorat etiam *Huetius* p. 13. (qui ipſe ὑπηελίοιο, *anni ſolaris*, corrigit) deinde: ἐξ ἀμέθεν λυκάβαντος ὑπ' ἠελίοιο θόρητα Δώδεκα· ὕψος (live ὑψοῦ) δ' ἔχεται ἠέλιος. Idem vir ſagaciſſimus ὕψος in ὕπατος i. e. ὑπάτοις mutandum ſuſpicabatur. Omnium harum conjecturarum nulla accedit ad

elegantiam lectionis Brunckianae, de qua cl. editor ne verbum quidem monuit. — V. 2. Αὐσονίοις. Vulgo et in Vat. Cod. — δέχεται. Aldin. 2. 3. — Quum ego anni januam aperui, Sol ſummum Auſoniae honorem (conſules in Capitolium adſcendentes et magiſtratum auſpicantes) videt. — V. 3. Ἀμινῆς γαίην. Vulgo. quod ex membr. Vat. emendatum eſt. — V. 5. ἀπ' ἰμείο. Primum Martii diem loqui puta. — γλάγος ἤδη eſt ex emendatione *Huetii* p. 13. — Vulgo et in Vat. membr. ἤδη haberur. Poëta Martium menſem deſcribens in Anth. Lat. p. 363. *Tempus vernum hoedus petulans et garrula hirundo Indicat, et ſinus lactis et herba virens.* — V. 7. Menſem Aprilem ab inſitione ſignificat. Praeclaram lectionem ἐπ' ἀγρυτέρῃ unde ſumſerit, non indicat *Br.* Vulgo ἐπ' ἀκρυτάτῃ. Verſu praeced. τῆμος, omiſſo δε, Vat. Cod. — V. 10. ὥριον. tempus eſt naves ex portubus in mare educere. Pro ἄγειν Vat. Cod. ὄγειν. — V. 11. Junius medius inter roſas et lilia, illis jam deciduis, his adhuc florentibus. Poëta latinus in hujus menſis deſcriptione p. 364. *Lampas maturas Cereris deſignat ariſtas, Floralesque fugas lilia faſa docent.* — V. 13. Καρκίνος. Vat. Cod. a pr. m. μετανίσσεται. Ibid. — V. 14. καρφαλέας. Vat. Cod. — V. 15. πυρῶν. Vulgo. *flava grana* vertit *Brodaeus.* πυρὸν emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. Sed revocanda eſt Cod. Vat. lectio:

Κρίνω ἐγὼ Δημῶ.

Cererem a paleis ſecerno. Ap. *Homerum* ipſa Ceres frumenti grana ſecernit, Il. ε. 500. ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ Κρίνῃ ἐπειγομένων ἀνέμων ὑπὲρ θῖνα καὶ ἄχνας. — V. 16. ἀρχέτα. Hunc verſum priores interpretes non attigerunt. *Grotius* vertit: *Naiadum nunquam purius unda fluit* – fortaſſe quia menſe Auguſto rarius pluit, nec igitur fontes pluvia aqua miſcentur. Sed verum hujus loci ſenſum aperit Ep. *Antiphili* XXXI. in torrentem:

Ἢ μεθύεις ἄμβροτα, καὶ οὐ Νύμφαισι διαυγὲς
νᾶμα φέρεις, θολεραὶ δ' ἠράνισταν νεφέλαι.
ὄψομαι ἠελίῳ σε κεκαυμένον, ὅστις ἐλέγχειν
καὶ γόνιμον ποταμόν, καὶ νόθον οἶδεν ὕδωρ.

ἄτρεπτα χεύματα nihil mihi differre videntur a γονίμῳ ποταμῷ, ſive *genuino flumine*, non ex imbribus nato, ſed ab ipſis Naïadibus effuſo. — V. 17. πᾶσι. Vat. Cod. — V. 19. „Pro πέλει ſcribendum πέλοι. τίς δ' ἂν πέλοι." *Br.* Sic emendavit etiam *Joſ. Scaliger* in not. mſc. — V. 20. „Vat. membr. λιγὺ ἐπικατάγω – et vox λιγὺ in „fine praecedentis deeſt. Planudea ἡδὺ ἐπικατάγω, clau„dicante itidem metro. ἡδυεπὴς frequens Bacchi epithe„ton. In ſuperiori hymno, ubi ejus attributa κατὰ στοι„χεῖον recenſentur, ἡδύθροος dicitur, quod idem eſt." *Br.* Egregia emendatio. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. ἡδὺ ἐπισταλάω minus feliciter emendavit. — V. 22. καμάτων de palaeſtrae laboribus interpretatur *Huetius*, cui accedit *Grotius* vertens:

Exprime, tempus adeſt, jam baccas Palladis; inde
Quod fluet auxilium grande laboris erit.

— V. 23. γλαγόωντι. ſucci plenae. *lactentes herbas* vocat *Nemeſian.* Cyneg. v. 291. — V. 24. ῥηγεδανή. Vat. Cod.

IN MUSARUM IMAGINES.

¶. 520.] Vat. Cod. p. 443. ſq. Planud. p. 94. St. 138. W. — V. 1. Etiamſi pictor Terpſichoren non viderit, tamen ejus ſimulacrum, tanquam vivum et ſpirans, oculos ſpectantium fallit. Οὐκ ἴδε. color, ut ap. *Platon.* Ep. IX. 5. — V. 2. Felici emendatione, nihil tamen monitis lectoribus, *Brunckius* ἐείκελον reponſuit,

pro εἴκελος, quod vulgo legitur. εἴκελον ἀτρεκίῃ Vat. Cod. — V. 3. ἀκούσης. Vat. Cod. — V. 4. ἐριτίμονα. Vat. Cod. unde εὐρήμονα *Salmaſius* corrigebat in not. ined. Cogites de εἰδήμονα; ſed hoc contextui vix ſatis accommodatum eſt. — V. 5. λιγαίνω. Vat. Cod. a man. ſec. Spiritus, quo tibia inflatur, cum cantum ſuaviſſimum edat, ὀχετηγὸς σοφῆς μελίσσης, i. e. ſuavitatis cum arte conjunctae, vocatur. De vocis ſuavitate vocabulum μέλισσα paſſim occurrit. Ap. *Chriſtodorum* in Ecphr. v. 109. Erinna ἐν σιγῇ Πιερικῆς βαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης. Etiam *Agathias* Ep. XLIII. Sophiſtae cuidam imagines poſitas eſſe ait ὑπὲρ μύθων τε καὶ εὐηχοχάλοιο μελίσσης. — Ad ἐπισπείουσα ex praecedentibus δονάκεσσι ſubaudiendum eſt. Hujus verſus lectio mihi ſincera videtur, quam tamen doctiſſimus *Viſconti* (Muſeo Pio-Clement. T. I. p. 36.) ſenſum habere negans, corrigit: ἐπισπείουσα μελίας pro εὐμελίας, epitheton σοφῆς, quod etiam api tribuitur, corruptelae locum dediſſe ſuſpicatus. — V. 7. θάλεια vett. edd. omnes usque ad Stephan. — V. 8. ϑηλυτέρῃσι. Vat. Cod. — οὐχ ὅσιον. Solebat nimirum vetus Comoedia, *ſi quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur, Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui Famoſus, multa cum libertate notare. Horat.* I. Serm. IV. 3. — φιλοκροτάλοισιν. ob ſpectatorum plauſum. — V. 9. σῆς. Vat. Cod. Flor. pr. et Ald. I. — Sapientiae ſpecta imaginem; nam Calliopen videns ipſam tibi ſapientiam ſpectare videberis. — ¶. 521.] V. 13. ἀνάγκαν ἀστρώων. aſtra certa ratione ſeſe moventia et eodem orbe redeuntia. — μέτρῳ ψήφοιο. calculorum ope, ratione mathematica. — V. 15. εὑίσκω. Vat. Cod. — V. 17. „Diſtichi in Polymniam peſſime „vulgo legitur hexameter: σιγῇ φθεγγομένης παλάμῃς „ϑελξίφρονα παλμόν. Vaticanus et Planudeae codd. ha„bent φθεγγομένη, quod ut verum eſt, ita neceſſarium „erat reponere ϑελξίφρονι παλμῷ. Poëta latinus in ſimili

„de Muſis carmine: *Signat cuncta manu, loquitur Po-*
„*lymnia geſtu.*“ *Br.* Apte *Schneiderus* comparat *Nonni* Dion. L. V. p. 146. de eadem Muſa: μιμηλήν ὁ' ἐχάραξεν ἀναυδέος εἰκόνα φωνῆς, Φθεγγομένη παλάμῃσι σοφὸν τύπον ἄμφρονι σιγῇ. Translata ſunt in Muſam, quae in pantomimis conſpiciuntur, quorum *loquaces digiti* laudari ſolent. Inprimis huc facit *Caſſiodorus* Var. I. Ep. 20. *His ſunt additae orcheſtrarum loquaciſſimae manus, linguoſi digiti, clamoſum ſilentium, expoſitio tacita.* quem locum cum aliis adſcripſimus Epigrammati *Antip. Theſſ.* XXVII. T. II. P. I. p. 309. Aliam hujus loci interpretationem dedit vulgatae inhaerens *Viſconti* in Muſeo Pio-Clem. T. I. p. 46. „Polyhymnia, inquit, Muſa „memoriae eſt. Haec animi facultas cum maxime firme„tur et roboretur mente in ſe ipſam converſa et col„lecta (per mezzo del raccoglimento), ſtatuarii hanc „Muſam cogitabundam finxere et peplo involutam. „Hinc factum, ut eidem ſilentium et taciturnitas quaſi „propria tribuerentur. In picturis Herculanenſibus con„ſpicitur digito labris impoſito, qui geſtus egregie con„firmatur Epigrammate graeco:

„Σιγῶ, φθεγγομένης παλάμης θελξίφρονα πειθώ,
„νεύματι φωνήεσσαν ἀπαγγέλλουσα σιωπήν.

„*Taccio, ma parla in grazioſo geſto*
„*Moſſa la mano, e taciturna in atto*
„*Un loquace ſilenzio a tutti accenno.*“

Finis Partis tertiae Voluminis ſecundi.

Emenda nda.

P. 9. 8. l. *εἰς Ἀντίπατρον.*
P. 19. 3. a fin. dele *tamen.*
P. 76. med. poſt *poſſes* ponendum ?
P. 88. 8. a fin. *ξανθοῦ δῆναι τε.*
P. 95. 10. a fin. *verbo.*
P. 119. 14. qud *in πεδάγραν.*
P. 135. 12. *iter* pro *inter.*
P. 138. lin. ult. *πόλις.*
P. 225. l. 20. *αἰτίᾳ.*
P. 287. l. 12. copulantur.
P. 295. 4. Lyronem.

Einige

Verlagsbücher

der

Dykiſchen Buchhandlung

in Leipzig.

Jacobs, Fr., Exercitationes criticae in ſcriptores veteres. T. I. Auch unter dem Titel: Curae poſteriores in *Euripidem.* 8vo maj. Auf Schreibp. 1 Thlr.
Auf Druckp. 18 Gr.

— — Exercitationes etc. Tom. II. Auch unter dem Titel: Animadverſiones criticae in Calliſtrati Statuas et Philoſtratorum Imagines. Accedit Deſcriptio nondum edita anaglyphorum in templo Apolloniadis. 8vo maj. Auf Schreibp. 1 Thlr.
Auf Druckp. 18 Gr.

Cajus Vellejus Paterculus römiſche Geſchichte; überſetzt von *Friedrich Jakobs.* 8vo. 20 Gr.

Jakobs, C. W., Ideen über Gegenſtände der Criminal-Geſetzgebung. gr. 8vo. 20 Gr.

(Der vierte Aufſatz betrifft die Hinrichtung Ludwigs XVI.)

Beck, Chriſt. Daniel, Commentarii hiſtorici Decretorum Religionis Chriſtianae et Formulae Lutheticae. 8vo maj. 3 Thlr. 12 Gr.

Manſo, J. C. F., Sparta; ein Verſuch zur Aufklärung und Geſchichte dieſes Staates. Erſter Band in zwey Theilen. gr. 8vo. Auf Schreibp. 3 Thlr. 8 Gr.
Auf Druckp. 2 Thlr. 12 Gr.

(Der zweyte Band iſt unter der Preſſe.)

— — Verſuche über Gegenſtände aus der Mythologie der Griechen und Römer. (Venus, Amor, die Grazien, Horen etc.) gr. 8. 1 Thlr. 12 Gr.

Manſo, *J. C. F.*, vermiſchte Schriften. 2 Theile. 8vo. 2 Thlr. 12 Gr.

— — das befreyte Jeruſalem, ein epiſches Gedicht in zwanzig Geſängen. Nach dem Italieniſchen des *Torquato Taſſo*. Erſter Band. 8vo. 1 Thlr.

— — die Kunſt zu lieben; ein Lehrgedicht in drey Büchern. Mit 7 Vignetten. 8vo. 1 Thlr. 12 Gr.

Charaktere der vornehmſten Dichter aller Nationen, als Nachträge zu *Sulzers* allgemeiner Theorie der ſchönen Künſte; von einer Geſellſchaft von Gelehrten, (den Herren *Jakobs*, *Manſo Schaz*, *Maaſs*, *Eberhard*, *Horſtig* und einigen andern). gr. 8. 5 Bände; und 6ten Bandes 1ſtes Stück; jedes Stück 16 Gr. 7 Thlr. 8 Gr.

(Wird fortgeſetzt.)

Epimenides aus Kreta; eine kritiſch-hiſtoriſche Zuſammenſtellung aus Bruchſtücken des Alterthums, nebſt zwey kleinern antiquariſchen Verſuchen; von *Carl Friedrich Heinrich*. gr. 8. 16 Gr.

Platon's Leben; nebſt Bemerkungen über deſſen ſchriftſtelleriſchen und philoſophiſchen Charakter. Aus dem Engliſchen überſetzt und mit Anmerkungen und Zuſätzen verſehen von *Karl Morgenſtern*. gr. 8vo. 16 Gr.

Morgenſtern, *Karl*, Ueber des Herrn Grafen *Friedrich Leopold zu Stollberg* Ueberſetzung auserleſener Geſpräche *Platon's*. gr. 8vo. 3 Gr.

VAI
1554049

III
7
40

Digitized by Google